

DIPLOME MARAMUREȘENE

DIN SECOLUL XIV. și XV.

ISTORIA COMITATULUI MARAMUREŞ.

TOMUL I.

DIPLÓME MARAMUREŞENE

DIN SECOLUL XIV. ȘI XV.



MARAMUREŞ-SZIGET.
TIPOGRAFIA LUI MAYER şi BERGER
1900.

Amicului Alexandru Lăpădatu
dar de anul nou 1903.
Mihályi

DIPLÓME MARAMUREȘENE

DIN SECOLUL XIV. și XV.

ADUNATE ȘI COMENTATE PRIN

JOAN MIHÁLYI de APȘA
DOCTOR IN DREPTURI, PROCURATOR AL COMITATULUI.



MARAMUREȘ-SZIGET.
TIPOGRAFIA LUI MAYER și BERGER.
1900.

FIILOR

COMITATULUI MARAMUREȘ

BINEVOITORILOR

ȘI TUTUROR CELOR

CARII AU

STAT INTR' AJUTORIU

DE A SCÓTE

LA LUMINĂ ACEST OPU

D. D. D.



PRECUVĚNTARE.

Nemo patriam quia magna est amat,
sed quia sua.
Seneca. Ep. 66.

Precum in genere nu se póte scrie istoriă fără a ave la disposiţiune isvórele istorice, astfeliu nu se póte cugeta neci la scrierea istoriei Maramureşului, pănă ce nu va fi adunată şi publicată după putinţiă tótă materia referitóriă la acest comitat.

Asta m'a indemnat se dau publicitătei o parte din datele istorice referitórie la locul meu natal, adunate cu rĕvnă neobosită din tĕnereţiele mele, şi se o pun la disposiţiunea onoratului public cetitor, nu cruţiănd neci ostenélă multă, neci jertfă materiale.

In publicaţiunea de faţiă trebuia se me restring la diplómele din secolul XIV. şi XV. pentru că documente din secolii anteriori ne au remas pucine, precum pucine se află şi in alte părţi ale Ungariei orientale; dér neci acele remase, căte s'au publicat, nu eram in stare pănă acum se le adun tóte; din secolul XVI. şi următori ne au remas din contra multe, dér publicarea acestoru-a trebuia se o las in sarcina altor puteri.

Documentele din secolul XIV. şi XV. privitórie la Maramureş, căte le cunoscu după text, fără excepţiune tóte le am publicat in acésta colecţiune, dér afară de aceste mai sunt ăncă fórte multe, şi mi-voi ţine de dătorinţiă plăcută se caut, se public şi acele, décă Provedinţia me va ţine in viéţiă, şi décă publicul se va areta căt de căt părtinitoriu faţiă de acésta intreprindere.

Ținutul la care se referesc diplómele, e una din cele mai interesante regiuni ale Ungariei, nu numai pentru situațiunea sa de o rară frumséțiă naturale, dér și in privința ethnographică, fiind acest ținut un punct de contact al lor trei popóre deosebite; aci este un adeverat „triplex confinium" unde poporul romănesc de origine sudică se intèlnesce cu slavismul, care se intinde de către nord, și cu ungurii carii strebat de către apus; tóte aceste popóre vorbesc și astăḑi acele limbe, și in locurile lor strevechi urméză acele obicéiuri, carele au urmat atunci, cănd raza luminósă a istoriei din diplómele aceste s'a reversat asupra lor; puterei espansive a acestor popóre numai munții inalți din prejurul comitatului pun margini.

Periodul din care provin diplómele, este epoca cea mai strelucită a Ungariei, bărbații de atunci carii au avut rolă mai insemnată ori mai modestă, ne-au lăsat pămĕnt și onóre de moscenire, și sunt vrednici că memoria lor se nu fiă peritóriă.

Neci odată nu era Ungaria atăt de liberă, independentă și așiă de puternică ca in acesti doi secoli. In lăuntru se bucura de bunăstare, in afară de auctoritate distinsă. Plănsórea fiesce cui a aflat ascultare și vindecare; dreptul celor asupriți a fost aperat de apucăturile puternicilor, drept și dreptatea au domnit pentru toți și intru tóte.

Inceputul diplómelor nóstre cade pe anii aceia, căndu poetul cel mai mare al evului de mijloc, Dante căntа cu entusiasm in comedia sa divină:

O beata Ungheria, se non si lascia
*Piú malmenare!**)

și se sfĕrșesc diplómele in acele ḑile triste, cănd o oligarchiă neinfrĕnată a răpit la sine tóte, a impinsu poporul la o rescólă săngerósă, și intr'atăta a enervat țiéra intrégă, incăt acea nu peste mult a ajuns de préda Turcilor invingători.

*) O fericită țiéra Unguréscă
De nu s'ar lăsa mai mult se o amegéscă! (Par. XIX.)

In diplómele aceste vom da de mai multe date istorice de interes public, ba ăncă şi de acele, despre care isvórele nóstre cunoscute nu fac amintire, de esemplu dieta de la Hatvan din anul 1442. expediţiunea bellică a magistrului Drag, implinită din mandatul reginei Maria pe la anul 1384. in contra Lithvanilor, şi altele; dér tóte aceste documente servescu pentru garantarea drepturilor de posesiune; asta era chiemarea lor, la care au corespuns pe deplin pănă in ḑilele nóstre, destinaţiunei acestei avem se mulţămim conservarea lor.

Afară de numirile proprietarilor, vecinilor, martorilor şi ale altor bărbaţi carii au luat parte la viétia publică de atunci, mai aflăm şi o mulţime de numiri topice (de locuri) remase pănă aḑi, carele tóte dau un material bogat pentru philologia română, magiară, ruthenă şi paleoslovenică.

Moşiele nu s'au donat atunci decăt in recompensa meritelor şi a servicielor bellice, tot pentru astfeliu de servicie a fost fiesce cine intărit in posesiunea moşielor sale, ţinute din moşi din strămoşi, amintirea acestor servicie este interesantă pentru toţi; ér unde s'au ivit controverse in privinţia posesiunilor, acolo ni-se indréptă atenţiunea la viéţia publică din comitat, la formele procedurei de atunci, la relaţiunile besericesci şi sociale.

Dér mai ales fiii comitatului acestuia se vor interesa, cum cuget, de publicaţiunea presente, chiar şi de părţile ei mai neinsemnate, de óre-ce pe moşiele strebune, de multe ori impărţite, trăescu şi pănă astăḑi in numer mare descendenţii aceloru-a, despre carii se face amintire in aceste diplóme; şi este legea naturei, că fiesce cine se-şi aducă a minte cu pietate de faptele insemnate ale străbunilor sei; pentru acea am aflat de bine se public tóte scrisórele, fie şi fragmente, din acei doi secoli, décă conţin vre un nume de persónă seu de localitate.

Din diplómele aci publicate esù acum ăntăniă-şi dată la lumină 310. bucăţi, publicarea celor l'alte era de trebuinţia nu numai pentru completarea colecţiunei, dér şi pentru acea, că din multele publicaţiuni, in care au eşit, numai pucine se află, şi acele cu greu.

Unde mi-a stat la disposiţiune documentul original, acolo am urmat orthographia de atunci, dér care le-am publicat după transcrise seu copie mai moderne, la acele nu mi-sa veḑiut se schimb modul scrierei de acum cu cel eşit din usu.

In privinţia chronologiei am intrebuinţiat manualul professorelui meu de bună memoriă Horvát Árpád, opul intitulat: „A diplomatikai kortan alapvonalai".

Cu acésta ocasiune mi-esprim mulţiămita mea adĕncă reverendissimului domnu Stefan Szalánczy preposit, şi prin dĕnsul tuturor membrilor ai ordinei premontrense in conventul din Lelesz, carii in dóue rĕnduri m'au primit cu affabilitate şi bunăvoinţiă; mai incolo illustrului domnu Georgiu Petrovay proprietariu in Nagy-Kürü, comitatul Jász-Nagykun-Szolnok, care a binevoit a cede o parte din colecţiunea diplómelor referitórie la familia sa pentru publicaţiunea presente.

După provenienţia se impărţiescu diplómele astfeliu:

Din archivul conventului din Lelesz sunt	*67*	*bucăţi.*
In diverse colecţiuni s'au publicat . .	*56*	„
De la D. Georgiu Petrovay sunt . .	*49*	„
Din archivul comitatului sunt . . .	*32*	„
De la privaţi	*162*	„
suma .	*366*	„

ne luănd in numer cele publicate intre notiţie.

Mai in urmă trebue se cer indulginţia onor. cetitori pentru erorile de scris şi de tipariu; căte le am observat, facĕnd revisiune, le am cores la sfĕrşitul opului; precum nu

este om fără greşélă, astfeliu se vor pote erta şi erorile mai mici intr' una carte voluminósă, scrisă in trei limbe in órele mele libere, departe de centrul literariu.

Maramureş-Szigeth, luna Decembre 1900.

Dr. Joan Mihályi.



1.

1300. 6. Januariu. Alba Julia. Conventul din Alba Julia al eremiților săntului Augustin adeveresce, că Nicolau archidiacon din Szolnok, canonic și notariul episcopului din Transilvania apelléză in numele episcopului sěu la scaunul apostolic in contra actului potențial al episcopului din Agria, carele in contra legilor canonice, a mijlocit donațiune regéscă asupra dreptului de deciuéla și de jurisdicțiune spirituale in Maramoriș, care sě ține de diecesa Transilvana.

Nos frater Stephanus ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini de domo Albensi Transsilvanie et frater Salamon lector totusque conventus loci eiusdem presentibus quibus expedit significamus universis. Quod magister Nycolaus archidiaconus de Zonuk canonicus ecclesie beati Mychaelis archangeli Transilvanie, notarius domini episcopi Transsilvani, in die epiphaniarum domini coram nobis, nomine predicti domini sui quamdam legit cartam appellationis, hunc tenorem continentem. Dominus Andreas ecclesie Agriensis episcopus, etsi sacros canones non ignoret, sacrorum tamen canonum scita non advertens ius decimale et iurisdictionem spiritualem in *Maramorisio*,[1]) que est quedam particula dyocesis Transsilvane, ubi eadem iura tam lege dyocesana, quam lege iurisdiccionis ad ecclesiam Transsilvanam pertinere noscuntur, a domino rege sibi dari et in persona sua ecclesie Agriensi donari de facto postulavit, cum de iure laicis, quamvis religiosis de rebus ecclesie nulla sit attributa disponendi facultas, quo intellecto *dominus Petrus dei gracia episcopus Transsilvanus*, curam gregis sibi commissi diligenti portans sollicitudine, facti potenciam formidavit, cum huiusmodi petitorum donacio, ab eo facta, qui donare non potuit, statum ecclesie minime potuisset perturbare. Supplicavit itaque et per modum simplicis querimonie obtinuit, ut sicut ipsa donacio, si donacio dici mereatur, de facto processerat, et nulla fuit ipso iure, sic de facto revocaretur, et nulla fuisse pronunciaretur. Dominus autem Agriensis, hijs finibus non contentus, de ecclesie consortio inique iudicans, auxilium secularis potestatis sibi postulavit,

quia ex hujusmodi donacione credens ius aquisivisse, dominum Transsilvanum ad forensem judicem, quia ad forum regium, ad octavas epiphaniarum domini, contra canonum precepta citari procuravit, si citacio dici possit; et perceptionem decimarum in Maramorisio, que est intra metas et terminos dyocesis Transsilvane per litteras regias in preiudicium ecclesie Transsilvane fecit de facto, quod de iure non potuit prohibere, sub eo tenore, quod eedem decime terre memorate, et alia iura ex illa proveniencia non alteri episcopo administrarentur, quam ei, qui litteras regias de hoc incolis terre eiusdem posset reportare. Et licet iudicium laicalis potestatis retro habitum, in talibus ipso iure sit nullum, quia tamen idem dominus Agriensis, postpositis canonum mandatis, multipliciter laborat, sicut laboravit, ecclesiam Transsilvanam infestare, et prelatum eiusdem laboribus multis, et expensis afficere, pro eo, ego Nycolaus archidiaconus de Zonuk, procurator domini episcopi Transsilvani in hac parte per huiusmodi facta, inordinate attemptata, scilicet potencia interveniente, sciens ecclesie Transsilvane preiudicatum, et sciens in posterum posse preiudicari, si non salubri remedio et in refugium oppressorum ordinato, huic citationi ad non suum judicem facte, debito occurratur in termino nomine eiusdem domini episcopi Transsilvani domini mei, ac procuratoris nomine ab huiusmodi iniurijs, a parte episcopi Agriensis illatis, vel a parte eius, quem sibi in iudicem asscivit inferendis, sedem apostolicam appello, probaturum me obligo, omnia premissa esse vera; prosequende appellacionis huiusmodi terminum tempus a lege indultum pono, ecclesiam Transsilvanam cum suis iuribus in parte et in toto proteccioni eiusdem sedis subiicio et ne aliquid in preiudicium ecclesie Transsilvane attemptetur, appello, et iterum appello; apostolos peto, instanter instantius, et instantissime peto, et si per eum denegantur, per quem dari debentur, saltem illi, qui aures audiendi habent, audiant, et spiritu fideli perscribant, et in scriptis Romane tradant ecclesie.[2]) In cuius rei testimonium presentes nostras concessimus litteras, sigillo, quo conventus utitur, consignatas. Actum Albe in termino supradicto, anno domini M⁰.CCC⁰.[3])

[1]) Comitatul și-a luat numirea dela riul Mara, care sĕ vérsă in riul Iza, și care sĕ numia in secolul XIV. Maramoriș (veḑi diploma din anul 1349.) De unde are numele riul? sunt multe și diferite esplicațiuni. E de primit, că acest nume ne-a rĕmas dela popórele antice ale Celților și Dacilor, dela carele am moscenit numirile riurilor: Tisa, Iza, Taras, Someș, Mureș etc. Dér e probabil și acea, că numirea provine din cuvĕntul: Marmure, cu un „a“ intercalat, ca in cuvintele: aramă și armă. Marmure sĕ află in multe locuri in Comitat, de esemplu: la Borșa,

Săcel, Repede, Jalova, Neresnice etc. După Bonfiniu (Dec. I. Lib. I.) ţinutul nostru sĕ numia in tempuri antice Marmaţia; numirea acésta dela secolul XVI. incóce o aflăm adeseori chiar in acte oficióse.

[2]) După o cercetare facută prin episcopul din Oradea intre nobilii din partea locului, insu'şi regele Andrea III. in anul 1299. 10. August a constatat, că Maramureşul este şi a fost (esse et fuisse) intre marginile diecesei Transilvane; deşi regele şi-a revocat decretul sĕu dat episcopului din Agria; totuşi apellata episcopului transilvan a rĕmas fără efect. Comitatul vecin Ugocia a rĕmas şi pănă la anul 1552. sub jurisdicţiunea episcopiei transilvane.

[3]) S' a publicat prin: Teutsch und Firnhaber, Urkundenbuch I. p. 217. — Fejér, Codex Diplomaticus VI. 2. p. 287. — N. Densuşan: Documente I. p. 551.

2.

1300. Regele Andrea III. pentru scutirea popórelor sĕu hospesilor sei adunaţi in Maramureş avĕnd lipsă de posesiunea, cetatea şi satul Visk din Comitatul Ugocia, dăruite prin regele Stefan V. magistrilor Mikov şi Chepan fiilor Comitelui Marcheleu, pentru mórtea fratelui lor Echelleu, căḑut in bătaia in contra regelui Boemilor Ottocar, numiţii magistri dau acele in schimb regelui şi primesc dela dĕnsul posesiunile Rakasz, Fekete-Ardo şi Nyirtelek din Comitatul Ugocia.

Andreas Dei Gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex, omnibus Christi Fidelibus, tam praesentibus... praesens scriptum inspecturis salutem in eo qui est salus omnium. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum Dominus Rex Stephanus, divae memoriae Magistris Mykov et Chepano filiis comitis Marcheleus de... Posessionem Visk nominatam cum castro suo et quadam villa, sub eodem castro existente, in comitatu de Ugotsa sitam, ad praedium suum de Ugocha pertinentem, cum utilitatibus et pertinentiis earumdem universis pro morte Magistri Ecchellei fratris ipsorum . . . Pro fidelitate eidem Domino Stephano regi et Coronae regiae impendenda in conflictu, quem idem Dominus Rex Stephanus inter fluvios Raba et Rabcha habuit, contra Ottocarum Regem Boemorum, interemptus, mediante suo privilegio, perclementer dedisset et contulisset, cujus quidem Domini regis Stephani collationem in praemissis factam et concessam favorabiliter et regaliter dominus Serenissimus Rex Ladislaus, filius ipsius

Carissimus felicis memoriae approbavit demum et nos nostro privelegiante . . . dem possesio Visk simul cum castro suo, et villa sub eadem existente, ad praesens nobis et regno nostro admodum et non modicum esset necessaria, maxime in subsidium Populorum seu Hospitum nostrorum . . . nostra Maramarus[1]) congregatorum . . . idem Magister Mykov et Chepanus[2]) frater ejus de bona et spontanea voluntate eorum, ob favorem regiam et ad petitionem nostram, ac Baronum . . . praenominatam posessionem Visk cum castro suo[3]) et alia Villa sub eadem existente . . . aliis omnibus utilitatibus et pertinentiis ejusdem simul cum tributo, quod in Villa Visk exigi consvevit, nostris regiis manibus reddiderunt, et restituerunt pleno jure; ita tamen, quod nos, qui ex officio suscepti regiminis nemini deesse in suo jure tenemur, ex deliberatione et consilio Prelatorum et Baronum. Regni nostri in concambium praefatae possessionis Visk cum castro suo et villa sub eadem existente, quasdam possessiones nostras seu villas *nunc ad praedium nostrum de Ugocha pertinentes* in eodem comitatu sitas Rokaz et Fekete Ardou, quae sunt minime populosae et Nyirtelek, quae est vacua, et habitatoribus destituta, sic ab antiquo vocatas, cum universis utilitatibus et pertinentiis ejusdem sub iisdem metis et terminis et limitationibus cum quibus tempore ejusdem Domini Illustris Regis Stepani per priores possessores ejusdem . . . habitae sunt et possessae . . . in Villa Rokaz exigitur, Magistris Mykov ex Stephano praenominatis et per eos haeredibus eorum haeredumque suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus jure . . . pacifice et irrevocabiliter possidendas tenendas et habendas. — Et si ullo unquam tempore per nos, vel per quempiam successorum nostrorum ex causa justa aut injusta hujusmodi concambium revocatum aut retractatum exstiterit . . . praefati Magistri Mykov et Chepanus aut ipsorum haeredes resumpta priore donatione per Dominum Regem Stephanum eis facta tamquam veri Domini gaudeant pleno jure. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti Viri Magistri Stephani Albensis in Transylvania Archi Diaconi aulae nostrae vice cancellarii, dilecti et fidelis nostri Anno Domini Millesimo Tercentesimo, regni anno undecimo.[4])

[1]) Comitatul Maramureş situat la cursul superior al riului Tisa forméză in privinţa topohydrographică un teritoriu inchis din tóte lăturile de dealuri mari şi munţi inalţi, ca o cetate, avĕnd de pórtă locul ăngust lăngă Huszt, unde Tisa părăsesce locul sĕu natal. Apele petrund acest teritoriu, cum e pĕtrunsă frunza arbo-

relul de nervele sale; riuri curg din tóte marginile până in mijlocul ţinutului, unde Tisa tòte le adună, primind de a stănga riurile Mara, Iza şi Vişeul, de a drépta Apşa, Tarasul, Talaborul şi riul Nagy-Agh. Tóte aceste riuri sĕ ramifică in văi şi vălcele incăntătóre de o rară frumséţă naturale, cum le are pămĕntul classic al Elladei şi al Italiei. Teritoriul Maramureşului avĕnd marginile sale naturale, numai pucine schimbâri a suferit in decursul secolilor: o astfeliu de schimbare vedem aci la Visk, care s'a desmembrat de cătră Ugocia, şi s'a incorporat in Maramureş.

[2]) Magistrii Nicolae si Stefan, fii comitelui Marcellu, după A. Szirmay (Notitia Comitatus Ugoc. pag. 71.) erau din generaţiunea Hunt—Paznan şi erau strĕmoşii familiei Ujhelyi, care familiă stepănesce şi aḑi in Ujhely, numit atunci Nyirtelek. Familia e lăţită nu numai in Ugocia, dar şi in Maramureş.

[3]) Din castrul Visk, afară de nume, neci urma nu există, pucini sĕ vor fi putut apera intre zidurile lui, mai mult dóră locuitorii oppidelor din vecini Teceu şi Huszt; dar cetatea Huszt servia şi pentru acestii spre mai mare siguranţă. Oppidele aceste şi-au primit privilegiul lor la anul 1329; vedem din acésta diplomă, că au existat la anul 1300., dar din mai multe motive presupunem, că intemeiarea lor datéza dela inceputul secolulŭi XIII., şi că intemeiătorii oppidelor Teceu, Huszt şi ai castrului Huszt erau cavalerii Teutoni, călugări militari, imbrăcaţi in mantea albă cu cruce négră, cari fiind indătoraţi a sĕ lupta in contra păgânilor, in anul 1211. de abia 12 ani după infiinţarea ordului au primit dela regele Andrea II. ţéra Bărsei de a o apĕra in contra Cumanilor; de aci au fost scoşi pucin după acea in anul 1225. de insuşi regele Andrea dar in alte locuri au ajuns la mare putere subjugănd ţéri şi popóre intregi ca in Prussia. Motivile la acésta presupunere ne sunt următórele:

a) existinţa crucéferilor Teutoni in Maramureş e comprobată prin documentul anului 1213. copiat din original de Episcopul Transilvan comitele Ignatie Battyányi; unde s'au aşezat Cavalerii, acolo au rĕsărit oraşe şi cĕtăţi ca din pămĕnt.

b) Condiţiunile, pe lăngă carele au fost primiţi cavalerii in ţéra Bărsei, sĕ aflau şi aci, precum a sĕ lupta incóce şi incolo de frontierele ţĕrei in contra păgânilor, a deschide ocne de sare, a transporta sarea pe apă, a deschide mine de metall, a clădi oraşe şi cĕtăţi din material de lemnu sau de pétră etc. Veḑi donaţiunile regelui Andrea II. din anii 1211. şi 1222. reproduse prin Densuşan. Documente I. pag. 56 şi 74.

c) Numirea Técső=Teutsch—Au ne aduce aminte pe cavalerii Teutoni, precum şi numirile vechi germane Huszt, Irholcz=Erle=Arin cu ocne de sare şi mine de marmure,Wasser=Riul lăngă Vişeu cu urme de mine antice de metall. Peste frontierele: intĕlnim pe valea Moldovei: Cămpulungul, Baia, Neamţul; pe valea Prutului Huşi,tot atâte staţiuni in progressul cavalerilor intru cucerirea ţĕrei vecine.

d) Certele pentru jurisdicţiunea besericei catolice sĕ pot esplica prin acea, că teritoriul cuprins de cavaleri, nu era supus neci unui episcop, fără sta sub jurisdicţiunea directa a papei.

e) La anul 1349. şi 1350. aflăm pe magistrul Andrei Latzk invingătoriul tătarilor, intutulat: „Comes Siculorum, de Bistercia, de Marmorisio et de Brassov," ce dovedesce, că in contra invasiunilor tătăresci tot orientul Ungariei sta sub una şi acea-şi administrare militare, astfeliu a fost şi la inceputul secolului XIII.

4) S'a publicat prin Fejér (Codex diplomaticus VI. 2. pag. 253.) Copia dela Gabriel Várady.

3.

1326. 22. Sept. Regele Carol I. conferesce lui Stanislau Kenezul, fiul lui Sten pămêntul Szurduk (Strimtura), scutesce acel pămênt de sub ori ce jurisdicțiune, judecată și contribuțiune regéscă, și indreptățesce pe numitul Kenez, că după datina și legea nobililor țêrei sĕ percipieze tóte dările ale popórelor de acolo; oprind pe ori și cine a pretinde vre'o contribuțiune.

Carolus Dei gracia Hungarie, Dalmacie Crouacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex, Princeps Sallernitanus et honoris ac montis sancti Angeli Dominus. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos attendentes fidelitates et servicia meritoria Stanislai Kenezy[1]) fily Sten,[2]) fidelitatis sue constanciam et devocionem sinceram, quam ad nos et sacram coronam Regiam ipsum semper habuisse novimus, habere se sentimus in presenti, et habiturum pro firmo credimus in futurum, volentes pro tot et tantis fidelitatis sue servicys, ipsum regio prosequi cum favore, quandam terram Zurduky[3]) vocatam in districtu Maramorisiensi existentem, ad nostram collacianem pertinentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis, sub metis et terminis suis prioribus, eidem Stanislao Kenezio, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donavimus et contulimus, iure perpetuo et irrevocabiliter, ac hereditarie possidendam, tenendam et habendam, eximendo et excipiendo eandem ab omni Jurisdiccione, Judicio et Collecta qualibet regali, per nos vel officiales nostros quoslibet exercenda, exigenda pro tempore quando cumque, et dimisimus eidem Kenezio et suis heredibus, omne ipsius terre seu populorum in eadem commorancium debitum et collectam, more et lege nobilium regni percipiendam. Nulli ergo omnino hominum liceat presentem paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire, et nullus sit, qui super populos dicte terre Zurduky collectam aliquam exigere presumpmat, quod si quis facere presumpserit, Regiam indignacionem incurrat. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis novi et authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi

Albensis, Aule nostre vicecancellary dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M⁰ CCCmo XX. sexto. Decimo Calendas Octobris. Regni nostri Anno similiter XX. sexto. Venerabilibus patribus Domino Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi Archiepiscopis, Iohanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Iauriensi, Georgio de Sancto Ireneo, Ladislao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transilvano, Henrico Wespremiensi, Laurencio Waciensi et Chanadio Agriensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Philippo palatino, Demetrio magistro Tavarnicorum nostrorum, Alexandro judice Curie nostre, Thoma Wayvoda Transilvano, Mykch Bano tocius Sclavonie, Paulo bano de Machou, Iohanne Magistro Tavarnicorum et Deseu Judice Curie Domine Regine consortis nostre, Stephano magistro Agazonum nostrorum, Nicolao comite Posoniensi et alys quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.[4])

[1]) Kenezii din secolul XIV. erau de o categoriă cu nobilii ţĕrei, cum vedem din diploma acésta şi din altele; dreptul la posesiunea lor era drept de proprietate mostenită din neam in neam. La anul 1385. intĕlnim la noi intâia-óra instituţiunea juḑilor nobililor, pănă atunci Kenezii au esercitat jurisdicţiunea acelora şi erau judecătorii şi mai marii intre ómenii lor. Intr'un fragment de scholion manuscris din secolul trecut am dat de următórea definiţiune „§. 21. Kenesiatus erat Ius dominium exercendi in suis bonis, independens a publico magistratu. Itaque quibus possessiones cum jure Kenesiatus conferebantur, in iis foro dominali magistratui Cottus competente utebantur, hoc est pari jurisdictione. Subditi eorum praestabant Regnantibus tributa, sed Jurisdictioni tantum Kenesiorum suberant". Acésta definiţiune sĕ justifică prin datele nóstre din secolul XIV. Aceste date ne indreptăţesc sĕ presupunem, că Kenezul era şi in secolii precedenţi proprietar independent şi cap al poporului supus jurisdicţiunei sale. Instituţiunea Kenezilor era cunoscută in Ungaria şi inainte de secolul XIV., sĕ amintesc numai pe magistrul Rogeriu, care in „carmen miserabile" cap XXXV. vorbesce de Kenezii tătăresci. Ér regele Bela IV. in donaţiunea din anul 1247. dată Ioaniţilor amintesce Keneziatele lui Joan şi Farkas şi Keneziatul voivodului Lynioy, rĕmas românilor, cari l'au stĕpănit şi până atunci. Altcum cuvĕntul Kenez e de origine gothică şi provine din: Kunnings (regele) veḑi I. Jung: Roemer und Romanen pag. 229., era usitat in tot orientul, pe unde au stĕpănit óre căndva Gothii; principii serbilor inaintea de proclamarea regatului erau Kenezi, principele Bulgariei e şi acum.

In secolul XIV. Kenezii au colectat contribuţiunea dela români aşa numită cinci—ḑeciuélă, reţinĕnd jumetatea pe sama lor (medietatem collectarum quinquagesimalium. Lelesz Statutor. U. No. 137. anni 1383.)

In secolul XV. după-ce magistratul a trecut la juḑii nobililor, Kenesiatul la noi are numai insĕmnĕtate de drept privat, veḑi intre altele diploma din anul 1412.; in secolul XVI. Kenezii la noi dispar. Urmaşii lor tot deauna şi până in ḑilele nóstre au fost recunoscuţi ca nobili donatari.

[2]) Sten=Stan sĕ afla in original, ér nu Leu neci Zeu, cum e reprodus la

Fejér (Cod. dipl. VIII. 6. 7. X. 4.) După Georgiu Petrovay acest Stan era trupina comună, din care sĕ trag familiile: Mihalyi, Vlad, Dan, și Siman din Apșa — Szaplonczay, Nan, Stan, Tivadar și Pap din Săpința și Rona de jos — Gerheș și Bank din Saraseu — Bărsan și Hodor din Bărsană — Mariș și Stanca din Cuhea (vedi disertațiunea basată pe documente sub titula: A dolhai és petrovai Petrovayak története 1450-től napjainkig — Turul 1897. pag. 174. unde sĕ vĕd și tabelele geneologice).

[3]) Zurduk=Strimtura. Terra Szurduk insĕmnéză nu numai un sat, dér un ținut intreg stătătoriu din mai multe sate, póte din acele amintite in actul din anul 1411.

[4]) Originalul sĕ află in archivul Comiților Teleky in Gyömrő (El. XX. F. 1. No. 2.) unde am avut onóre a fi primit in anul 1866. de Alexandru órecăndva Comite Teleky. Donațiunea acésta sĕ mai află tot acolo in doue transcrise din anul 1346. Jumĕtatea moșiei Strimtura, după ce s'a stins familia Dolhai, a devenit la inceputul secolului trecut cu alte dominii mari, in proprietatea gubernatoriului Transilvaniei Michail Teleky, documentele referitórie la acele moșii, asemene.

4.

1329. 26. Aprilie. Carol regele Ungariei cu privire la acea, că pămĕntul Maramureșului e neroditor, impărțĕsce de osebite drepturi și libertăți hospesilor sași și unguri din oppidele Visk, Huszt, Tecеu și Câmpulung, a nume: dreptul de libera migrațiune, dreptul de a alege magistratul și plebanul; scutirea de sub jurisdicțiunea comiților; dreptul de judecătoriă; dreptul la plantațiuni noue și la extirpațiuni garantate in contra ómenilor de altă limbă sau de altă națiune, scutirea de vamă, dreptul de tĕrg, scutirea de alte contribuțiuni, afară de teragiul (censul) limitat după fie-care fund sau curiă etc.

Carolus Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex, Princeps Salernitanus et honoris ac montis Sancti Angeli Dominus etc. Omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris praesens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Ad regiam pertinet Maiestatem iustas petitiones admittere fidelium Subiectorum, quod eorum numerus iugiter augeatur, et regalis potentia latius extendatur: cum regum sit proprium in multitudine populorum gloriari. Ea propter ad universorum

notitiam harum serie volumus pervenire: quod nos considerantes fidelitates hospitum nostrorum, fidelium de *Maramorusio*, Saxonum et Hungarorum, videlicet de villis Visk, Huszth, Técső et de Hosszumező, specialiter pro eo, quod terra Maramorusiensis infertilis, laboriosa et gravis ad residendum fore dignoscitur, omnes libertates, quibus cives seu hospites nostri de Szöllős gaudent et fruuntur, eisdem de regia benignitate duximus concedendas, his specialiter declaratis et expressis: primo quod quicunque conditionis liberae homines ad villas praedictas causa commorandi venire voluerint, libere veniant et secure commorentur; et sicut libere veniunt, sic et libere alias quocunque voluerint, se conferre possint, cum rebus ipsorum et personis, venditis, aedificiis propriis sumptibus comparatis, soluto iusto et consveto terragio, habitaque licentia de Villico clara luce. Secundo: item quod iudicio nullius Comitis stare teneantur, nisi iudicis ipsorum per nos deputati, aut villici ipsorum, per communitatem electi. Tertio: item villicum inter se eligant., quem voluerint de communi voluntate, et sacerdotem, seu Plebanum ad ecclesias eorum parochiales sponte recipiant, quem in iisdem Ecclesiis non solum usque tempus, sed etiam perpetuo possint conservare; et idem Plebanus eorum in suis extremis bona sua et res suas liberam habeat, quibuscunque voluerit, legandi facultatem. Quarto; item iidem Hospites nostri decimam sacerdoti seu Plebano debitam, in agro relinquant ex integro. Quinto: item Sacerdotes eorum de quinquaginta fundis integris, terras arabiles habentibus, ratione decimarum solvat suo Episcopo diaecesano unam marcam denariorum, tempore currentium in termino consueto. Sexto: item homicida pro homicidy iudicio solvat duas marcas denariorum. Septimo: item pro mortali vulnere unam marcam, et de percussione, quae fit cum sanguinis effusione, dimidiam marcam; et de simplici percussione, absque sanguine, sexaginta denarios solvat reus. De vituperio autem nihil plus quaeratur per vituperatum nisi facto. Octavo: item volumus, ut omnes causas inter ipsos motas et movendas, villicus eorum cum senioribus ipsorum possit iudicare, exceptis homicidio, violentia, furto et incendio; quas Iudex noster cum villico ipsorum iudicabit; quarum causarum iudicatarum duas partes Iudex noster percipiet, tertia parte villico eorum remanente. Nono: item super causis inter ipsos exortis, liberam habeant pacem reformandi facultatem. Decimo: statuimus etiam, ut terras eorum, quas ipsi stirpando praeoccupasse dicuntur, labores eorum expendendo pro eisdem, nullius idiomatis vel nationis homines ipsas terras ab ipsis auferendi habeaut

facultatem. Undecimo: praeterea ipsi hospites nostri pro terragio de singulis fundis integris singulos dimidios falcones singulis festivitatibus Beati Martini Confessoris nobis dare et solvere teneantur. Duodecimo: volumus etiam, quod ubicunque processerint cum suis mercimoniis, nullus eosdem praesumat impedire, sed si qui aliquid actionis habuerint contra ipsos, coram iudice vel villico eorumdem, ordine iudiciario prosequatur; et si in reddenda querulantibus iustitia contumaces fuerint, tandem possint prohibere bona eorumdem. Decimo tertio: item volumus, quod fora habita in eisdem villis, sub constitutis diebus, libere et absque tributo aliquali celebrentur. Decimo quarto: item volumus, quod nullus Baronum nostrorum super eos descensum facere praesumat violentum. Decimo quinto: et etiam si voluerint aliqua opera utilia vel novas plantationes, liberam habeant faciendi facultatem. Decimo sexto: Hoc non praetermisso: quod de singulis curiis sive fundis, agros non habentibus, non nisi tria pondera pro terragio nobis solvere teneantur. Decimo septimo: item quia ipsa terra Maramurusiensis multum sterilis esse dicitur, ut est praedictum, pro persolutione Aconum frugum, decimorum, porcorum, et oblationibus munerum, alias praesentare et offerre consuetorum, propter carentiam annonae, ipsos prius reddidimus liberos et pariter expeditos. Utque series libertatis ipsorum hospitum nostrorum praemissae inconcussa et immota permaneat, roburque obtineat perpetuae firmitatis, nec per quempiam in irritum possit retractari, praesentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri novi et authentici munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri Magistri Andreae, Ecclesiae Albensis Praepositi, aulae nostrae Vice-Cancellary, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini. Millesimo Trecentesimo Vigesimo nono Sexto Calandos May, Regni etiam Nostri anno Similiter vigesimo nono, Sede Strigoniensis Ecclesiae Vacante Venerabilibus in Christo patribus, Fratre Ladislao Archiepiscopo ecclesiae Collocensis aulae nostrae cancellario, Benedicto Csanadiensi, Georgio Sirmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Iauriensi, Henrico Veszprimiensi, Ladislao Zagrabiensi, Andrea Varadiensi, Fratre Petro Bosznensi Chanadino Agriensi et Andrea Transilvano Episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Magnificis Viris Ioanne comite Albensi Simighiensi et Tolnensi, Demetrio Magistro Tavernicorum nostrorum et comite Trincsiniensi, Thoma Wayvoda Transylvano et Comite de Zonuk, comite Paulo Iudice curiae nostrae totius Sclavoniae, Ioanne Bano de Machov Comite Sirmiensi de Valchov et Barana, Ioanne magistro Tavernicorum Dominae Reginae

consortis nostrae carissimae magistro Deseöv iudice Sopronienst Dionisio magistro depiferorum Nostrorum, Stephano Agazonum Magistro et Nicolao Comite Posoniensi alys que quam plurimis comitatus regni nostri tenentibus et honores.

[1]) Aceste erau libertățile date cetăților libere regie in marginele țěrei cum le aveau de esemplu cětățile dalmatine. Alte cětăti precum Posoniu, Cassovia, Eperjes, Brasov, Timisóra, tot cu aceste drepturi au devenit centre de avuțiă, tăriă și cultură, ér oppidele nóstre au rěmas pănă in secolul presente, staționarie mai ales pentru greutate de comunicațiune și din lipsa de spirit commercial. Autonomia avut au oppidele in mai mare měsură ca in ḑilele nóstre, dér imprějurările nu li-au fost favorabile astfeliu ca la alte cetăți libere.

[2]) Din transcrisul legalisat, ce sě află intre actele procesului fiscului regesc contra nobilul Michail Tóth locuitor in Sziget (archivul Comitatulni III. 1784/27.) sě află și in procesul de producțiune alui Joan Becske și alți din Visk (archivul Comitatulni III. 1782/24.) s'a publicat prin Fejér (cod. dip. VIII. 3. p. 353.) — N. Densușan, Documente I. pag. 611.

5.

1335. 6. Oct. Visegrad. Inaintea regelui Carol, Ladislau archiepiscopul din Calocea tramisu sě tracteze cu voivodul Bogdan, fiul lui Miculu, ca sě descalece in Ungaria, dechiară că Thouka castelanul din Ersomlyo și Crasseu nu e respunzâtoriu pentru daunele causate prin procurarea victualelor in posesiunile Jam și Borzas Szent-György. Regele primesce aceste excusări de órece exacțiunile s'au făcut in serviciul seu.

Nos Karolus . . . rex . . significamus . . quod anno domini M° CCC° XXX^mo quinto accedens ad nostram presenciam . . frater Ladislaus . . archiepiscopus Colocensis aule nostre cancellarius compater noster . . proposuit coram nobis . . in hunc modum quod cum ipse ex destinacione mandati nostri causa habendi tractatum de transitu et translacione Bogdan woyvode filii Mykula de terra sua in Hungaria cuius translacio permaxime tunc imminebat, per plura tempora duravit ut maturius digestus celebraretur et fieret, habens necesse transire ad confinia illarum parcium et ibidem moram facere et causa predicta semel a festo Omnium Sanctorum usque ad festum Epiphaniarum domini, secundo deinceps usque ad festum Penthe-

costes et tercio demum usque ad festum Assumcionis beate virginis ipsum residenciam facere in partibus confini regni in serviciis nostris opportuisset et ea propter maxima sumtuum et expensarum onera inire et facere necesse habuisset, quarum causa quasdam possessiones videlicet Jam et Borzascenthgyurgy vocatas cum pertinenciis earum possessiones videlicet parvi Nicolai dicti de Jank fatris sui que quia in partibus et finibus illis extiterant in exaccionibus victualium et expensarum necessarum aliquantulum aggravaverant, verum quia per magistrum Thoukam de Ersumlya et Karasow castellanum suum tamquam officialem et iudicem suum ad hoc specialiter deputatum super populos predictarum possessionum dicte exacciones sumtuum necessariorum fuerant facte et fiebant, si fortassis idem Thouka in tenendo et procurando predictas possessiones et exigendo exacciones expensarum predictarum aliquos rerum damnis gravasset et affecisset vel ablacione rerum excessisset et afflixisset, illa omnia suis et illis temporibus in predictis exaccionibus facta sibi relaxasset et condescendendo indulsisset, ita quod sibi imputari a quocunque non deberet sed contra omnes tam ad presens quam quocunque tempore in futurum querelantes vel quescionem movere volentes racione rerum exactarum ipsum Thoukam reddidit omnino expeditum et quietum, ita quod ullo unquam tempore in futurum aliqui vel aliquis de predictis possessionibus vel alius pro eis eidem Thouce racione rerum quarumcunque suo tempore exactarum valeant movere aliqualem quescionem nec coram quovis iudice possit in causam trahi vel causari, pro cassis et irritis affatus extitit habendas si alique controversie racione predictorum contra ipsum Thoucam moverentur; ut autem hec sua huiusmodi ordinacio et relaxacio et confessionis sue emologacio (sic) rata firma et accepta in posterum habeatur et robor optineat perpetue firmitatis, nostra regia auctoritate petens cum instancia autenticari concupivit; nos vero considerantes quod predicta exacta in nostris serviciis facta fuerant annuimus ad supplicacionem ipsius domini archiepiscopi de gracia speciali et ad expedicionem et quietem ipsius Thouce literas nostras patentes concessimus eiusdem domini archiepiscopi instantibus peticionibus inclinati. Datum in Wyssegrad, in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini supradicto.

[1]) Reproducem acésta diplomă, de órece unii ca Georgiu Petrovay sunt de părere, că acest Bogdan ar fi identic cu Bogdan voivodul din Maramureș și apoi al Moldovei. Acésta părere nu e motivată, de óre ce in diploma nu sĕ aminteșce că tractatele lungi și de trei ori incepute, sĕ fie avut un resultat. Neci că e pro-

babil, că Bogdan fiul lui Niculae voivodul ţerei romanesci († 1364.) se-şi părăséscă câmpiele mănóse dela gura Oltului şi se se mute intre munţii neroditori din fundul riurilor Iza şi Vişeu, unde erau moşiile lui Bogdan şi ale fratelui seu Iuga voivodul Românilor. Precum Jam şi San-Georgiulu moşiile aggravate sunt in Banat, astfeliu şi descălăcarea numai in Banat s'a intenţionat.

[2]) Reprodus din: Codex dipl. hung. andegavensis III. pag. 201. s'a publicat şi prin N. Densuşan: Documente I. p. 637.

6.

1336. La mandatul regelui Carol prin Capitul din Agria sĕ face reambularea metale a posesiunei Bedeu in favorul românilor Drag şi Draguş servienţiĭ regelui; metele sĕ stătoresc cu întrevenirea lui Paul plebanu şi Conrad, fiul lui Jacob cetăţian din Teceu.

Capitulum ecclesie Agriensis Salutem in Salutis Largitore. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum nos visis litteris Excellentissimi Principis domini nostri Regis Karoli, per eundem nobis destinatis, cum Magistro Egidio Aule Iuvene et homine eiusdem Domini regis, nostrum hominem idoneum virum videlicet dominum Nicolaum sacerdotem de choro nostro ad reambulandam quandam possessionem Dragh et Dragus[1]) Volahorum et serviencium ipsius Domini nostri Regis Bedeuhaza vocatam in districtu Maramorisiensi existentem et ad distinguendas et erigendas metas eiusdem possessionis, preceptis et mandatis eiusdem domini Regis obedire cupientes ut tenemur, iuxta continenciam earumdem litterarum ipsius domini Regis, pro testimonio destinassemus, Demum Idem regius et noster homines cum prescripto Dragh et discreto viro Paulo Plebano Rectore ecclesie de Thechew, ac Corardo filio Iacobi Cive de eadem Thechew in cuius vicinitate et commetaneitate ipsa possessio Bedeuhaza, ut dixerunt adiaceret, ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum nativitatis domini iam preteritum accessissent ad facies possessionis Bedeuhaza prenominate, et eandem vicinorum et commetaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus factis et eisdem presentibus specialiterque presentibus hominibus Civibus de dicta Civitate Thechew per suas veras metas et antiquas, novas metas infra declarandas iuxta veteres erigendo, ream-

bulassent, reambulatasque cum quibuslibet suis utilitatibus et pertinencys eisdem Dragh et Dragus, sicut Ipsorum Ius, reliquissent perpetuo possidendas nemine contradictore apparente. Mete autem quibus preallegata possessio Bedevhaza a vicinariis possessionibus, specialiter a dicta Civitate Thechew separatur et distinguitur, prout idem regius et noster homines coram preallegato Paulo plebano et Corardo nuncys civium memorate civitatis Thechew nobis exposuerunt hoc ordine protenduntur, prima enim meta incipit a plaga meridionali iuxta fluvium Ticie ubi est una meta terrea iuxta quam ipsi novam metam erexissent, et abhinc versus plagam septemtrionalem procedendo venit ad locum ubi quidam fluvius wulgo Sanyapathaka dictus cadit in alium fluvium Malumvize nuncupatam, in cuius extremitate a parte dicti fluvii Ticie est una meta terrea similiter renovata, a qua in extremitate meridionali eiusdem fluvy Malmawize ad plagam orientalem regirando et per modicum spacium currendo exit de eodem fluvio, et iungit introitum fluvy Cherchyespatak vocati ubi est una meta terrea, de qua versus eandem plagam orientalem declivo modo currendo venit ad quendam rubum wulgo Rekegyebokor vocatum, iuxta quem est una meta terrea, et abhinc versus dictam plagam currendo cadit in quandam vallem Ebrys vocatam, in qua iuxta quandam Semitam de prefata villa Bedeuhaza in ipsam vallem ducentem est una meta terrea, de qua in extremitate Anyafamezew versus dictam plagam septemtrionalem regirando transit quandam Stratam publicam de Maramorisyo versus Hungariam ducentem,[2]) . . quam ab ipsa plaga septemtrionali est una meta terrea, a qua versus plagam occidentalem regirando, et in extremitate ipsius campi Fanyasmezey currendo venit iterato ad unam metam terream circa mediam partem ipsius campi a dicta plaga septemtrionali adjacentem, et abhinc versus eandem plagam septentrianalem currendo intrat quoddam magnum pratum, quod ad longitudinem eiusdem dividit ad duas partes quoequales, eius directa dimidietas a plaga orientali adiacens prescripte possessioni Bedeuhaza, alia vero medietas a plaga occidentali existens dicte civitati Thechew remanserunt. In cuius quidem prati exitu iungit unam viam iuxta quam a parte ipsius prati est una meta terrea, et in eadem via versus dictam plagam Septemtrionalem iuxta fluvium Thechew currendo venit ad locum ubi fluvius Keserewpathakawyze cadit in ipsum fluvium Thechew ubi est una meta terrea, et in eodem fluvio Thechew supra, contra meatum eundem transeundo iungit locum ubi duo fluvy Thechewvyze coniunguntur ubi mete

ipsius possessionis Bedewhaza a metys dicte civitatis Thechew separantur. Et de unde rursus dictam plagam orientalem reflectando currit, quoddam commune Berk prope montem Rekewnayavahege adiacens de quo in quendam calwosum monticulum vulgo Pod vocatum descendendo, et de eodem monticulo similiter gradatim descendendo iungit quendam fluvium lacosum, et currendo in eodem cadit in fluvium Tharazwyze[4]) nuncupatum, inquo fluvio versus proallegatam plagam meridionalem deorsum transeundo intrat iterato in dictum fluvium Ticie,[3]) et currendo versus plagam occidentalem in eodem venit rursus ad priorem locum ubi inceperat et ubi terminantur. In cuius rei testimonium perpetuamque stabilitatem presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Presentibus tamen Nicolao preposito Iohanne Custode, Martino Cantore, dominis Dominico de Wyvar, Petro de Zemlen; David de Zabouch Iohanne de Patha, alio Iohanne de Borsod, Petro de Hewes Archidiaconis et alys multis. Anno domini Millesimo CCC⁰ XXX sexto, regnante Carolo illustro Rege Hungarie, Chanadino Strigoniensi, fratre Ladislao Colocensi Archiepiscopis, et domino nostro venerabili patre N. dei et apostolica gracia Episcopo Agriensi existentibus.[5])

[1]) Drag şi Draguş sunt numiri identice, ambele corĕspund numelui grecesc Philemon şi sunt análóge numirilor Danc—Dancuş, Marc—Marcuş etc.

[2]) Acest Draguş este după tótă probabilitatea fundatorul şi ăntăiul voivod al ţerei Moldovei, domnind la aniĭ 1359—1360. El e titulat servientul regelui— . nobil ca şi Stefan şi Ioan, fii lui Iuga, voivoḑi maramurĕseni (veḑi diploma din anul 1353.), era lăudat, distins şi cu avere, deórece între moşiile sale Bedeu este una din posesiunele cele mai fertile din Comitat; alte date despre dinsul până astăḑi n'am aflat, pentru-că literile sale le v'a fi dus cu sine la Moldova şi a rĕmas numai acésta aci, care conţine descrierea hotarelor; după fiul sĕu, voivodul Sas a avut de nepot pe Magistrul Drag şi exemple ne arĕtă, că nepoţiĭ purtau numele moşuluĭ lor, precum Draguş din Giulesci amintit la anul 1317. avea de fiul sĕu Giula pe nepotul Draguş, dér acesta n'a potut fi voivodul Moldovei, deórece în aniĭ 1359—1360 şi mai apoi a trăĭt in Maramurĕş. Numele lui Drag din Bedeu mai întălnim in diploma din anul 1355. unde este numit: Comite Drag, pe al fiului sĕu Ladislau judele nobililor in cea din 1385. numele lui Draguş din Bedeu nici intr'una.

[3]) Din cuventele: de Maramorisio versus Hungariam, potem deduce, că Maramurĕşul era puţin inainte de acea privit ca o provinţă cu oresi-care autonomiă.

[4]) Ticia=Tisa. Riul, ce nasce în munţiĭ nostri, aprópe de muntele Turbat şi nu departe de isvórele Prutului, curge cu tóte apele nóstre cătră Dunăre, e numit prin Strabo contemporanul împĕratului Tiberiu: Parisus, ér prin Pliniu Major contemporanul împĕratuluĭ Vespasian: Patissus. Jordanis (543.) vorbind despre legaţiunea lui Priscus la curtea lui Atilla 'l numesce Tisia, precum şi alţi autori pos-

teriori. Numele Tisa avĕnd sunetul analog cu Porolissum, Potaissa, Tiasson, sĕ presupune a fi de origine Dacică, din cuventele lui Pliniu Hist. Nat. IV. 15: „Campos et Plana Jasyges Sarmatae, montes vero et saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum amnem . . . . tenent" — înțelegem, că tribul sarmatic al Jazigilor fiind in resbel cu Dacii au gonit pe acestii de pe câmpiile dintre Dunărea și Tisa, până dincolo de Tisa între dealuri și munți: astfel sĕ întăresce și acea ce afirmă Florus pela finea secolului I.: Daci montibus inhaerent . . . . . . Sarmatae patentibus campis inequitant — Poporul dacic al ținutului nostru s'a întărit atunci, când impĕratul Traian in anul 106 sfermând poterea armată a Dăcilor, acestii erau constrinși sĕ-și caute refugiul in marginile provinciei, asemenea ca și când să aruncă o piétră în mijlocul lacului, unda apei sĕ lățesce până cătră margini, astfel au căutat scăpare și urmașii legionarilor romani după invasiunea Gothilor in anul 270. astfel s'au refugiat Gothii inaintea învingĕtorilor de Huni in anul 376. In acest mod s'au format popórele Europei moderne, de esemplu cel Italian, despre care la poetul sĕu Alessandro Manzoni cetim despre Longobardi acest pasagiu potrivit:

Il forte si mesce col vinto nemico,
Col nuovo signore rimane l'antico,
L' un populo e l' altro sul collo vi sta,
Dividono i servi, dividono gli armenti,
Si posano insieme sui campi cruenti
D'un volgo disperso, che nome non ha.

Seu românesce:

Cel tare sĕ unesce cu dușmanul învins,
Cu stăpânul nou rĕmâne cel vechiu,
Poporul unuia s'al altuia sĕ opresce pe dealuri,
Impărțesc între ei servitorii, impărțesc turmele,
Sĕ așĕdа la olaltă pe câmpiile incruntate
Ale glótelor imprăsciete, ce nume nu au.

[5]) Taras asemene de origine dacică, deóre-ce suna anolog cu Tyras=Dnistru și-sĕ afirmă, că espresiunea Ar însemnéză în limba Thracică curgere, altcum numele acestui riu ne amintesce la poporul Thrac și la S. Tarasiu archiepiscop (†806.) Diminutivul din Taras este Tărășel, un afluent al Tarasului.

[6]) Din transcriptul autentic al capitlului din Agria din anul 1456. scris pe pergament și provĕdut cu sigil pendente al nobililor din Bedeu, mi l'a comunicat in anul 1876. Ivan Biben posesor nobil de acolo.

7.

1343. 21. Octobre Oradea Mare. Mandatul regelui Ludovic cătră tóte judecătoriile ţĕrei ca se-se amâne procesul inceput prin Joan fiul lui Dyonisiu din Kölese in contra lui Crăciun voivodul din Bilke, pentru conflictul ce l'a avut Bogdan căndva voivod in Maramureş cu numitul Joan si fraţii sei; de órece voivodul Crăciun nu e vinovat in causa acésta.

Nos Lodovicus Dei gracia rex Hungarie memorie commendamus, quod causam et materiam litis, quam Iohannes filius Dyonisy de Kelche[2]) contra Karachynum woyvodam de Bylke et duos filios eiusdem super facto conflictus, quem Boghdan quondam woyvoda de Maramarosio noster infidelis contra prefatum Iohannem filium Dyonisy et fratres eiusdem in hieme nunc preterita habuit, movit vel movere intendit, Nos cognita innocencia prefati Karachyni woyvode et filiorum suorum presentibus eisdem Karachyno et filys suis citacionemque quam prefatus Iohannes filius Dyonisy fecerat contra ipsos relaxamus. Igitur vobis universis iudicibus et iusticiarys regni nostri presentibus precipimus per presentes, quatenus prefatum Karachynum woyvodam et filios suos contra prefatum Iohannem filium Dyonisy super predicta causa iudicare, vel vestro astare iudicio compellere nullotenus presumpmatis. Secus obtentu nostre gracie non facturi. Datum Waradini in festo undecim millia virginum. Anno domini M⁰ CCC⁰ XL imo tercio. Nam nos de facto premisso cum Deo auxiliante dum in Wyssegrad redierimus super facto premisse cassacionis cum prelatis et Baronibus nostris intendimus plenius deliberare. datum ut supra.[3])

Relacio Stephani Lachk et domini archiepiscopi.

[1]) Din originalul scris pe pergament in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós. Copia dela Georgie Petrovay.

[2]) Despre faptele potenţiarie ale lui Ioan din Kölcse amintesce Szirmay: Szatmár vármegye ismerete II. pag. 254. In acest proces neci Bogdan nu se va fi aflat de vinovat, de órece moşiile sale nu s'au confişcat, decât la anul 1365., când a ajuns se fie voivod al Moldovei. E interesant a afla despre densul şi atât, cât se amintesce aci.

[3]) Despre originea voivoḑilor: Bogdan, şi Draguş, aflăm deducţiuni ingeniόse la B. P. Hasdeu in tractatul sĕu recent (1898.) intitulat: „Negru-Vodă". Ca resumat al acestor deducţiuni reproducem următórele passagii: „. . . . strămoşii lui Dragoş-vodă, plecaţi din Oltenia pe la anul 1285., fuseseră Kinezi din Romanaţ,

din aceiaşi ramură a Basarabilor, de unde sĕ trăgea Dan-vodă cel dela 1290 . . ." mai incolo: „1358. pe ruda sa Bogdan-vodă din Maramureş, descendinte din Kinezii cei emigraţi din Romanaţ, sub Barbat-vodă, Alexandru-vodă il indémnă de a ocupa Moldova nordică, şi de a sĕ subtrage corónei unguresci", Aceste se deduc din cuvintele lui Miron Costin din poema sa polonă scrisă la anul 1684.: „Este un sat numit Cuha in ţéra Maramureşului, unde locuia cu ai sĕi Draguş, fiul lui Bogdan, iar Bogdan era măndru de inrudirea sa cu vechii domni". Logofĕtul Miron Costin in legaţiunea sa la Polonia călătorise prin Maramureş, aci va fi primit noţiunea sa despre Bogdan şi moşia sa Cuhea, ér restul e de un caracter mult mai poetic, decăt sĕ pótă fi primit de probă istorică.

Dér deducţiunile citate se intemeiéză cu deadinsul pe o cronica anonimă moldovenéscă, scrisă la inceputul secolului XVI. in limba ruséscă, şi aflată in colecţiunea de cronice rusĕsci numită: „Voskresenskaja Letopisi".

Acésta cronică s'a publicat mai nainte prin Schlözer (Geschichte von Littauen. Halle 1785.) in traducere latină; apoi in original prin comisiunea archeografică in „Polnoe sobranie russkich Letopisei" t. VII. V tipografii Eduarda Pratza. Sanct petersburg 1856., mai pe urmă prin J. Bogdan in „Vechile Cronice moldovenesci" Bucuresci 1891. in text original şi traducere romăna.

Despre acésta cronică s'a dechiarat Fessler (Geschichte der Ungern II. p. 681.) că nu merită neci un creḑĕmĕnt. După L. Szalay (Magyarország története II. pag. 102.) cronica acésta nu e altă, decăt o minciună: după J. Bogdan (o. c. p. 67.) e o inventiune fantastică.

Cu tot respectul ce dătorim auctoritaţei dlui B. P. Hasdĕu, noi incă suntem de părerea lui J. Bogdan, de órece datele cronicei pănă la anul 1359., care sĕ pot controla, sunt ne adeverate, deci cele lalte la care ne lipsesce óri ce controlă, nu le putem primi.

Cronica ne spune intre altele, că romănii sunt de origine din cetatea Veneţia, dér aşa cĕva nu scie altu nimene, şi formele limbei romăneşci sunt cu mult mai vechi, decăt coloniile veneţiane, cele dubiósĕ la Dunerea de jos. Toţi cronicarii sciu, că precum Roma vechiă nu este numai una: astfeliu şi Roma nouă numai una era şi acésta a fost Constantinopolea (veḑi diploma din anul 1391.) ér nu o cetate situată in ţinuturi necunoscute lăngă Dunăre. Desbinarea intre biserica reseriténă şi apusană nu s'a intemplat sub papa Formosu (†896) de órece dĕnsul fiind mai inainte misionariu in Bulgaria, avea ca papa cele mai bune relaţiuni cu tot orientul crestin; desbinarea s'a făcut cu mult mai tărḑiu la anul 1054. Archiepiscopul sĕrbĕscu Sava II. (despre săntul Sava (I.) care a murit la anul 1237. neci vorbă nu póte fi.) n'a fost unchiul regelui Ungariei Ladislau IV., de órece numai nepotul sĕu de frate dulce, regele sĕrbĕscu Dragutin era cumnat cu Ladislau IV. (veḑi Dr. Wertner Mór: Délszláv uralkodók geneologiai története pag. 58.); şi nu e cu putinţia, ca un arhiepiscop oriental sĕ fie botezat pe un fiitor rege al Ungariei fără sĕ cadĕ acesta sub excomunicaţiune cu dinastia cu tot. Cronicele şi diplomele Ungariei amintesc despre multe bătăi cu tătarii, dér despre una intĕmplată lăngă Tisa, nu sciu nimic. Cronicariul de sub intrebare amintesce pe Kinezul necontrolabilu al tătariloru pre Neimet, dér despre Kinezul sau voivodul ungurilor ori al vechilor seu noilor romăni nu scie nemic, pe cănd i cunóscem şi din diplomele Ungariei; in acestia neci urmă nu este sĕ fi dăruit regele Ladislau IV. pămĕnt órecuiva in Maramureş. In tot Maramureşul nu este locu ce sĕ chiamă Criş şi

Mureşul curgĕ fórte departe de Maramureş mai atăta, cătu stau departe povcşcile Cronicei de adeverul istoric. Pe lăngă aceste date ne esacte nu e cu putinţă sĕ primim ca adeverate cele l'alte; recunóscem inse fondul acestei naraţiuni: că romănii avĕnd de vecini de cătră apus popóre de legea latina; au avut şi au sĕ sufere mult pentru stătornicia lor in legea reseriténa; ér avĕnd de vecini de cătră răsărit popóre pagăne cumano-tătăresci, in decurs de trei secolii au statu cu acestii in luptă continuă; lupta decisivă s'a luptat nu lăngă Tisa, dér departe in Moldova, nu sub Ladislau IV. ci mai tărḑiu in anul 1345. sub conducerea lui Andrei fiu lui Latzk, comitele al Braşşeului, al Secuilor, al Bistricei şi al Maramuresului, lupta a ţinut mai multe ḑile, crestinii au fost ajutaţi, (cum ne spune legenda cea mai frumósă, din căte aflăm in cronice, legenda eternizată prin poesia classică: „Szt.-László" de Arany János), de umbra săntului rege Ladislau I. spaima pagănilor, carii au fost invinşi cu desverşire şi scoşi din Moldova pănă cătră marea négră. In acésta lupta au laut parte afară de Secui mulţi saşi şi romăni, incepĕnd dela Olteni pănă la Maramăruşeni; după acésta luptă au primit mulţi maramureşeni dela regele Ludovic donaţiuni la moşiile lor avute şi inainte de acea; numai după acésta bătălia a devenit possibilă descălecarea ţĕrei Moldovei prin Drăgus-voda la anul 1359. apoi prin Bogdan voda la anul 1364.

8.

1343. Gradea Mare. Regele Ludovic conferesce lui Crăciun din Bilke moşia Bilke in comitatul Bereg, cu acea condiţiune, cu care s'a dat prin literile părĕntului sĕu regelui Carol; literile acestuia au sĕ remăne in vigóre şi in viitoriu.

Nos Lodovicus Dei gracia rex Hungarie significamus presencium per tenorem q(uibus expedit universis) memorie commendantes. Quod Karachyno de Bylke eandem possessionem Bylke (in Comitatu) de Beregh existentem dimisimus et permisimus tenere et habere ea (firmitate) . . . . . et ea condicione sicut in litteris Exellentissimi principis domini Karoli (olym) Illustris Regis Hungarie genitoris nostri Karissimi continetur et easdem (litteras ipsius) Regis genitoris nostri Karissimi in earum vigore stabilitate et (firmitate volumus) . . . permanere. Datum Waradini feria secunda proxima post festum . . . . Anno domini Millesimo CCC° XL. mo tercio.

[1]) Originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil mic in dos, sĕ află in stare desolată in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós, copia dela Georgiu Petrovay.

²) Tot acolo se află şi literile metale despre Bilke date „Karachyno Olako" din anul 1339. transcrise la cererea lui Serechin fiul lui Crăciun prin regele Carol in anul 1341. şi confirmate prin regele Sigismund in anul 1393.

9.

1345. 28. Decembre. Visegrad. Regele Ludovic I. confirmă pe Apruşa şi Maruş fii lui Erdew voivodul, pe Staan fratele lui Erdew şi pe Myk fiul lui Staan in Kenesiatul din Saraseu sub acele condiţiuni care sunt puse in literile regelui Carol, deodată dispune despre introducera numiţilor.

Nos Lodovicus Dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos Kenezyatum de Zorwazou cum omnibus suis proventibus et utilitatibus Aprusa et Marus f . . . . Erdeu Woyvode, Item Staan fratri ipsius Erdew et Myk filio euisdem Staan dimisimus, permisimus . . . . osimus tenere et habere ea firmitate et ea condicione, sicut in litteris excellentisimi principis Domini Caroli . . . olym Illustris regis Hungarie privilegialibus continetur et habetur, et easdem litteras ipsius patris nos . . . . privilegiales in earum vigore firmitate et stabilitate, qua persistunt, volumus et commisimus . . . . . . permanere, et ipsos in predictum kenesiatum et suas utilitates sub suis antiquis metis et metarum . . . . per Iohannem filium Ladislai hominem nostrum specialem volumus introduci et ipsis statui, pleno iure, si per quempiam non fuerit contradictum. Contradictoribus autem, si qui fuerint, idem homo noster cum eorum . . . . . . coram nobis comparendi terminum assignet competentem. Datum in Vyssegrad in festo Sanctorum Innocentium . . . . Anno Domini Millesimo tercentesimo quadragesimo quinto.

¹) Aprusa=Oprea=Opriş=Claudius. Marus=Mareş=Mariş=Magnus. (28. Aprilie.) Staan=Constantin. Myk=Nicolae. Erdew=Silvestru.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil mare regesc duplu pendent, l'am copiat in anul 1864. la Ioan Mich din Iépa, fiul comissariului de securitate Simeon Mich, sĕ află in copiă legalisată in processele producţionale ale mai multor familii din Iépa in archivul comitatului III. 1783/46. 51. etc.

²) Literile regelui Carol nu sunt cunoscute; moşia Saraseu e inpopulată din tempuri prehistorice; asta o adeveresce numirea dealului: cetăţea; fortificăti-

unile la pórta de fer (Vaskapu) multe obiecte din epoca de bronz (sabie, celte braciare etc) aflate in hotar, şi mai ales thesaurul de aur in greutate de vreo 9. kilogramme, decorat cu gust artistic, aflat la anul 1847. o parte din acest thesaur sĕ află in muzeul national in Budapesta, altă parte in possesiunea lui Petru Mihályi in Saraseu, cea mai mare parte s'a impărţit şi a disparut. Descrierea mai de aprópe veḑi in „Archeologiai közlemények 1865. V. p. 37—45. şi Congrès international d' anhtropologie et d' archeologie préhistoriques. Compt—Rendu de la huitième session a Budapest 1876. II. vol. pag. 97.

10.

1346. 6. Aprilie Visegrad. Regele Ludovic la cererea lui Myk românul fiul lui Stanislau fiul lui Bărsan, şi a fraţilor sei Neag, Mayn şi Raad intăresce donaţiunea regelui Carol, dată in anul 1326. lui Stanislau Kenezul, fiul lui Sten asupra Strimturei, cu acea modificare, că Myk şi fraţii sei asemene ca alţi nobili sĕ fie suppuşi la judecata regelui şi a juḑilor Ţerei, de care au fost scutiţi prin regele Carol.

Nos Lodovicus Dei gracia Rex Hungarie Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Myk Olacus filius Stanislai fily Borzan in sua, Negh, Mayn et Raad fratrum suorum personis ad nostre maiestatis presenciam accedendo, exhibuit nobis quoddam privilegium domini Karoli olym Incliti Regis Hungarie patris nostri Karissimi bone memorie, cum sigillo suo mediocri in partibus Transalpinis casu deperdito consignatum, collacionem cuiusdam terre Zurduky vocate continens, cuius tenor talis est: Karolus Dei gracia etc. (vide ad annum 1326.) Petens nos sua et dictorum fratrum suorum in personis humiliter et devote ut ipsum privilegium paternum, collacionem dicte possessionis exprimens acceptare, et de benignitate Regia ipsis dignaremur confirmare. Nos itaque peticionibus eorumdem Inclinati, pretactum privilegium patris nostri de verbo in verbum presentibus insertum acceptamus, et eatenus quatenus ipsum rite et legitime super prefata possessionaria collacione existit emanatum, confirmamus, ipsis et eorum successoribus, presencium patrocinio mediante. Quendam autem articulum in pretacto privilegio paterno scilicet de exempcione obscure positum, clarius specificamus. Ita ut ydem Myk et fratres sui, et ipsorum heredes ad instar aliorum nobilium Regni nostri Iudicio et Iurisdiccioni nostre regali, necnon aliorum

iudicum ordinariorum Regni debeant et teneantur subiacere, Presentes autem in formam nostri privilegy redigi faciemus dum nobis fuerint reportate. Datum in Wyssegrad in Dominica Ramis Palmarum. Anno Domini M⁰ CCCmo XLmo sexto.

Dorso sub sigillo: Relacio St(ephani) Woyvode.

1) Mic=Nicolau, Negh=Nicolau. La români adeseori provine casul, că doi frați pórtă unul și acelu-aș nume de botez.

2) Mayn=Emanuel; Raad=Hilariu seu Gaudențiu.

3) Bărsan nu e nume de botez, pentru că tatăl lui Stanislau in diploma din anul 1326. sĕ numesce Sten, dér este un adjectiv applicat la lănă și insĕmnază desu, lung și mólle; de esemplu: oiția bărsană, lănă bărsană (Laurian și Massim: Glossariu). Cel ce avea oi bărsane, va fi primit și porecla de Bărsanu; — familia nobilă Bărsanu stĕpănesce și aḑi in comuna Bărsană; muntele comunei nobilitare pórtă din strevechime numele: Bărsănescu.

4) Din or'ginalul scris pe pergamen, proveḑut cu sigil in dosu imprimat sub care sĕ cetesce „R(elatio) St(ephani) voyvode" in archivul familiei comiților Teleky in Gyömrő (El. XX. F. I. n. 3.) tot acolo sĕ află și un alt transumt al acestei diplome dat prin conventul din Leleszi cu cinci ḑile mai tărḑiu (El. XX. F. I. n. 4.)

11.

1346. 13. Aprilie. Conventul din Lelesz la cererea românului Mic fiul lui Stanislau, fiul lui Bărsan și la cererea fraților sei Negh și Raad transscrie literile donaționale ale regelui Carol, intărite prin regele Ludovic in privința moșiei Strimtura.

Nos Blasius Praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelez tenore praesentium significantes memoriae commendamus quibus expedit universis: Quod Myk Olacus filius Stanislai fily Barzan in sua Negh et Raad fratrum suorum in personis ad nostram accedens praesentiam exhibuit nobis quasdam litteras patentes Domini nostri Ludovici Dei gratia potentissimi Regis Hungariae confirmatorias cujusdam privilegii olim domini Caroli Regis ejusdem Hungariae patris sui carissimi piae recordationis, petens nos sua et dictorum fratrum suorum in personis cum instantia ut propterea, quia ipse metuens futuros casus et eventus ac periculum viarum Litteras suas hinc inde secum deferre non auderet tenorem earumdem nostris litteris patentibus de verbo ad verbum inseri faceremus, quarum Litterarum tenor per

omnia talis est. Nos Ludovicus etc. (vide sub No. 10.) Nos igitur peticionibus ipsius Myk olaci et Fratrum suorum justis et legitimis ac juri consentaneis favorabiliter inclinati devenientes ipsas litteras non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte vitiatas de verbo ad verbum tenorem earundem praesentibus inseri et appositione nostri sigilli pendentis et authentici fecimus consignandum. Datum quinta feria proxima post Dominicam Ramis Palmarum ante dictam anno ultime praenatato.

Originalul se află in archivul Comiţilor Teleky in Gyömrő (El. XX. Fasc: I. No. 4.) Copia de la Georgiu Petrovay.

12.

1346. 11. Juliu. Capitulul din Agria adeveresce, că Benedictu preutul din Sziget şi Vicariul din Maramureş a depus jurămentul, că de aci inainte are se fie supus episcopului din Agria, şi nu va recunósce de superior al seu pe episcopul Transilvan. Georgiu preutul din Vysk asemene s'a legat cu jurăment, că déca Benedictu preutul nu s'ar ţine de jurăment, lu-va arĕta episcopului.

Nos Capitulum Ecclesiae Agriensis significamus Universis, quorum interest, praesentium per tenorem, memoriae commendantes, quod Dominus Benedictus[1]) rector Ecclesiae de Zygeth, Venerabilisque in Christo Patris, Domini Nicolai, Dei et Apostolica gratia, Episcopi Agriensis, Praelati nostri, Vicarius in Maramarosia, districtu scilicet Dioecesis, et iurisdictionis praedictae Ecclesiae Agriensis, in nostri et fratrum Salomonis Gardiani, ac Stephani, fratrum Minorum, et Blasii, Lectoris, ac Jacobi, fratrum Ordinis heremitarum Sancti Augustini conuentuum de Agria, tunc in medio nostri pro testimonio euidentiori adductorum praesentia, una cum Domino Georgio[2]) rectore Ecclesiae de Vysk, eiusdem districtus personaliter constitutus, proposuit in hunc modum : quod licet ipse temeritate ductus, et etiam per metum coactus Episcopum Transiluanum in eundem districtum potentialiter absque omni iuris ordine intrantem, et in eodem discurrentem, Pontificalia officia violenter de facto exercentem, ... propter huiusmodi suos excessus erroneos, beneficio et officio, ac omnibus bonis

suis per dictum Dominum Praelatum nostrum, ac suum privari, et perpetuo carceri mancipari debuisset; ipse tamen Dominus Episcopus agens gratiose cum eodem, nullo praedictorum modorum punivisset, nec aliquam pecuniam ab eodem recipisset, sed solum de hoc, ne de cetero talia commiteret, certificari voluisset; quem quidem Dominum nostrum Episcopum alio modo certificare non posset, nec valeret, nisi iuxta modum supra scriptum. Assumpsit igitur et se, ac suum beneficium, omniaque bona sua mobilia et immobilia, ubicunque consistentia, ad hoc firmiter obligavit, et etiam super eo observando iuravit, tacto codice sacri evangelii corporaliter coram nobis, ùt amodo et deinceps ipsi Domino nostro Episcopo tanquam vero et legitimo suo Dioecesano, debitam obedientiam, debitaeque devotionis reverentiam, totiusque fidelitatis constantiam observabit, nec Episcopo Transilvano, aut alicui alteri Praelato adhaerebit, palam vel occulte, directe vel etiam indirecte, tali poena in se sponte assumpta, quod si ullo unquam tempore haec observare non curaret, et ea in aliquo variaret, ex tunc poenam periurii, et sententiam excommunicationis, quam si secus faceret, dictus Dominus noster Episcopus monitione praemissa in scriptis coram nobis tulit in eundem, et quam idem etiam Dominus Benedictus in se sponte recepit, si praemissa non servaret, cum effectu incurreret ipso facto, et insuper perpetuo carceri Ecclesiae B. Iohannis Agriensis existeret mancipandus, et beneficio ac omnibus bonis suis privandus, per dictum Dominum nostrum Episcopum, vel ipsius successores, nullo deinceps sibi cautionis remedio suffragante. Ad quae omnia et eorum singula observanda sub poenis praedictis se, suaque firmiter obligavit coram nobis. Praedictus etiam Dominus Georgius tacto similiter sacro Evangelio iuravit super eo, quod ipsum Dominum Benedictum ad observandum praemissa induceret toto posse. Et quod quandocunque ipsum senserit in praemissis vacillare, et quidcunque de eis variare, ipsi Domino Episcopo intimabit, vel personaliter declarabit, et fideliter enarrabit. Nec tamen praetermittimus, quod anteaquam praefatus Dominus Benedictus modo, quo supra, dicta iurans sub poenis praedictis se ad observandum praemissa obligasset, idem Dominus noster Episcopus, ter vel pluries requisivit eundem, si ad ea sponte et libenter obligaret, quia nollet eum cogere ad iurandum, nec ad praemissa observandum coarctare, si suae non placeret voluntati, subiungens ad statum, conscientiam, et fidem, quod eum ad locum sui duci faceret securum, et nec palam, nec oculte sibi faciet impedimentum aliquale, per octo dies continue subsequentes,

qui quidem Dominus Benedictus sic requisitus respondit: quod ipsum iuramentum ad omnem suspicionem a se removendam, et tollendam libenter et sponte deponeret, et omnia in ipso iuramento contenta, cum effectu adimplebit; quibus dictis iuravit iuxta modum praenotatum, post autem iuramentum praedictus Dominus Episcopus quandam sedulam manu tenens propria, legit in haec verba: In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus, Dei et Apostolica gratia Episcopus Agriensis, te Dominum Benedictum rectorem Ecclesiae de Zygeth, monemus peremptorie, ut iuramentum, quod praestitisti, et omnia, quae sub eodem iuramento observare assumpsisti, observes cum effectu. Alioquin ex nunc, prout ex tunc sententiam excommunicationis, Canonica monitione praemissa, in te ferimus in his scriptis. In quorum omnium testimonium ad petitiones eorumdem praesentes nostro, et praedictorum Conventuum sigilli extradandae consignatae. Datum feria tertia proxima ante festum beatae Margarethae Virginis et Martyris. Anno Domini MCCCXLVI. [3])

[1]) Acest Benedictu era om cu autoritate şi influinţă; dênsul a esoperat in anul 1352. 19. februar, că in libertăţile concese celor patru oppide s'a impărtăşit şi Sighetul; acestu-a era asemene vechiu oraş, póte şi mai mare ca cele l'alte, judecând după mărimea besericei protestante, atunci catolice, dedicate St. Emeric. Stefan Szilágyi directorul in dissertaţiunea sa (Magyar akadémiai Értesitő 1850. p. 234.) cu privire la stilul acestei beserici (care a existat până in 10. August 1859. când a devenit préda focului) al turnului seu, cu privire la picturele murale, şi la acea, că beserica s'a zidit fără sacristiă, pune tempul zidirei in secolul XII. şi constată, că beserica la inceput a fost zidită şi decorată pentru serviciul divin după ritul grecescu. Alte beserici de pétra din secolii XIV. si XV. au fost in cele patru oppide, in Remeţi şi in Saraseu, aceste stau şi astăḑi, apoi in Uglea, in Giulesci (s'a demolat in anul 1860.) in Beserica alba (a stat până in 29. Aprilie 1738. când s'a ruinat fiind spelată de apa Tisei. Veḑi: Historia Collegii Szigetensis Scholarum piarum pag 16. apud In. Simonchich: Dissertatio de Voivodis Maramorosiensibus). Se mai vede o movila formată din ruine lăngă satul Cuhea. Tóte aceste beserici, a fară de cea din Saraseu, erau zidite in stil gothic. Acest stil se cunósce şi in forma bisericelor de lemnu, din care avem ăncă in Comitat multe şi fórte frumóse construcţiuni, de esemplu in Apşa, Budesci, Călinesci, Rosalia, Jeud, Cuhea, Száldobos, Neresnice etc. Aceste beserici adeseori cu doue acoperişuri, cu galerii sprigionite de columne, cu turnuri inalte şi subţiri, cu patru turnurele şi alte detailuri atrăgătóre sunt de o rară frumseţa architectonică, şi de o valóre artistică, produse prin geniul natural al poporului. In evul de mijloc astfeliu de beserici de lemnu aveau şi oraşele Europei, de esemplu Mainz (până in anul 990.) Strassburg (1000.) Würzburg (1186.) Brema (1253.) In Kreml bisericile erau de lemnu in secolii XIV. şi XV. in Sanct-Petersburg şi in secolul XVIII. Tot in acest secol se aducea in Sziget pe apa Vişeului şi a Tisei lemnul unei beserice din Săcel, de acésta s'au folosit românii şi ruthenii până in anul 1807. când s'a zidit una de

pétră, ér in anul 1870. despărţinduse românii de cătră ruthenil, d'n anul 1893. românii au beserica lor propriă zidită in stil curat gothic, şi decorată cu flori de lilie marca dinastiei anjouvine.

Unii afirmă (că Dr. Mihail Haas episcopul r. c. al Satmarelui) că modul acestu-a de a construi beserici de lemnu Iu-dătorim colonielor germane din secolul XI. Noi suntem de părerea că construcţiunea acésta ne-a remas dela poporul gothic, care fiind de origine din peninsula Scandinava, in secolul IV. a stăpânit şi ţinuturile nóstre. Afară de partea resăriténa a Ungariei, in Scandinavia mai aflăm beserici ca ale nóstre, şi ale nóstre in privinţa artistică nu stau innapoia renumitelor „Stavkirchen" de acolo. „Diese Kirchen sind von bedeutender Wirkung, und auch in Konstruktiwer Beziehung interessant. Sie sind nicht weniger Künstlerisch wertvoll, als die vielgewürdigten kirchlichen Holzbau-werke Skandinaviens. Man kann Kaum Bauwerke schaffen, welche dem Character des Holzes mehr entsprechen, und kann andererseits den Holzbau kaum in eine edlere Form bringen, als wie das in den vorliegenden Denkmalen volkstümlicher Kunst geschehen ist. Und welche Menge haben wir von diesen Bauten noch! Im Szatmarer Comitate allein befinden sich mehrere Hunderte solcher Kirchen." (Franz Kieslinger) Cu colonistii germani am trăit la olaltă in decurs de multe secole, dér din limba lor neci un cuvent nu s'a strecurat in limba română; căsile lor, portul lor sunt de tot diferite; de la gothi ne-a remas cuventul Kenez şi Keneziatu. (Domnu si dominiul.) Fiind şi densii creştini, ne-au lăsat in moştenire forma besericei, căsei aceluia, care este domnu peste toţi domnitorii!

[2]) Un Georgiu archidiacon al Maramureşului se amintesce in anul 1333. (Codex Diplomaticus Andagavensis III. pag. 55.) Er la anul 1432. (9. Januariu) „Bartholomeus literatus pastor de Zygeth" porta officiul de Vicecomite. Tot atunci erau juḑii nobililor: Phylippus Dunka de Sajo, Bud Fíyche de Gyulafalva, Andreas Bank de Szarvaszo, Johannes Miklós de Bedeu. (Documentul se află in archivul Comiţilor Teleky in Gyömrő. El. XX. F. II. N. 14.)

[3]) S'a publicat prin Fejér Cod. Dipl. IX. 1. 426. şi prin Densusan: Documente 2. pag. 1.

13.

1349. 15. Septembre Bistriţia. Mandatul regelui Ludovic cătră Joan fiul lui Juga voivodul românilor din Maramureş pentru statuirea lui Giula fiul lui Draguş şi a fiilor lui Giula Draguş, Stefan, Tatar, Dragomir, Costa si Miroslav in moşiile Giuleşci şi Vale mare (Nires) din care moşii i-a scos Stefan fratele voivodului, căḑut in nota infidelitatis impreuna cu unchiul seu Bogdan órecăndva voivod.

Lodovicus Dei Gratia Rex Hungariae fideli suo Iohanni filio Ige Voyvodae olacorum de Maramorisio salutem et gratiam. Querimonialis relatio Gyula filii Dragus nobis patefecit. Quod Stephanus filius eius-

dem Ige frater tuus, qui nuperrime notam infidelitatis Bogdano quondam voyvoda patruo suo nostro et Regni nostri infideli notorio adhaerendo incidit[1]) ipsum, item Dragus, Stephanum, Tatar,[2]) Dragumer, Kusta et Myruslou filios suos propter eorum fidelitatis constantiam eo: quod ipsos a via solitae fidelitatis divertere, et suo, ac ipsius Bogdan quondam Voyvodae nostri infidelis notorii contubernio, et societati jungere nequivisset, de possessionibus eorum Gyulafalva juxta fluvium Maramorosii[3]) existenti et Nyres[4]) vocatis, quas olim excellentissimus Princeps Dominus Karulus Dei Gratia Inclytus Rex Hungariae Genitor noster charissimus bonae recordationis eidem Gyula pro fidelissimis, et meritoriis serviciis suis contulisset,[5]) ejecisset, et exclusisset, domos suas concremari, et comburi faciendo in ipsius Gyula et filiorum suorum praedictorum praejudicium non modicum et gravamen, idcirco fidelitati tuae firmiter praecipimus per praesentes: quatenus si ita est, quemadmodum praedictus Gyula nobis refert, extunc ipsas possessiones Gyulafalva et Nyres vocatas eidem Gyula et filiis suis praenotatis, eo jure quo ad ipsos pertinere dinoscuntur statuas possidendas dilatione procul mota, praesentibus Nicolao filio Petri homine Magistri Andreae[6]) comitis Siculorum de Braso, et de Maramorisio, ac Kenesiis[7]) terrae Maramorisiensis praenotatae. Contradictione quorum libet non obstante. Datum in Bistricia secunda die festi Exaltationis Sanctae Crucis. Anno domini Millesimo tercentesimo quadragesimo nono.[8])

[1]) Din ce causa au cadut Stefan şi unchiul seu Bogdan voda in acest an in nota de infidelitate? nu se scie; e probabil, că din causa conflictului amintit in diploma din anul 1343. Dér e sigur că Stefan in anul 1360. 24. Juniu era voivod Maramureşan, iubit de rege şi credinciosul lui (Vedi diploma cu acest dat) moşiile sale fii sei le impărţesc in anul 1385. Şi Bogdan e amintit in diploma din anul 1353. ca voivod, moşiile lui nu s'au confişcat numai in anul 1365.

[2]) Tatar=Tatăl=Patrichie (19. Mai.) numele lui lu-conservă cămpia frumósa seu prediul in hotarul Giulescilor numit Tatar.

[3]) Riul Mara, lăngă care e situata moşia Giulesci, s'a numit şi in secoli XV. şi XVI. Maramureş si dupa acest riu s'a numit comitatul intreg.

[4]) Moşia Nires de mult nu există; pre cum mi — spusese Domnul Petru Rednik bătrănul, ar fi fost intre Desesci şi Crăcesci, la locul ce se chiamă Vale Mare, unde se cunósce şi adi locul bisericei şi al caselor. In anul 1475. mai provine sub numele Nires, dér in anul 1368. 1517. se numesce: Kopach alias Nagy-Patak.

[5]) Despre donaţiunea regelui Carol făcută lui Giula sciu numai căt se cuprinde aici. Dér despre donaţiunea făcută tot de acel rege in anul 1317. despre moşiile Giulesci şi Nires in favorea lui Dragomir fiul lui Draguş şi a altor fraţi,

se face amintire in cartea manuscrisă intitulată „Productio Nobilium Anni 1752." in archivul Comitatulu pag 60. Textul donaţiunei trebue se-şe afle intre scisórile lui Nuţiu Rednik lui Belyn in Giulesci.

6) Andrea Magister equitum fiul lui Laczk a luat parte cu regele in resbelul al doile Neapolitan in anul 1350. şi după ce regele Ludovic s'a intors, l'a lăsat pe densul cu o oştire ca prefect al regatului. In banderiul acestui Comite suprem vor fi fost mulţi şi din Maramureş, acest Andrea a sfermat şi oştirile lui Atlamus pr ncipelui de Tatari, depărtănd pe acestii până cătră marea négra (1345.) „Dimissa hac Valachorum parte." Bonfiniu Dec. II. Lib.

7) Statuirea se facea de regulă in presenţia nobililor vecini, astfeliu Kenezii se iau aci in loc de nobili, veḑi in privinţa acésta diploma din anul 1368.

8) Din transumtul amintit la diploma următória.

14.

1349. 21. Septembre. Zigeth. Relaţiunea lui Ioan fiul lui Iuga voivodul românilor din Maramureş şi a lui Nicolau fiul lui Petru incredutul Magistrului Andrea Laczk cătră regele Ludovic, despre statuirea lui Giula fiul lui Draguş in moşiile Giulesci şi Nires făcută fără contraḑicere.

Excellentissimo domino eorum Lodovico Dei Gratia Regi Hungariae. Iohannes filius Ige voyvoda olacorum de Maramoros item Nicolaus filius Petri proximus et fidelis Magistri Andreae Loczk ad hoc destinati obsequium servitutis cum fidelitate. Noverit Vestra excellentia: quod cum in Septem Castris[1]) in Civitate Bistricia fuissetis, nos cum Gyula filio Dragus in terram Maramorosiensem direxistis, ut eidem Gyula et filiis suis villas Gyulafalva, et Nyres vocatas, pro suis fidelissimis serviciis, sicut etiam in litteris Genitoris Vestrae quondan inclyti Regis Hungariae Karuli bonae memoriae continetur, statuere deberemus. Nos igitur prout vestris praeceptis tenemur obtemperare, accessimus in Maramorisium ad faciem praedictarum villarum, convocatis omnibus kenesiis terrae praedictae et vicinis commetaneis suis, villas praedictas Gyulafalva et Nyres vocatas cum suis utilitatibus et metis antiquis, nullo contradictore existente, statuimus et signavimus eidem Gyula et filiis suis haeredumque suorum successoribus jure perpetuo possidendas tenendas et habendas. In

cujus rei testimonium praesentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Zigeth[2]) festo sancti Marci[3]) Apostoli et Evangelistae, Anno domini millesimo tercentesimo quadragesimo nono[4])

[1]) Septem castra=Siebenbürgen=Ardeal=Şepte cetăţi numit astfeliu ori după cele şepte scaune săsesci, ori după riul Cibin, ce curge lăngă Sibiiu. Numirea acésta a Ardélului a trecut şi in limba rusésca, precum aflăm in titulatura episcopului romănesc Josif Stoica: „administrator Mitropolii Belgradskoi Semigrada“ veḑi scrisórea acestui episcop, „dată la mănestirea Giulescilor unde este Chram St. Michail Arch.“ 13. Mai. 1695. (Duliskovics: Istoriceskia Certei III. p. 27.)

[2]) Oraşul Zigeth era şi atunci locul adunărilor şi capitala jurisdicţiunei.

[3]) Scriitoriul diplomei va fi scris cu greséla ḑiua săntului Marc 25. Aprilie, in loc de Matheiu 21. Septembre, de órece statuirea numai dupa ḑiua Crucei. 14. Septembre s'a potut indeplini.

[4]) Din transsumtul authentic al regelui Ludovic din anul 1355.

15.

1350. 31. Mart. Buda. Regéle Ludovic conferesce Kenesiatul satelor romănesci Lipce şi Zelemezeu (Herince) romănilor Săracin, Nicolau, Valentin, şi Luca fiilor lui Crăciun, avend speranţia, că acestii vor aduna poporaţiune mai mare in aceste sate.

Relatio Stephani voyvode per Ladislaum Canonicum ecclesie albensis et per Petrum de Chonga.

Nos Lodovicus Dei gracia Rex Hungarie Memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quod nos de sagaci procuracione Serechyni, Nicolai, Valentini et Lukachy Filiorum Karachun fidelium Olachorum nostrorum confidentes, sperantesque per eorum sollertem procuracionem quasdam villas nostras Olachales Lypche, et Zeleumezeu vocatas in Maramorosio existentes habitatorum multitudine decorari et ad statum uberiorem reformari, prout eciam hoc ex serie verborum magistri Andree Comitis Siculorum de Bistercia de Maramorisio et de Brassau, fidelis nostri, nostre maiestati declarato intelleximus manifeste, Kenesiatum de eisdem, ipsis per presentes duximus conferendum, vobis itaque universis populis, et Olachys ad dictas villas nostras congregatis et in futurum ad easdem congregandis firmo firmius edicto Regio precipientes mandamus, quatenus,

predictos Serechinum Nicolaum Valentinum et Lukachium filios Karachun tanquam Kenesios et seniores vestros in medium vestri acceptando ipsos et eorum successores inter vos pacifice conservare debeatis et ipsis ac eorum posteris tanquam alys Kenesys predecessoribus ipsorum obedivistis, in omnibus obtemperare debeatis. Secus in premissis facere non audentes, datum Bude feria quinta proxima ante dominicam quasimodo geniti. Anno domini M. mo. CCC. mo. quniquagesimo.

Originalul scris pe pergament cu sigil imprimat pe dos, se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós, copia dela Gabriel Várady și Georgiu Petrovay.

16.

1353. 14. Mai. La mandatul regelui Ludovic I. se face fără contradicere reambularea metale a possesiune capitale și principale Cuhea in districtul Maramureș și a pertinențiilor ei pentru românii Stefan și Ioan fiii lui Iuga asemenea român, servienții regelui.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis Salutem in Omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos iuxta continenciam litterarum, Serenissimi Principis Lodovici, Dei gracia Regis Hungarie, per eundem nobis destinatarun, discretum virum Dominum Mychaelem, sacerdotem magistrum altaris sancti Emirici Confessoris de eadem Ecclesia nostra cum magistro Georgio filio Gregory de Rosaly, homine eiusdem Domini Regis, ad Videndum, reambulacionem, et metarum ereccionem cuiusdam capitalis et principalis possessionis Stephani et Iohannis Olachorum filiorum Ige similiter Olachy fidelium Serviencium dicti Domini Regis, Kohnya nuncupate, et pertinencium ad eandem. In districtu videlicet Maromorusiensi ut dicitur existencium, et apud manus eorumden filiorum Ige, habitarum, ad mandatum ipsius Domini Regis protestimonio destinassemus. Tandem ydem Regius et noster homines ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt isto modo, quod ipsi cum predictis Stephano et Iohanne filys Ige feria secunda proxima post octavas festi pasce domini iam preteritas et alys diebus ad id sufficientibus accessissent ad faciem dicte possessionis Kohnya et

terrarum ad easdem pertinencium, easdemque universis vicinis et commetaneis suis ligitime convocatis, per suas veras metas et antiquas infra declarandas reambulantes, cum ipsarum utilitatibus quibuslibet et pertinencys utpote terris arabilibus, pratis, silvis, nemoribus, fluvys, alpibus nivosis, montibus, vallibus, vys[1]) et alys transitibus iuxta modum Olachorum, que inibi fieri consvevissent, et que iam sunt, et in posterum fieri possent, relinquissent memoratis Stephano et Iohanni filys Ige, ut sua jura propria possidendas, nemine tunc contradictore apparente. Mete autem quibus dicta possessio Kohnya et terre ad eandem quo supra pertinentes ab aliorum possessionibus distinguuntur et separantur, prout ydem noster et Regius homines nobis retulerunt hoc ordine protenduntur. Prima enim meta incipit a plaga orientali super quodam rivulo Gorgopatakathuue[2]) nuncupato, ubi dictus rivulus intrat in quendam magnum fluvium Iza[3]) vocatum, in cuius introitu est una nova meta terrea per ipsos errecta, a qua in eodem rivulo Gorgopataka versus plagam meridionalem super montem Kezepberch nuncupatum currendo, iungit similiter unam novam metam terream in vertice ipsius Berch erectam, que etiam separat eandem possessionem Kohnya, a possessione magistri Thome fily Dyonisy de Regen.[4]) In quo quidem Kuzepberch regirat ad plagam occidentalem, et currendo venit ad montem Zemerkus vocatum, super quo est una meta terrea nova, per ipsos erecta et super verticem ipsius montis tendit infra ad fluvium qui dicitur Sospatakchu[5]) et ibi iungit se ad terram domini regis,[6]) ubi sunt due mete terree, antiqua et nova per ipsos posita, de quibus in eodem fluvio Sospatak transit prenominatum fluvium Iza, et annectit duas metas, antiquam et novam iuxta eundem fluvium existentes, unde declivo modo ad plagam septemtrionalem currendo ascendit ad supercilium cuiusdam montis Heghor vulgo vocati, et venit ad unam arborem Zepfa nuncupatam, In cuiusquidem montis vertice sunt due mete terree, similiter antiqua et nova. Abindeque ad eandem plagam sic declivo modo currendo intrat quandam silvam Feneus nuncupatam, inter duos fluvios Rona et Feketewpatakchw existentem, ubi pretactus fluvius Feketupatak[7]), intrat in alium fluvium Wysso apellatum iuxta quem sunt due mete terree antiqua et nova, et ibi transit ipsum fluvium Viso ultra ad Sebuspatak[8]) ubi similiter sunt due mete terree antiqua et nova, a quibus super eundem fluvium Sebuspatak currit supra ad Alpes que vulgo dicuntur Zephauas et super easdem Alpes seu montes regirat versus ad plagam orientalem, et currendo venit ad caput cuiusdam fluvy

Orozuiz[9]) nuncupati, et inde vadit ad quendam montem Makzemberch[10]) vocatum ubi separat a terris seu possessionibus Bogdan Woyvode patruelis ipsorum, Et tandem modico currendo vertit se ad plagam meridionalem et venit ad fluvium Viso supradictum, ubi etiam est quidam locus seu portus qui dicitur Gyrtanoswreme (sic). Abindeque currendo venit ad quandam silvam Wez nuncupatam in qua transeundo annectit quendam fluvium qui est sine nomine, ubi est una meta terrea in latere cuiusdam montis posita, In quo quidem fluvio descendendo venit ad quendam lacum circa quem ingiro est una meta terrea, currendoque modicum venit ad ipsum fluvium Iza, quem transeundo iungit predictum rivulum Gorgopataka, ubi prius inceperant, et ibi terminantur. In cuius rei testimonium perpetuamque stabilitatem presentes concessimus Sigilli nostri munimine roboratas, ac alphabeto intercisas, presentibus tamen Ladislao preposito, Iohanne Lectore, Alexandro cantore, Iohanne custude, Dominis, Item Iohanne de Warasd, Dominico de Borsua, Andrea de Zeplin, Petro de Vng, Nicolao de Zabolch, altero Nicolao de Tarcha Archidiaconis et alys multis in dicta Ecclesia vitam ducentibus iugiterque Deo famulantibus. Datum feria tercia proxima post festum Pentecosthes Anno domini millesimo tercentesimo quinquagesimo tercio, Regnante Lodovico Dei gratia Illustri rege Hungarie, Nicolao Strigoniensi, Dyonisio Colocensi Archiepiscopis, et venerabili patre N Dei et apostolica gratia Episcopo domino et prelato nostro existentibus.[11])

1) Viis es transitibus . . . . . . drumuri şi cărări erau cunoscute şi făcute de români din betrăni; pe la anul 1890. s'a aflat in Petrova, in cósta grădinei lui Ioan Gyenge, când se facea cărarea, un ban de bronz de al lui Traian, cu inscripţiunea: „Via Traiana", banul s'a dat Liceului ref. din Sziget. Tot acolo aprópe s'a aflat şi o sagetă. Inscripţiunea se referesce la drumul ce ducea dela Roma cătră Brundusium, dér şi provinciele erau proveḑute cu drumuri făcute.

2) Gorgopataka=Gărbova, valea care despărţesce şi astăḑi hotarele Cuhei şi al Ieudului de cătră al Rozalici. Rosaly amintit in acésta diploma, póte fi şi satul Rozaly in comitatul Sătmarelui.

3) Numele riului Isa, şi al riului Tisa sunt de origine dacică „Pons Ises" provine in anticitate; (Tabula Peutingeriana).

4) Moşiile magistrului Thoma fiul lui Dyonisiu din Reghin erau dincolo de hotarele Maramuresului.

5) Sóspatak=valea Slatióra, care isvoresce de cătră muntele Sermetes.

6) Pămentul regelui va fi fost cel de cătră Cóstui=Castellum=Rónaszék care este regesc şi astăḑi.

7) Feketepatak=Valea Négra lăngă Petrova.

8) Sebuspatak=Valea Bistrei lăngă Petrova.

9) Orozuiz=Apa Rusului, ce se vérsă in apa Vişelui lăngă Leordina.

[10]) Maksemberch=Dealu Maximului, lăngă Vişeul de jos. Dela acest deal cătră apus şi cătră amédia-nópte era dominiul lui Iuga şi al fiilor sei, dela Maxim cătră resărit şi cătră amédiadi s'a intis dominiul lui Bogdan fratele lui Iuga, voivodul Maramureşului şi apoi al Moldovei. Bogdan voda avut a mai mûlte conflicte şi inainte de anul 1353. Dér sub nota infidelităţii n'a cădut decăt la anul 1364., cănd a ajuns la domniă ca voivod al Moldovei.

[11]) Vedi cônfirmătoriile din anul 1360. 24. Iunie.

17.

1355. 12. Octobre. Regele Ludovic transscrie şi confirmă cele doue diplome din anul 1349. adeca: 1. mandatul de statuire adressat lui Joan voivodul, fiul lui Juga, pentru statuirea lui Giula fiul lui Draguş in moşiile Giuleşci şi Nireş: 2. relaţiunea voivodului despre statuirea.

Lodovicus dei Gratia Hungariae Dalmatiae Croatiae Ramae Serviae Gallitiae Lodomeriae Comaniae Bulgariaeque Rex, Princeps Salernitanus, et honoris ac montis Sancti Angeli Dominus, Omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, Salutem in Salutis largitore, Favorabilis petitio supplicantium devotorum plenum debet consequi effectum, ut dum ea, quae juste postulant promerenter ad fidelitatis opera exercenda magis eorum devotio accendatur, Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod Dragus filius Gyula filii Dragus, Olacus ad nostram accedendo praesentiam exhibuit nobis quasdam duas literas patentes, unam videlicet nostram secreto Sigillo nostro rotundo consignatam, aliam vero literam Iohannis filii Igae Woivodae olacorum de Maramorisio, et Nicolai filii Petri hominis magistri Andreae quondam comitis Siculorum de Braso et de Maramorisio[1]) super Statutione possessionum Gyulafalva[2]) juxta fluvium Maramorisii et Nyres vocatarum, eidem Dragus, necnon praedicto Patri, item Stephano, Tatar, Dragamer, Kuzta, et Myruzlo fratribus suis facta confectas, tenoris infrascripti, Supplicans nostrae Majestati in sua, et preadictorum Patris, et fratrum suorum personis, ut easdem Literas et Statutionem possessionariam expressam in eisdem acceptare, ratificare, et pro eisdem nostro dignaremur Privilegio confirmare. Quarum tenor talis est: Lodovicus Dei gracia etc. (Vide sub No. 13. et 14.) Nos itaque humillimis suplicationibus praedicti Dragus filii Gyula nostrae majestati porrectis favorabili pietate inclinati praedictas duas literas de verbo in

verbum praesentibus insertas, et Statutionem possessionariam expressam in eisdem, sicut eaedem possessiones verus descensus, et certus locus mansionis ejusdem Dragus, et praedictorum patris et fratrum suorum ac praedecessorum eorumdem praefuisse dinoscuntur, acceptamus, et pro eisdem ipsorumque haeredibus ac successoribus authoritate Regia confirmamus. Salvo tamen ipso jure Regali, et aliorum, quorum libet in eisdem remanente, ita tamen ut praedictus Dragus et pater ac fratres sui antedicti eorumque successores censos[3]) debitos semper dare, et se intra consvetos mores olacorum Regiae Majestati teneantur jugiter exhibere. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras privilegiales expediri fecimus pendentium authenticorum duplicium Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum per manus ejusdem venerabilis in Xto patris Domini Nicolai Episcopi Zagrabiensis Aulae nostrae vice cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo tercentesimo quinquagesimo quinto, quarto Idus Octobris. Regni autem nostri anno quarto decimo. Venerabilibus in Xto patribus Nicolao Strigoniensi locique ejusdem comite perpetuo, Colocensi sede vacante, et Dominico Spalatensi Archiepiscopis. Nicolao Agriensi, Andrea Transylvano. Demetrio Varadiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Thoma Csanadiensi, Iohanne Vesprimiensi, Colomanno Farensi, et Michaele Vacziensi, fratribus Toma Sirmiensi, Stephano Nitriensi, et — Boznensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Nicolao Palatino, et Iudice Comanoram, Nicolao Woyvoda Transylvano, et Comite de Zolnuk, Cyko Magistro Tavarnicorum nostrorum, Comite Nicolao — Iudice Curiae nostrae, Nicolao de Macsou, Nicolao totius Sclavoniae ac Croatiae Banis — Dapiferorum, Dionysio Agazonum, Toma Ianitorum nostrorum Magistris. Simone filio — Comite Posoniensi, et aliis quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores[4])[5]).

[1]) Magistrul Andrea Laczk comitele secuilor, al Brașșeului și al Maramureșului in anul 1355. cum se vede nu era in viéțiă.

[2]) De óre ce moșia Giuleșci a remas lui Draguș dela predecessorii sei, adecă din moși din stremoși, numirea moșiei se va trage dela un proprietariu care trăia inainte de secolul XIV.

[3]) Censul la care erau supuși romănii, s'a numit quinquagesima, adecă a cincidecea parte din productele lor; vedi diploma din anul 1360. 20. Marțiu.

[4]) Din transsumtul original al conventului din Lelesz din anul 1764. mi l'a comunicat in anul 1866. Dl. Georgiu Jura genialul protonotariu al comitatului. Dl. Stefan Szilágyi director avuse a mănă și originalul transsumtului regesc din anul 1355.

18.

1355. 29. Novembre. La mandatul regelui Ludovic se face reambularea metale a moşielor Giuleşci şi Nireş in favorea lui Draguş fiul lui Giula şi a fraţilor sei români. metele se stătorescu fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus tam prasentibus quam futuris praesens scriptum inspecturis. Capitulum Eclesiae Agriensis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire. Quod cum nos visis et receptis Literis serenissimi Principis Domini nostri Regis Lodovici per eundem nobis destinatis, cum Comite Drag olaco de Bedeuhaza[1]) homine ejusdem Domini Regis, nostrum hominem virum idoneum videlicet Dominum Iohannem sacerdotem Magistrum Altaris sancti Regis Ladislai de eadem Ecclesia nostra ad videndum Reambulationem et metarum Erectionem quarumdam possessionum Gyulahaza et Nyres vocatarum in districtu Maramorosiensi, ut dicitur, adjacentium, ac statutionem earumdem Dragus filio Gyula et fratribus suis olacis faciendam, pro testimonio nostro destinassemus, Tandem praeallegati Regius et noster homines ad nos reversi nobis concorditer retulerunt isto modo. Quod ipsi feria quinta proxima ante festum sancti Demetrii martyris jam praeteritum accessissent ad facies possessionum Gyulahaza, et Nyres supra dictarum, et easdem vicinis, et commetaneis suis undique legitime convocatis, per suas veras metas et antiquas, novas Metas infradeclaratas juxta veteres erigendo reambulassent, reambulatasque et ab aliorum vicinorum possessionibus distinctas et separatas, cum earum utilitatibus quibuslibet et pertinenciis, ac eo jure, quo ad dictum Dragus filium Gyula olachi et fratres suos pertinere dinoscerentur, statuissent et reliquissent Eisdem Dragus et fratribus suis, ac haeredibus eorumdem perennaliter possidendas, tenendas, pariter et habendas, nemine contradictore apparente. Metae autem, quibus eaedem possessiones Gyulahaza et Nyres in districtu Maramorosiensi, ut refertur, adjacentes a vicinariis possessionibus distinguuntur et separantur, ut iidem vester ac noster homines nobis expresserunt hoc ordine protenduntur. Primo enim egreditur de quodam fluvio Maramoruspatok vocato, a plaga meridionali, de alpibus et niveis montibus versus septentrionem currente, et per modicum spatium sic egrediendo et versus . . . plagam currendo transit ad quandam stratam

publicam[2]) et jungit duas metas terreas, juxta eandem positas, ac . . . ad eandem plagam orientalem supra quendam montem currendo jungit similiter duas metas terreas denovo inibi erectas, de quibus . . . ad plagam meridionalem et in quadam magna sylva declivo modo currendo annectit unam metam terream sub quadam arbore Ilicis positam, et de novo erectam, abindeque versus dictam plagam meridionalem directe currendo intrat in quendam alveum . . . patok nuncupatum, inquo versus occidentem supra currendo annectit quandam semitam, in cujus utraque parte duas metas terreas erexissent, unde adhuc ad eandem plagam occidentalem versus caput ipsius alvei currendo, et quandam stratam publicam transeundo veniret ad unam metam terream sub quadam arbore Ilicis similiter de novo erectam, a qua versus eandem plagam occidentalem . . . descendendo venit ad quendam fonticulum Hidegkut[3]) vocatum, juxta quem est una meta terrea semper de novo erecta, de qua modicum infra transeundo annectit quendam rivulum Soospatok[4]) ubi exit, et modicum currendo intrat in quandam viam in fodinas salium[5]) ducentem, in eademque versus praefatam plagam septemtrionalem, ad supercilium montis currendo jungit unam metam terream, ubi exit de eadem via ad plagam occidentalem, et currendo venit ad caput cujusdam fluvii Nadaspatok . . . terea, a qua ad dictam plagam infra currendo annectit similiter unam metam terream in quodam prato prope quendam parvum lacum Zekfeu nuncupatum erectam, abindeque ad eandem plagam modicum currendo circa Magosmort intrat in ipsum fluvium Maramorus, in quo versus plagam septemtrionalem infra per largum spatium currendo exit de eodem, et ad partem occidentis, et annectit unum rubum viminis vulgo Rakotya meta terrea circumfusa, de qua ad eandem plagam currendo, intrat in alium fluvium Egruspatak apellatum, deindeque similiter ad eandem plagam eundo venit ad locum Kūhat vocatum, in cujus latere per largum spatium eundo descendit in quendam campusculum Fuizesmező vocitatum, unde ad eandem plagam occidentalem parum percurrendo venit ad locum Bikus vocatum abindeque infra currendo annectit unam metam terream in supercilio cujusdam montis juxta quandam viam positam, dequa modicum currendo intrat in fluvium Maramorus, et venit ad priorem metam ubi inceperat, et ibi terminantur, In cujus rei testimonium perpetuamque stabilitatem praesentes contulimus sigilli nostri authentici et pendentis munimine roboratas, ac alphabeto intercisas, Praesentibus tamen Ladislao praeposito, Emerico lectore, Alexandro Cantore, Konya Custode Dominis,

Item Dominico de Borsua, Andrea de Zemlin, Nicolao de Zabolcz, altero Nicolao de Pata, Benedicto de Pankota, Michaele de Heves, et Ladislao de Borsud, Archidiaconis, et aliis multis vitam ducentibus, et in dicta Ecclesia jugiter Deo famulantibus. Datum in vigilia festi Sancti Andreae Apostoli. Anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo quinto. Regnante Lodovico Illustri rege Hungariae, et Nicolao Archieppo Strigoniensi, Colocensi vero sede vacante, et Domino nostro Venerabili in Xto patre N.-Dei et Apostolica Gratia Episcopo dictae ecclesiae Agriensis existentibus.

1) Comitele Drag Românul e amintit in diploma din anul 1336.

2) Strata publica era drumul, ce ducea cătră Baia-Spria.

3) Hidegkut=fontăna rece.

4) Soospatak=valea sărată, care isvoresce din Ocna părăsită a Şugatagului numită „Betrănă" şi se vérsa in riul Mara lăngă Giuleşci.

5) Fodinae salium=Ocna-Şugatag.

6) Din transsumtul authentic al Conventului din Lelesz din anul 1764. dat lui Joan Rednik judelui nobililor, şi lui Ştefan Rednik fişcalului comitatului. Mi-la comunicat Georgiu Jura protonotariul in anul 1866.

19.

1360. 20. Marţiu. Regele Ludovic conferesce romănului Maramureşan Draguş fiul lui Giula şi fiilor sei Giula şi Ladislau sub titlul de donaţiune noua moşiile romănesci: Slatina, Brebu, Copăcesci, Deseşci, Hernicesci şi Satu-Şugătag cu venitele lor pentru serviciile credincióse, aretate mai ales in restaurarea Ţerei Moldovei. Tot acel rege in anul 1364. 1. Septembre intăreşce donaţiunea sa cu sigil nou, de órece cel vechiu s'a perdut in resbelul purtat in contra Patarenilor bosniaci.

Ludovicus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, Princeps Salernitanus, ac Honoris montis sancti Angeli Dominus, omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter et futuris, praesentium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Regia celsitudo solet sibi subiectos, ad gradum provehere altiorem, ut exinde corona et Thronus regalis

attollatur, numerusque fidelium augeatur. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire : quod nos multimodis fidelitatibus et fidelium obsequiorum praeclaris meritis Dragus, filii Gyulae, fidelis Olahi nostri de Maramarusio, in memoriam nostrae Celsitudinis reductis, quae seruicia in plerisque nostris negociis, et expeditionibus sibi commisis, et confisis, specialiter autem in restauratione terrae nostrae Moldauanae[1]) ; plures Olachos rebellantes a via debitae fidelitatis deviantes, juxta suam industriosam virtutem ad constantem fidelitatem regiae coronae observandam, vigili cura, et indefessa solicitudine reducendo, iuxta sui status et possibilitatis exigentiam nostrae exhibuisse, et impendisse cognovimus Maiestati ; volentes eidem pro praemissis suis obsequiosis meritis, regio occurrere donativo, ut ceteri hoc viso ad debitae fidelitatis opera exercenda facilius invitentur, discantque sub Principe glorioso devotius famulari, in condignam retributionem servitiorum aliqualem, quasdam villas nostras Olachales, Zalatina, Hatpatokfalva, Kopacsfalva, Deszehaza, Hernicshaza, et Sugatagfalva vocatas, in Maramarusio existentes, cum omnibus earum fructuositatibus, proventibus nostris quinquagesimalibus[2]), collectis, debitis, et aliis utilitatibus universis, novae donationis[3]) nostrae titulo dedimus, donavimus, et contulimus praefato Dragus et per eum Gyulae, et Lad filiis suis eorumque haeredibus et posteritatibus quibuslibet iure perpetuo, et irrevocabiliter possidendas, tenendas, et habendas ; imo damus, et conferimus presentis privilegii nostri patrocinio mediante ; saluis iuribus alienis ; volentes, et regia authoritate committentes, ut dictus Dragus, et filii sui, ipsorumque heredes cum dictis villis ipsorum omni eo iure, nobilitatis titulo, quo caeteri veri primi et naturales regni nostri Nobiles sub vexillo regio[4]) exercituantes uti dinoscuntur, perpetuis temporibus gaudeant et fruantur ; ita tamen, quod idem Dragus, et filii sui eorumque haredes universi, sincerae fidelitatis omagium invariabili fidelitate, nobis, nostrisque successoribus perpetue teneantur observare, In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo Patris Domini Nicolai, Dei, et Apostolica gratiā Archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem Comitis perpetui, aulae nostrae Cancellarii, dilecti, ei fidelis nostri. Anno Domini Millesimo, trecentesimo, sexagesimo, tredecimo calendas Aprilis. Regni autem nostri Anno decimo nono. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis eodem Nicolao Strigon. Toma Colocen. Vgulino Spalaten. Nicolao

Iadren. Archiepiscopis. Nicolao Agrien. Demetrio Varadien. Nicolao Chanad. Ladislao Vesprimien. Michaële Vacien. Petro Bosnen. Stephano Zagrabien. Fratribus Stephano Nitrien, Toma Syrmien. Ioanne Tininien. Bartholomaeo Tragurien. Demetrio Nonen. Stephano Pharen. Valentino Makarien. Marco Sibinicen. Michaele Schardonen. Portiva Senien, et Radoslao Corbauien. Ecclesiarum Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Nicolao Konth Palatino, Dyonisio Vajvoda Transiluano, Leustachio Sclavoniae. Nicolao de Zech totius Dalmatiae, et Croatiae, Nicolao de Machou, Banis ; Emerico magistro Agazonum nostrorum, et Magistro Simone Comite Posonien. aliisque quam plurimis Comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Ad perpetum rei memoriam, Nos Ludovicus Rex praefatus universis declaramus, quod ubi in Regno Nostro Bosniae innumerabilis multitudo Haereticorum, et Patarenorum pululaset in errorem Fidei Orthodoxae, ad extripandumque de ipso Regno nostro Eosdem ex una parte nos personaliter instaurato Valido exercitu proficiscebamur, ex alia vero parte Venerabilem in Christo Patrem Dnum Nicolaum Archiepiscopum Strigoniensem nostrum Cancellarium penes quem utrumque par Sigilli nostri authentici hebebatur, et virum Magnificum Nicolaum Palatinum Cum Caeteris Praelatis, Baronibus et Regni nostri Proceribus in Usuram destinaramus, quidam familiares ipsius Dni Archi-Episcopi pro Custodia deputati, utrumque Par dicti Sigilli nostri praeconcepta malicia Subtraharunt. Nos itaque Praecaventes ne ex hujusmodi Sigilli nostri doperditione regnicolis nostris in eorum juribus Successive periculum possit imminere, Sigillum novum in duobus Paribus fecimus pro nobis Sculpi, quod ad omnia Privilegia nostra, et Condam Domini Caroli Regis Patris nostri Sub priori Sigillo ejusdem tempore Suae Coronationis Sculpto, et demum per eundem eo, quod Sub ipso Plurimae, infidelitates perpetratae extiterunt, repertae permactato, ac sub alio Sigillo ipsius in partibus Transalpinis Casualiter deperdito, Confecta Iuxta dicta tria Sigilla decrevimus fore apponendum, ad quaecumque vero Privilegia paterna dictis Duobus proribus Suis Sigillis Consignata, quae per eundem Patrem nostrum per Sigilla ejusdem posteriora, vel per nos cum Sigillo nostro praemisso deperdito Confirmata non haberentur, et ad ipsa privilegia ipsum novum Sigillum nostrum non appenderetur vel quaecumquae patentes Literae non confirmarentur, ea Privilegia et Literae sicut per eundem Patrem nostrum fuerunt revocata, et Annullata, sic et nos ipsas, Seu ipsa Commisimus Viribus Caritura, nullamque roboris Obtentura firmi-

tatem, Inter quae praesens privilegium nostrum omni prorsus Suspicione destitutum, et omnia in eo superius Contenta, et expressa pro eodem Dragus suisque haeredibus et suecesseribus universis dicti Sigilli novi duplicis et authentici impressione innovamus et perpetuo Confirmamus. Datum per Manus ejusdem Domini Archiepiscopi Cancellary nostri. Anno Dni 1360 Quarto, Calendas Mensis Septembris regni autem nostri Vigesimo tertio.

1) Reştaurarea Moldovei se va fi intimplat la anul precedent 1359. Pe acest an pun cronicele moldovene inceputul Ţerei Moldovei cu Domnirea lui Draguş, el a domnit doi ani, după densul a domnit fiul seu Sas voivod 4 ani, după mórtea lui a urmat in anul 1364. Bogdan voivod, ér fiii lui Sas voda a nume Balc, Drag Dragumir şi Stefan s'au reintors in Maramureş, de unde au eşit, şi au primit dela regele moşiile confişcate de la Bogdan, Cuhea şi cele lalte. (Veḑi diploma din anul 1365. 2. Februariu.)

Reştaurarea va fi stat in acea, că după ce au fost scoşi Cumanii şi Tatarii din Moldova, Draguş voivod şi urmaşii lui au recunoscut dreptul suzeran al corónei ungureşci şi va fi plătit censul obicinuit. (Cum vedem din cronica lui Joan de Kikellew. c. 49.)

2) Proventus quinquagesimalis: era contribuţiunea la care au fost suppuse moşiile româneşci, nu numai in Ungaria, dér şi afară de ea, se da adecă a cinciḑecea parte din productele lor, de esemplu din 50 de mnei unu etc.

3) Expressiunea „nova donatio“ aréta, că moşiile aceste şi inainte de acea au fost ale lor. Din Draguş fiul lui Giula si-trag originea familiele nobile din Giuleşci şi Deseşci: Draguş, Rednik, Pap, Perşe, Fejér etc.

4) „Sub vexillo regio“ adecă numai regelui erau suppuşi, de óre ce numai sub stégul lui au fost indătoraţi a merge in resbel.

5) S'a publicat prin Fejér Codex Diplomaticus IX. 3. p. 159. şi prin N. Densusan, Documente I. 2. p. 61. aci s'a folosit transumptul authentic dat prin conventul din Lelesz in anul 1753. la cererea lui Joan Rednik din Giuleşci, al cărui geneologia prin conventul se stătoresce. Acest transumpt e reprodus in processul vicecomitelui Stefan Rednik, care in anul 1784. fiind accusat, la instigarea rivalilor, prin fraţii sei proprii de ignobil, a depus officiul seu şi prin acest proces a documentat legalitatea şi nobilitatea familiei sale şi a protopopului Theodor Rednik. Actele processului se află in archivul comitatului III. 1785/45., in pariă authentică se află acest proces la Ex. sa Victor Mihályi Metropolit in Blasiu; al cărui stremósia Irina Rednik fiica judelui cercual Vasocu Rednik, era neam aprópe cu Stefan Rednik Vicecomite, şi cu Athanasiu Rednik Episcopul Fogaraşului. (†1772.)

20.

1360. 14. Mai. Tirnavia. Donaţiunea nouă a regelui Ludovic I. dată românului Wanchuk fiul lui Farkstan pentru servińii credinciósee peste jumetatea de cătră apus a moşiei românesci Varalia, cu acele drepturi nobilitarie, de carele se bucură nobilii ţerei luptători sub stégul regelui.

Nos Lodovicus, Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nos secundum quod nostre regie magnitudinis requirit officium et expostulat, ut unius cuiusque merita animo meciamur pietatis, et hys quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt, grata debemus inpendere merita premiorum, (sic) fidelitatibus et servicys placibilibus Wanchuk fily Farkstan fidelis Olachy nostri nobis evidenter notis exhibitis et inpensis per eundem in memoriam nostre celsitudinis reductis, sperantas eundem omnis conaminis studio eadem fulcita fidelitate exhibiturum procul dubio in futurum, medietatem cuiusdam possessionis nostre Olacalis Waralia[1]) vocate a parte occidentali et in terra Maramorusiensi habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis nove donacionis nostre titulo sub eisdem metis et terminis quibus eadem hactenus habita extitit et possessa, dedimus donavimus et contulimus eidem Wanchuk filio Farkstan[2]) et per eum eius heredibus heredumque successoribus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenendam et habendam. Salvo iure alieno. Volentes et ex regia largiflua gracia decernentes, ut a modo et deinceps idem Wanchuk et sui heredes in dicta eorum possessione omni eo mere nobilitatis titulo perpetuis temporibus utantur et pociantur, quo ceteri regni nostri veri et naturales nobiles sub vexillo nostro regio militantes gaudent potissime et fruuntur. Presentes autem privilegiari faciemus dum nobis fuerint reportate. Datum in Tirnavia, in festo asscensionis Domini. Anno eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo. *Sub sigillo magno dorso appresso deperdito legitur:* Prima relacione facta per Petrum Zudor, dominus rex fuit prohibitus, demum per palatinum nobis mandatum litteras presentes concessimus[3]).

[1]) Possesiunea d'in nou donată cuprinde moşiile Vănceşci, Nănesci şi Valea Porcului, carele pănă in ḑilele nóstre formau unu şi acelu-şi hotar. In apropierea Vănceşcilor sunt urme alor doue cetăţi, remase probabil din tempul Dacilor; una

cătră média-nópte, cu fundament de pétră şi se numesce cetatea lui Draguş, pe un vĕrv de deal, destinat prin natura insa-şi de locu intărit; altă de la Vănceşci cătră resărit ln marginea comunei Bărsană, dupa situaţiunea s'a jumetatea ţinutului acestei cetăţi a fost objectul donaţiunei.

[2]) Farkstan=Farkas Stan=Stan al Lupului.

[3]) L'am copiat in anul 1864. din originalul scris pe pergamen, şi provezut in dos cu sigil mare sub care se cetesc cuventele amintite. Diploma e in proprietatea unui d'intre descendenţi ai donatarilor, al dlui Joan Jura din Vănceşci jude regesc.

21.

1360. 14. Mai. Tirnavia. Regele Ludovic dărueşce lui Stan fiul lui Petru pentru meritele sale, possessiunea română Rona de sus, cu acele drepturi nobilitarie, de care se bucură nobilii ţerei, luptători sub stégul regelui. Insuşi regele confirmă la anul 1361. acésta donaţiune in formă privilegiale si la anul 1365. provede cu sigillul nou, de órece cel vechiu s'a perdut in resbelul d'in Bosnia.

1. . . . .
2. . . . .
3. . . . . aprobare, ratificare et nostro pro eisdem, (eorum) — que heredibus dignaremur privilegio confirmare[1]) . . . . (Nos Lodovicus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, Quod nos
4. secundum quod nostre regie magnitudinis requirit officium ut unius cuiusque merita anim)o meciamur pietatis et hys quos opera sue virtutis Regali remuneracione dignos efficiunt, grata debemus im(pendere) premia meritorum, (sic) (fidelatatibus et servicys placibilibus Stan fily Petri fidelis Olahy nostri nobis evidenter notis exhibitis et inpensis per eundem in memoriam nostre celsitudinis reductis, sperantes eundem
5. omnis) conaminis studio eadem fulcita fidelitate exhibiturum (procul dubio) in futurum, quandam possessionem nostram Olachalem Felseurouna (vocatam in terra Maramorusiensi habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis nove donacionis nostre titulo sub

6. eisdem metis et terminis, quibus eadem hactenus habita) extitit et
possessa, dedimus donavimus et contulimus eidem (Stan filio) Petri
et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus et p(os-
teritatibus universis jure perpetuo et irrevocabiliter possidendam tenen-
dam et habendam. Salvo jure alieno, volentes et ex regia largiflua
7. gracia decernentes ut a modo et) deinceps idem Stan[2]) et sui heredes
in dicta eorum possessione *omni eo mere nobilitatis* titulo (per-
petuis temporibus) utantur et pociantur quo ceteri regni nostri (veri et
naturales nobiles sub vexillo nostro regio militantes gaudent potissime
et fruuntur, presentes autem privilegiari faciemus, dum nobis fuerunt
8. reportate. Datum in Tirnavi)a in festo Asscensionis domini, Anno eius-
dem Millesimo CCCmo (sexagesimo. Nos itaque) iustis peticionibus pre-
fati Petri filii Stan favore (regio inclinati . . . .
9. pretactas literas nostras omni suspicione car)entes presentibus de verbo
ad verbum insertas simulcum . . . expressa acceptamus,
aprobamus, ratificamus . . . . (et pro ipso Petro
filio Stan ejusque heredibus regia auctoritate perpetuo confirmamus
presentis privilegy nostri patrocinio) *mediante*. Salvis juribus alienis.
10. In cuius rei memoriam (firmitatemque perpetuam presentes concessimus)
litteras nostras privilegiales, pendentis et authentici sigilli nostri (dup-
licis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo
patris domini Nicolai Archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem co-
11. mitis perpetui aule nostre) cancellary dilecti et fidelis nostri, Anno
Domini millesimo CCCmo sexagesimo (primo) regni autem nostri anno
vigesimo, venerabilibus in Xto patribus et dominis eodem (Nicolao
Strigoniensi, Toma Colocensi, Vgolino Spalatensi, Nicolao Iadrensi
Archiepiscopis, Nicolao Agriensis, Demetrio Varadiensis), Colomanno
12. Iauriensis, Ladislao Vesprimiensis, Stephano Zagrabiensis, (Michaele
Vaciensis, Petro Bosnensis, Nicolao) electo confirmato Chanadiensis,
fratribus Stephano Nitriensis, Toma Syrmiensis, (Ioanne Tininiensis,
Bartholomeo Traguriensis, Demetrio Nonensis, Stephano Pharensis,
Valentino Makariensis, Marco Sibinicensis, Michaele Scardonensis Ra-
13. doslao Corbauiensis et) Porciua Seniensis ecclesiarum episcopis, eccle-
sias Dei feliciter (gubernantibus.) . . . . sedibus
vacantibus. Magnificis viris Nicolao Konth Palatino, (Dyonisio Vaivoda
14. Transilvano, Leustachio Sclavonie, Nicolao) de Zeech Dalmacie et
Croacie, Nicolao de Machou banis, ... onum, Emerico
Agazonum nostrorum magistris ac magistro Konya comite (Posoniensi,
aliisque quam plurimis Comitatus regni nostri tenentibus et honores).

[Ad perp]etuam rei memoriam Lodovicus rex prefatus universis declaramus quod ubi in regno nostro Bozne innumerabilis multitudo hereticorum et patarenorum pululasset in errorem fidei orthodoxe, ad extirpandumque de ipso regno nostro eosdem ex una parte nos personaliter instaurato valido exercitu proficiscebamur, ex alia vero parte venerabilem in Christo patrem dominum Nicolaum archiepiscopum Strigoniensem nostrum Cancellarium, penes quem utrumque par Sigilli nostri authentici habebatur et virum magnificum dominum Nicolaum Palatinum cum ceteris prelatis baronibus et regni nostri proceribus in Usuram destinaramus, quidam familiares ipsius Domini archiepiscopi pro custodia deputati utrumque par dicti sigilli nostri preconcepta malicia subtraherunt. Nos itaque precaventes, ne ex huiusmodi sigilli nostri deperditione regnicolis nostris in eorum juribus successive periculum possit imminere, Sigillum novum in duobus paribus fecimus pro nobis sculpi, quod ad omnia privilegia nostra et quondam domini Karuli regis patris nostri sub priori sigillo eiusdem tempore sue coronacionis sculpto et demum per eundem eo quod sub ipso plurime infidelitates perpetrate extiterunt, reperte permaciato ac sub alio sigillo ipsius in partibus Transalpinis casualiter deperdito, confecta juxta dicta tria sigilla decrevimus fore apponendum, ad quecunque vero privilegia paterna dictis duobus prioribus suis sigillis consignata, que per eundem patrem nostrum per sigilla eius posteriora vel per nos cum sigillo nostro premisso deperdito confirmata non haberentur, et ad ipsa privilegia ipsum novum sigillum nostrum non appenderetur vel quecunque patentes litere nostre et paterne non confirmarentur, ea privilegia et litere sicut per eundem patrem nostrum fuerunt revocata et annullata, sic et nos ipsas seu ipsa comisimus viribus caritura nullaque roboris obsecutura firmitatem. Inter que presens privilegium nostrum omni suspicione destitutum et om[nia in eo superius contenta et expressa pro predi] . . . . Stephani fratris ipsorum eorumque heredibus universis dicti sigilli nostri novi [dupplicis et autentici] . . . . Salvis juribus alienis. Ita tamen quod ydem Olachi nostri eorumque . . . . *et immutabilem fidem . . . . fiidelitatis omagium prius Deo cunctorum plasmatori in cuius manu . . . . . . eloquio fore plenitudo gratie dependere novimus, et demum nobis nostrisque successoribus . . . . invariabili . . . . in perpetuum teneantur observare ubi presentem nostram confirmationem successu . . . . suffragari. Datum*

[per manus] eiusdem domini Nicolai archyepiscopi cancellarii nostri sexto Kalendas Octobris . . . . regni autem nostri . . . . quarto.

[1]) Originalul acestor fragmente de tot rupte şi sterse mi le-a daruit Dl. Georgiu Petrovay proprietariu in Nagy-Kürü (Comitatul Jász-Nagy-Kun-Szolnok) Textul, incăt s'a potut, l'am intregit cu cele intre clausele d'in mai multe diplome, dér mai ales din textul celui precedent, cu care se pare a fi de un dat, şi de un ştil curial. Cuventele, scrise cu litere cursive, le'a binevoit ale adauge domnul Dr. Ladislau Fejérpataky professor de universitate in Budapesta.

[2]) Stan cu fiul seu Petru se par a fi d'intre nobilii din Săpĕnţa, d'intre acestii s'a tras şi Lodomer din Săpĕnţa, al carui fii Nan, Stan şi Petru au fost introduşi la anul 1407. in possessiunea moşiei Rona de jos, urmaşii lor stepănesc acolo şi aḑi.

[3]) Originalul era provezut cu doue sigille pendente, una atemă de firu de metasă vĕnĕtă, altă de metasă négră, cu de aur amestecată.

22.

1360. 24. Juniu. Regele Ludovic transcrie şi confirmă literile metale date prin Capitul din Agria servienţilor regelui românilor Stefan şi Joan fiilor românului Juga asupra mosiei principale Cuhea in anul 1353. 14. Mai. Tot acĕl rege provede in 26. Septembre 1365. literile sale confirmatorie cu sigil nou in locul celui perdut in resbelul contra patarenilor din Bosnia.

Lodovicus Dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex, Princeps Sallernitanus et Honoris montis Sancti Angeli Dominus. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habıturis Salutem in omnium Salvatore. Cum a nobis petitur quod iustum et honestum est, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum, eorumque fidelitatibus recensitis ipsorum peticiones admittere generose, In hys presertim, que suorum subditorum commodis videntur utiliter convenire. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Stephanus filius Ige woyvoda noster Maromorusyensis dilectus nobis et fidelis in sua et Iohannis fratris sui uterini, personis Ad nostre sublimitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam

litteras privilegiales, honorabilis Capituli Agriensis, super legitima reambulacione, et metarum erectione cuiusdam possessionis ipsorum Kohnya nuncupate, et pertinenciarum suarum, in disrictu Maromorusyensi existentium, pro eisdem filys Ige factas, confectas, Tenoris infrascripti, Supplicans nostro culmini humiliter et devote, ut easdem acceptare, approbare, ratificare, et pro ipsis eorumque heredibus, nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum tenor talis est: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 16.) Nos itaque iustis et condignis supplicationibus prefatorum Stephani woyvode et Iohannis fily Ige nostre humiliter prorectis maiestati, per eosdem regio inclinati cum favore, potissime fidelitatibus et serviciorum placibilium laude dignis meritis eorumdem iuxta status et possibilitatis ipsorum exigentiam, nobis exhibitis, et in presens in memoriam nostre celsitudinis reductis, pretactas litteras privilegiales ipsius Capituli Agriensis prout apparebant omni suspicione carentes, toto tenore earumdem presentibus de verbo ad verbum inserto, simul cum dicta possessionaria reambulatione et metarum erectione expressa in eisdem acceptamus, approbamus, ratificamus, et pro ipsis filys Ige eorumque heredibus regio auctoritate perpetuo confirmamus, presentis privilegy nostri patrocinio mediante. Saluis iuribus nostris regalibus, aliorum quorumcunque in

feisdem remanentibus, In cuius confirmacionis nostre testimonium irmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris Dni Nicolai Archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, Aule nostre Cancellary dilecti et fidelis nostri. Anno domini millesimo tercen tesimo sexagesimo, octavo Kalendas mensis Iuly, regni antem nostri Anno decimo nono, venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Ugulino Spalatensi, Nicolao Iadrensi, et Elya Ragusino Archiepiscopis, Nicolao Agriensis, Demetrio Waradiensis, Dominico Transilvano, Quinqueecclesie et Chanadensis sedibus vacantibus, Colomano Iauriensis, Ladislao Wesprimiensis, Michaele Wachensis, Petro Bosnensis, Stephano Zagrabiensis, fratribus Stephano Nitriensis, Thoma Syrmiensis, Iohanne Tynniniensis, Bartholomeo Traguriensis, Demetrio Nonensis, Stephano Farensis, Valentino Macariensis, Matheo Sibinicensis, Michaele Sardonensis, Portiua Seniensis, Ladislao Corbaviensis Ecclesiarum Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Nicolao Konth Palatino, Dyonisio Woywoda Transilvano, Comite Stephano Bwbek Iudice Curie nostre, Iohanne

Magistro Tavarnicorum nostrorum, Leustacio Sclawonie, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow Banis, Petro Zudor pincernarum, Paulo de Lyzka dapiferorum, et Emerico Agazonum nostrorum Magistris, Ac Magistro Konya comite Posoniensi, Alysque quam pluribus Comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Lodovicus Rex prefatus universis declaramus, quod ubi in Regno nostro Bozne innumerabilis multitudo hereticorum et paterenorum pululasset, in errorem fidei orthodoxe, ad extirpandumque de ipso Regno nostro eosdem ex una parte nos personaliter instaurato valido exercitu proficiscebamur, ex alia vero parte venerabilem in Christo patrem dominum Nicolaum Archiepiscopum (Strigoniensem) nostrum Cancellarium, penes quem utrumque par sigilli nostri authentici habebatur, et virum magnificum Dominum Nicolaum palatinum cum ceteris prelatis Baronibus et Regni nostri proceribus invasurum destinaramus, quidam familiares ipsius domini Aepiscopi pro custodia deputati, utrumque par dicti sigilli nostri preconcepta malicia subtraxerunt. Nos itaque precaventes, ne ex huiusmodi sigilli nostri deperdicione regnicolis nostris in eorum Iuribus successive periculum possit imminere, Sigillum novum in duabus paribus fecimus pro nobis sculpi, quod ad omnia privilegia nostra et condam dni Karuli Regis patris nostri sub priori sigillo eiusdem tempore sue coronacionis sculpto et demum per eundem eo quod sub ipso plurime infidelitates perpetrate extiterunt reperte permactato, ac sub alio sigillo ipsius in partibus Transalpinis casualiter deperdito, confecta, iuxta dicta tria sigilla decrevimus fore apponendum, ad quecumque vero privilegia paterna dictis duobus prioribus suis sigillis consignata, que per eundem patrem nostrum per sigilla eius posteriora, vel per nos cum sigillo nostro premisso deperdito confirmata non haberentur et ad ipsa privilegia ipsum novum sigillum nostrum non appenderetur, vel quecunque patentes nostre et paterne non confirmarentur ea privilegia et litterae sicut per eundem patrem nostrum fuerunt revocata et annullata, sic et nos ipsas seu ipsa commisimus viribus caritura. Nullamque roboris obsecutura firmitatem. Inter que presens privilegium nostrum omni suspicione destitutum, et omnia in eo superius contenta et expressa pro predicto Stephano filio Ige et Iohanni fratri suo nec non eorum heredibus universis dicti sigilli nostri novi dupplicis et autentici appressione innovamus et perpetue valituras confirmamus, Saluis Iuribus Alienis. Datum per manus eiusdem domini Nicolai Archiepiscopi Cancellarii

nostrl. Anno domini M⁰ CCC⁰ LX⁰ quinto. Sexto Kalendas Octobris. Regni antem nostri Anno XXmo quarto.

[1]) Din originalul scris pe pergamen proveḑut cu doue sigille pendente la Dr. Ilie Mariş; există in transcris autentic dat prin requisitorii literilor din mănăstirea Cluşuluj in anul 1667. 1. August in archivul nostru.

[2]) Veḑi metalele din 14. Mai 1353.

23.

1360. 24. Juniu. Regele Ludovic intăresce pe românul din Maramureş Stan fiul lui Gurhes in posesiunea a treia parte a moşiei Sarascu, ce i-a dat lui şi sociei sale dómnei Magdalina socrul seu Stan fiul lui Ivan Kenezul din Sarascu.

Lodovicus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex: Princeps Sallèrnitanus, et Honoris montis sancti Angeli Dominus! Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Salutem in Omnium Salvatore. Regiae Serenitatis gloriae convenit et honori, ut merito, numinis sui oculos fragiles injiciat in personas proveniendo eos ex suae largitatis beneficio et gratia Speciali, proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire quod Staan filius Gurhes fidelis olachus noster de Maramorusio nostrae serenitatis in conspectu solotenus provolutus petyt a nobis humili precum cum instantia et devota, ut quia Staan filius Ivan Kenezius de Zarvassov socer suus tertiam partem ipsius possessionis Zarvasov vocatae videlicet portionem suam ipsum in eadem contingentem cum domina Magdalena filia sua perpetue dedisset, et sibi donasset, ideo nos dictae possessionariae Donationi nostrum Regium consensum praebere dignaremur et assensum. Nos itaque pensatis fidelitatibus, et servitiis placabilibus ipsius Staan fily Gurhes Olachy nostri fidelis et in memoriam nostrae celsitudinis reductis, praemissa sua humili petitione favorabiliter exaudita et admissa, dictae possessionariae Donationi modo praehabito per eundem Staan filium Ivan socerum suum ipsi Staan filio Gurhes genero suo et dictae suae filiae factae nostrum Regium plenarium consensum praebemus, et assensum. Ipsamque, possessionariam portionem eidem Staan, et dictae Dominae consorti

suae eorumque filiis, et posteritatibus universis in perpetuam asscribimus haereditatem praesentis privilegii nostri patrocinio mediante, Salvo jure alieno. In cujus rei evidens testimonium firmitatemque perpetuam praesentes concessimus Litteras nostras Privilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per Manus Venerabilis in Chrysto Patris Domini Nicolai praemissa Apostolica gratia Archi-Episcopi Strigoniensis, Locique ejusdem comitis Perpetui, Aulae nostrae Cancellarii, Dilecti et fidelis nostri. Anno Domini Millesimo Tercentesimo Sexagesimo. Octavo Calendas Mensis Iuly, Regni autem Nostri Anno Decimo nono. Venerabilibus in Chrysto Patribus et Dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Ugolino Spalatensi, Nicolao Iadriensi et Elia Ragusiensi Archi-Episcopis, Nicolao Agriensis, Demetrio Varadiensis, Dominico Transylvano, Quinqueecclesiensis et Chanadiensis sedibus vacantibus, Colomano Iauriensis, Ladislao Vespremiensis, Michaele Vachiensis, Petro Bosniensis, Stephano Zagrabiensis, fratribus Stephano Nitriensis, Thoma Sirmiensis, Iohanne Tininiensis, Bartholomeo Traguriensis, Demetrio Nonensis, Stephano Farensis, Valentino Macariensis, Matheo Sibinicensis, patribus Michaele Scardonensis, (Portiua) Seniensis et Radozlao Corbaviensis Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Magnificis Viris Nicolao Konth Palatino, Dionisio Vajvoda Transylvano, comite Stephano Bubech Iudice curiae nostrae, Iohanne magistro Tavernicorum Nostrorum, Leustatio Sclavoniae, Nicolao de Zeech Dalmatiae et Croatiae, Nicolao de Machow Banis, Petro dicto Zudor Pincernarum, Paulo de Lizka Dapiferorum et Dominico Agazonum nostroum magistris, ac Magistro Konya Comite Posoniensi alysque per pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores[1][2][3].

1) Gurhes=Gherheş=Gregoriu. Sillaba ăntăia s'a format, precum d. e. Gherguţiu. Sillaba a doua e analógă cu formaţiunea Mar-eş, Vasieş, Verd-eş, etc. Descendenţii lui Gherheş stepănesc şi aḑi partea cea mai mare in Saraseu, cei de linea virile, ca ţerani, coboritorii pe linea feminină sunt bine situaţi şi bărbaţi de frunte.

2) Aci vedem un alt document la acea, că intre moşiile cu drept de kenesiat, şi cele cu drept nobilitar, nu se facea deosebire; intr'un act din anul 1468. Kenesiatul se traduce in limba latină prin cuventul „Nobilitas". O ramură a acestei familie trăesce in satul Cuhea. Alta sub nume Birtoc (astfeliu numit după Bartholomei) in satul Serbi, a treia in Poenile Şieului sub nume Giurgiu.

3) Din actele processului producţional al preotului din Saraseu Ananie Gherheş; actele se află in archivul comitatului intre fascicule din secolul trecut

24.

1361. 14. Mai. Regele Ludovic dăruesce lui Bud, Sandor, Oprișa, Joan, Dragomer și Bayla fiilor lui Locovoi, românilor din Maramureș pentru meritele lor și serviciile credinciόse, aduse pentru rege și țéra, kenesiatul jumetăței de moșia românésca, Ozon in Maramureș, cu aceleași drepturi și condițiuni, cu care-lu ținuse mai inainte Stan numit Feyr românul.

Ludovicus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae Croatiae, Ramae, Serviae, Galitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex, Princeps Sallernitanus ac honoris montis sancti Angeli Dominus etc. Omnibus Christi Fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris Salutem in Omnium Salvatore. Celsitudo Regia et Benignitas solet Sibi subjectos ad gradum provehi altiorem, qui . . . . . fideliter servi . . . . . Proinde ad universorum notitiam harum Serie volumus pervenire, Quod nos recordatis et in memoriam nostrae Celsitudinis reductis fidelitate et fidelium Servitiorum praeclaris meritis Bud[1]), Sandor, Oprissa[2]), Johannis Dragomer et Bayla Filiorum Locovoy[3]) Fidelium Olachorum Nostrorum de Terra Maramorusiensi, quibus ipsi in plerisque nostris et Regni nostri negotiis prosperis et adversis, Summae fidelitatis Studio, indesinentique et laudabili Virtute Juxta eorum facultatis exigentiam Nostrae Studuerunt complacere majestati, volentes eosdem pro praemissis eorum fidelissimis Servitiis Regio prosequi donativo; Keneziatum medietatis cujusdam Possessionis nostrae Olachalis Ozon[4]) Vocatae, in dicta terra Maramorusiensi existentis, quem Keneziatum prius Stan dictus Fejyr[5]) similiter Olahus conservasse dignoscebatur a nostra Majestate, eisdem filiis Locovoy, eorumque filiis et posteritatibus universis sub eisdem Libertatibus, utilitatibus, servitiis et Conditionibus, quibus dictus Stan eundem conservasse et tenuisse censetur, dedimus Donavimus et contulimus[6]), Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum, pariter et habendum, Salvo jure alieno. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus Litteras Nostras privilegiales pendentis et anthentici Sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis in Christo Patris Domini Nicolai Archi-Episcopi Strigoniensis locique ejusdem Comitis perpetui, Aulae nostrae cancellarii

dilecti et fidelis Nostri. Anno Domini M[CCC. LX.] primo, pridie Idus May. Regni autem Nostri Vigesimo. Venerabilibus in Christo Patribus, et Dominis Eodem Nicolao Strigoniensi, Toma Colocensi, Ugolino Spalatensi, Nicolao Jadrensi Archi-Episcopis, Ragusiensi Sede vacante, Nicolao Agriensis, Demetrio Varadiensis, Dominico Transylvano, Colomanno (Jaurensis), Ladislao Vespremiensis, Stephano Zagrabiensis, Michaele Watziensis, Petro Boznensis, Dominico Chanadiensis, Vilhelmo Quinque-Ecclesiensis Electis Confirmatis, fratribus Stephano Nytriensis, Thoma Sirmiensis, Joanne Tininiensis, Demetrio Nonensis, Bartholomaeo Traguriensis, Valentino Macariensis, Stephano Farensis, Matheo Sibinicensis, Michaele Scardonensis, et Portiua Senyensis Ecclesiarum Episcopis, Ecelesias Dei feliciter gubernantibus, Magnificis Viris Nicolao de Zech Dalmatiae et Croatiae, Leustachio Regni Sclavoniae et Nicolao de Machow Banis, Petro Pincernarum, Paulo Dapiferorum, Joanne Janitorum, Dominico Agazonum nostrorum magistris et Magistro Konya Comite Posoneinsi, aliisque quam plurimis regni nostri comitatus tenentibus et honores[7]).

[1]) Bud şi Buda sunt espresiuni de una şi aceasi origine, numele cetăţei Buda e traducere paleoslovenică a numirei romane antice Aquincum. Bud ca nume de botez a fost usitat aci la romăni şi in secolul XV. de esemplu Sandrinus filius Bud de Vajnagh in anul 1424. etc. Dupa Bonfiniu şi tatăl lui Joan Corvinu s'a numit Bud.

[2]) Oprisa=Claudius.

[3]) Locovoi=Lucavoi=Luca, format ca şi numirile Radivoi, Branivoi etc.

[4]) Ozon va fi scris cu greséla in loc de Kozov, adecă ţinutul de a lungul riului Coseu, de la Budesci pănă la Bărbesci. (Veḑi mai in jos la anul 1405.) Décă nu e greséla in scris, (originalul nu se află) atunci va insemna o moşie cu acest nume care se póte deriva din Ausoniu, cum se numise poporul italian şi cel român in evul de meḑilocu.

[5]) Dela Stan numit Feyr se numesce satul Ferescí; numele familiei Fejér provine in anul 1413. ca Alb de Fejérfalva, şi in anul 1423. ca Bela de Belafalva, adecă una numire in trei limbi.

[6]) Dela acesti donatari şi-trag origine multe familie nobile de acum precum: Bud, Sandor, Opriş, Vincz, Jurka, Bărle, Moys, Draguş, Şerba, Pinte, Manoila etc.

[7]) Din copia transumtului authentic dat in anul 1794. 2. Juliu prin tabula regésca din M.-Vásárhely. Copia se află intre actele processului producţionale al familiei Sandor din Călinesci, in archivul Comitatuiui sub No. III. 1781/50. s'a publicat in parte prin N. Densusan. (Documente I. 2. pag. 68.)

25.

1363. 8. Decembre. Visegrad. Mandatul reginei Elisabeta cătră palatinul şi judele Curiei regeşci, ca se nu judece pe romănii Nicolae, Valentin, Saracin, şi Luca fii lui Crăciun improcessuaţi prin Zouard, Stefan, Joan fii lui Nicolae romănul, pentru că moşiile improcessuate sunt ale reginei, ér nu acelora carii au fost improcessuaţi.

Elizabeth Dei gracia Regina Hungarie fideli suo magnifico viro Comiti Stephano Bubeck, Judici Curie Regie, Salutem et graciam, Datur intelligi nostre maiestati, quod Zouard Stephanus et Johannes fily Nicolai volachi ac proximi eorumdem Nicolaum, Valentinum, Serechin et Luchasium filios Karochon valacos in facto quarumdam possessionum nostrarum quas ipsi nomine nostro et ex nostra commissione tenent et possident, vestram in presenciam in causam atraxissent et atrahere conarentur, volentes easdem minus iuste . . . . Quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, predictos filios Karachini valachos ac fratres et proximos eorundem super premissis, eo quod eedem possessiones racione quarum in causam attracti existunt, non ipsorum, sed nostre sunt reginales, nullatenus audeatis Judicare et aliud non facturi, datum In Wyssegrad in festo concepcionis virginis gloriose. Anno domini M⁰ CCC⁰ LXmo tertio[1])[2]).

[1]) Originalul scris frumos pe pergamen, cu sigil mai mic in dosu, se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós, paria e dela Georgiu Petrovay.

[2]) Se referesce la moşiile Rakocz şi Mistice precum dispune regina insa-şi in altă scrisóra.

26.

1364. 10. Februar. Janich. Mandatul regelui Ludovic către credincioşii sei români Giula fiul lui Draguş locuitor in Maramureş şi fii sei Stephan, Miroslav preotul şi Dragomer, prin care acestii se indătoresc a lăsa moşiile Slatina, Brebu, Copăceşci, Deseşci, Herniceşci şi Şugatag in folosinţa fratelui lor Draguş, fiul lui Giula, cui le-a conferit deoseb nu de mult.

Lodovicus Dei gracia Rex . . . . . rie fidelibus suis volachys, Gywle filio Dragus in Maramorisio residenti, item Stephano, Myroslawo presbitero et Dragomer filys eiusdem Gywle Salutem . . . . Noveritis quod nos villas Zlatyna, Hodpathaky, Kopachfalwa, Dezefalwa, Hernyachfalva et Sugatagh[1]) vocatas in Maramorisio existentes, Anno . . . . ilitatibus et pertinencys universis, specialiter loco estivali Dragus fratri vestro uterino filio scilicet memorati Gywle et ejus filys ac heredibus pro fidelitat . . . . seruicys, distinctim a vobis et seperatim duximus nuper conferendas, Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus memoratum Dragus in facto hui . . . . non audeatis verbo vel facto molestare, nec intromittatis vos de dictis villis modo aliquali. Sed admittatis eum, et suos filios, ac heredes, dictis villis . . . . etibus. Juxta premissam nostram donacionem uti frui pacifice et gaudere. Et aliud pro nostra gracia facere non ausuri in premissis. Datum in Janich in dominica Invocavit . . . . . . ini Millesimo CCCmo LX imo quarto[2]).

[1]) Aceste moşii s'au donat in anul 1360. intradevĕr numai lui Draguş şi fiilor sei, dér de órece conferirea acésta s'a făcut sub titlul de noue donaţiune, urmédiă că şi inainte de 1360. erau mosiile lui Giula şi ale fiilor sei ceia l'alţi, astfeliu pretensiunea lor era indrĕptăţită, precum au şi remas ei şi fiii lor in possessiunea moşiilor acelora.

[2]) Din transumtul original dat prin conventul din Lelesz in anul 1431. lui Petru Gerheş, care era după mama sa Stana, nepotul lui Draguş, veḑi la anul 1431. 57. Martiu.

27.

1364. 27. Septembre. Beregszász. Mandatul reginei Elizabetha cătră palatinul şi alţi magistraţi, ca se nu judece in causa incepută pentru moşiile Rakolcz şi Misztice in contra fiilor lui Crăciun, de óre ce acele moşii ea le a dat numiţilor români; şi cine are de cercat ceva, se cerce in contra ei.

Elizabeth Dei gracia Regina Hungarie fidelibus suis magnificis viris Palatino regni nostri ac Judici Curie regie. Item Comitibus nostris parochyalibus Comitatus de Beregh nunc et pro tempore constitutis, eorumque vices gerentibus Salutem et graciam, datur intelligi nostre maiestati, quod Zouard, Stephanus et Johannes fily Nicolai ac proximi eorumdem Nicolaum Valentinum Sarachynum et Luchasium filios Karachon wolachos, in facto quarumdam possessionum nostrarum, quas ipsi nomine nostro et ex nostra collacione tenent et possident, vestram in presenciam In causam attraxissent, et attrahere conarentur, volentes easdem possessiones minus iuste aufferre ab eisdem. Cum igitur eedem possessiones Rakolch sed et Mistiche vocate nostre fuerint reginales et de manibus nostris, ipsis walachis racione serwiciorum suorum tanquam ius nostrum easdem tradiderimus possidendas per eosdem. Quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, predictos filios Karachon valachos, ac fratres et proximos eorundem, racione dictarum possessionum, nullatenus Iudicare vel vestre Iudicatui astare conpellere debeatis. Siqui vero in ipsis possessionibus aliquid Ius se habere credunt, Id a nostra maiestate prosequantur, et nos eisdem respondebimus quid fieri poterit in factis possessionum earumdem, unde aliud in premissis facere non audentes. Datum In Lumperthzaza in festo beatorum Cosme et Damiani martyrum, anno domini M⁰ CCC⁰ LX⁰ quarto.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil mic, in archivul lui Valentin Gorzo in Komlos, copia dela Georgiu Petrovay. Sub sigil se ceteşce: „Commissio propria regine".

28.

1364. 30. Sept. Beregszasz. Regina Elisabeta concede comunităței Românilor din Comitatul Bereg, dreptul ca se-și alégă voivod, cum au alți români locuitori in Maramureș seu in alte părți ale țerei. Voivodul ales va ave și judece processele intre denșii, și se administreze venitele reginei.

Nos Elizabeth[1]) Dei gracia Regina Hungarie Memorie commendantes Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quod communitas wolacorum nostrorum in Comitatu nostro de Beregh existencium Ad nostre maiestatis venientes presenciam nobis humiliter supplicarunt, in eo videlicet, quod quia ipsi per officiales Comitis nostri de Beregh, quos loco woyvode contra libertatem eorum inter ipsos locare est consuetus, diversas Iniurias paciuntur, Ideo woyvodam wolacorum, qui pro ipsis utilis et honestus videretur, de communi voluntate, eis preficere admitteremus, secundum quod eciam aly wolacy in Maramorosyo et alys partibus regni nostri residentes Hungarie potirentur libertate, Nos igitur Attendentes suplicacionem ipsorum volacorum fieri esse congruam, Annuimus eisdem wolacys nostris, ut woyvodam[2]) quem communitas wolacorum habere voluerit, liberam eligendi et preficiendi habeant facultatem, qui omnes causas inter ipsos exortas Iudicare debet et fine debito terminare, omnes eciam proventus nostros et universa Iura ex parte dictorum wolacorum, nobis et dicto Comiti nostro proveniencia idem woyvoda fideliter nobis tenebitur Aministrare. Datum In Luppertzaza secundo die festi beati Michaelis archangeli Anno domini M^{0} CCC^{mo} LX^{0} quarto[3]).

[1]) Elisabeta mama regelui Ludovic avĕnd mai multe moșii in Beregh, și călătorind adese ori in Polonia, de unde era, românii din Beregh cu aceste occasiuni vor fi făcut servicii.

[2]) Voivodii erau mai marii poporului românescu, stabilit din vechime in moșiile sale, ținute cu drept nobilitariu. Voivodii erau conducători in resboiu și judecători in pace.

[3]) Originalul scris frumos pe pergamen, provedut cu sigil in dosu, se află in archivul lui Valentin Gorzo. Paria e dela Georgiu Petrovay, și dela Theodor Lehoczky.

29.

1365. 2. Februariu. Regele Ludovic dăruesce voivodului Maramureşan lui Balk fiul lui Sas şi fraţilor sei Drag, Dragomer şi Stefan in recompensa servitiilor moşia Cuhea cu pertinenţiile sale: Jeud Bachkov, ămbele Vişae, Moyseni, Borşa si ămbele Selişte, confiscate dela Bogdan voda eşit la Moldova şi cădut sub nota de infidelitate.

Lodovicus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, princeps Sallernitanus et honoris montis Sancti Angeli Dominus. Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in eo, qui regibus dat Salutem, et feliciter gubernare. Regum requirit celsitudo, et sublimius convenit dignitati fidelia suorum fidelium obsequia ubertatis gracia fecundare, ut ceteri eo exemplati, ex fidelibus fideliores efficiantur, seque reddant devociores ex devotis. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos intuitum nostre consideracionis in strenuum virum Balk filium Zaaz[1])[2]) voyvodam nostrum Maromorosiensem, dilectum nobis et fidelem convertentes, immensissimaque sua servicia in memoriam nostre celsitudinis reducentes, quibus idem a toto eo tempore, quo ipse tanta caritate ferventi nostre adhesit Maiestati, ut de terra nostra Molduana suis caris parentibus, et quam plurimis cognatis nec non bonis eiusdem universis in eadem terra nostra post tergum relictis et postpositis in regnum nostrum Hungarie advenit sub sinu nostre dileccionis in serviciisque pro augmentacione nostri honoris et potencie utilia fore ex innata sua industria conspexerat, exhibendis se nostre offerens placibilem maiestati. Nos vero hys et alys serviciorum suorum preclarissimis meritis, que eundem modo quo supra cum sumpme diligencie studio ubique, et specialiter in dicta terra nostra Molduana non sine propry sui cruoris effusione ac letalium vulnerum supportacione, fratrumque proximorum et quam plurimorum famulorum suorum morte crudeli sollicite et habiliter exhibuisse cognovimus, et exhibere cognoscimus in presenti, ac exhibiturum pro firmo credimus in futurum, memoriter recensitis. Equidem itaque dignum fore estimantes ut digno digna et magnis magna impendantur premia, sudoresque labores merces copiosa reficiat et restauret in signum nostre specialis dileccionis

et affeccionis indicium, quandam possessionem Kuhnya[4]) vocatam in terra nostra Maromorusiensi habitam, cum alys villis Jood[5]), Bachkow[6]), Kethuyssou[7]), Moyse[8]), Bors[9]) et Keethzeleste[10]) vocatis in eadem terra Maramarosiensi existentibus, ad eandemque possessionem Kuhnya spectantibus, cum omnibus suis utilitatibus, videlicet aquis, silvis et alpibus ac quibuslibet earumdem pertinencys quovis nomine vocitatis a Bokdan voyvoda et suis filys, nostris videlicet infidelibus notorys, ob ipsorum detestandam infidelitatis notam, eo quod idem Bokdan et fily sui fulminate (sic) dyabulo humani generis inimico, qui cor eorum tela sue nequicie et fraudis venenosus (sic) graviter saucians adhoc eis persuasit, ut a veritatis via et debite fidelitatis constancia pluries deviantes, de dicto regno nostro Hungarie in pretactam terram nostram Moldvanam clandestine recedentes, eandem in nostre maiestatis contumeliam moliuntur conservare, ad manus nostras regias devolutas, sub hysdem suis veris metis et antiquis, quibus eedem actenus (sic) habite extiterunt et possesse, de beneplacita voluntate et consensu serenissime principisse domine Elizabeth regine Hungarie genitricis nostre Karissime, de consilioque prelatorum et Baronum Regni nostri prematuro, ipsis Bokdan et filys suis, tamquam malemeritis, ut ne perversitas alys similia presumpmentibus transeat in exemplum, pretitulatis possessionibus privatis et omnino spoliatis, ac universis litteralibus instrumentis pro eisdem Bokdan et filys suis super prenotatis possessionibus emanatis cassatis, annichilatis, et in irritum revocatis[11]), dedimus, donavimus et contulimus pretacto Balk woyvode et per eum Drag, Dragmer[3]) et Stephano fratribus eiusdem uterinis ipsorumque heredibus et successoribus universis, Iure perpetuo et irrevocabiliter, possidendas tenendas pariter et habendas, salvis juribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri novi dupplicis et autentici munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai Archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre Cancellary, dilecti et fidelis nostri, quarto nonas mensis February. Anno domini Millesimo CCCmo sexagesimo quinto. Regni autem nostri Anno XXmo quarto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Ugolino Spalatensi, Nicolao Iadrensi et Elia Ragusiensi Archiepiscopis. Demetrio Varadiensis, Dominico Transsiluano (sic) Colomano Iauriensis, Ladislao Vesprimiensis, Stephano Zagrabiensis, regnique Sclavonie vicario generali, Dominico Chana-

diensis, Michaele Agriensis, Vilhelmo Quinqueecclesiensis, Iohanne Vachiensis, Petro Bosnensis, fratre Stephano Nitriensis, Demetrio electo confirmato Syrmiensis, altero Demetrio Nonensis, Nicolao Traguriensis, Stephano Pharensis, Walentino Macariensis, Matheo Sibinicensis, Michaele Scardonensis et Portiua Sceniensis ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Tininiensi et Corbaviensi sedibus vacantibus. Magnificis viris Nicolao Konth Palatino, Dyonisio Woyvoda Transsilvano, Comite Stephano Bwbek judice Curie nostre, Iohanne magistro Thavarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow Banis, Petro Zudar pincernarum, Paulo dapiferorum, Emerico Agazonum, Iohanne Ianitorum nostrorum magistris, ac magistro Benedicto Comite Posoniensi, alysque quam pluribus comitatus Regni nostri tenentibus et honores[12])[13]).

1) Sas - Sabbas. Tóte cronicele moldoveneşci atăt cele vre-o septe publicate prin Joan Bogdan in anii 1891. şi 1895. precăt şi altele sunt de accord, că Sas era fiul şi următoriul in domnia alui Draguş intemeiătoriului şi voivodului ăntăiu al ţerei Moldovei. Draguş a domnit doi ani, adecă in anii 1359. şi 1360. şi regele Ludovic chiar in diploma d'in anul 1360. (Calendas = 1-a Aprilis) aminteşce restauraţiunea adecă reorganisarea ţerei Moldov:ei sub protecţiunea sa după pustiirile tătareşci şi cumănesci; fiul seu Sas a domnit patru ani adecă intre 1361—1364. După densul a urmat, cum ne spun cronicele amintite, nu unul dintre bravii sei fii, dér altul cu nume Bogdan voivod éră-şi maramureşan, dér fără invoirea regelui Ludovic, ba chiar in contra voinţiei lui, şi in contra ostirilor sale, cum ne arétă diploma presente d'in anul 1365. 2-a februariu. Voda Draguş fiind in věrsta inaintată cănd a eşit la Moldova, şi fiul seu Sas şi nepoţii sei Balk, Drag, etc. erau de nascere d'in Maramureş. La voda Sas ne aminteşce familia vechia nobile Sas d'in Şieu, şi valea Sasului la Botiza.

2) Balc dupa B. P. Hasdeu (Dicţionar. III.) „este vechiu nume romănesc, diminutiv din Bale," şi astfeliu Balc=Bale=Baliţia=Belk=Bălin=Valentin.

3) Dragmer=Dragumir, nume personal compus d'in vechiul Slavonic drag =filemon=iubit şi d'in mir asemene vechiu slavonic, insémnă şi Lumea (Veḑi F. Miklosich: Lexicon Linguae slavonicae veteris dialecti 1850.) şi astfeliu Dragomir ar insemna: iubitul Lumei şi ne aminţeşce la imperatul Tit Vespesianu, pe care Svetoniu lu-numeşce „amor et deliciae generis humani". Alt cum suffixul „mir" lu-intălnim şi la Gothi, de exemplu: Theodemir, Valamir, Videmir (Jordanis (551): de Gothorum origine et rebus gestis).

4) Kuchnya=Cuhea=Konyha, numit astfeliu probabil dupe sarea şi apa serată ce se află in apropiere.

5) Jood=Jeud, din nume personal Eudochinu (31. Juliu.) locu natal al lui Gabriel Mihalyi şi al fiilor sei.

6) Bachkow=Bocicoel=Kis-Bocsko, analog cu italianul Bosco.

7) Ket-visou=doua Vişae=Vişeu de mijloc, şi Vişeu de jos; al treile Vişeu=Vişeu de sus atunci ăncă n'a existat.

8) Moyse=Moiseni.

[9]) Bors=Borşa e nume dacic, d'in bora=furtuna, format ca şi Apşa, Cupşa, Horşa, etc. Intre munţii dela Borşa se ved a fi cu numiri dacice: Berşabă, Dirmoxa, Zimbroslav, Brătilă, Codravă etc.

[10]) Ket-Zeliste=doua Seliste, despărtiţe prin riul Iza; Seliste e cuvent vechiu slavonic, însémnă: locuinţă.

[11]) Literile cassate nu le cunóscem, cu tempu dóre se vor afla ori la noi, ori la Moldova.

[12]) D'in transumtul original al reginei Maria din anul 1384. „Cum aliis villis" insemnéza, ca tóte aceste erau sate aşezate ca Cuhea, numai că acésta va fi fost residenţia proprietariului.

30.

1366. 28. Octobre. Buda. Mandatul reginei Elisabeta către cetăţenii şi hospes-i din Comitatul Bereg, ca pe românii şi pe Jobagii lor se nu-i judece, fără cine are de cercat, se-i cerce inaintea domnilor lor.

Elizabeth Dei gracia Regina Hungarie fidelibus suis universis Nobilibus et alterius cuiusvis status et condicionis hominibus possessiones habentibus, item Iudicibus, villicis, Iuratis et universis Civibus ac hospitibus de Lumperthzaza, de Beregh, de Ordo, de Kazon, de Wary, de Torpa et de alys villis in Comitatu Beregh existentibus, Salutem et graciam. Referunt nobis, Clemens et Iohannes fily Makzem, Nicolaus et Valentinus fily Karachini Olaci nostri quod dum Olaci et Iobagiones ipsorum ad vestras possessiones et tenutos ac vestri in medium in requisicionem suorum victuum accederent, vos eosdem iudicaretis in rebus et personis prohiberetis indefesse. Super quo fidelitati vestre firmissime precipientes mandamus quatenus a modo prefatos Olacos et Iobagiones predictorum Olacorum nostrorum in vestris possessionibus, ac vestri in medio, in causis quibuslibet, exceptis furto, latrocinio et alys publicis criminalibus iudicare vel vestro Iudicatui astare conpellere vel res et bona eorumdem arestare vel facere prohiberi nullatenus presumpmatis. Et si qui ex vobis aliquid accionis vel quescionis contra eosdem Olacos et Iobagiones habent, vel habuerint, Id in presencia eorumdem dominorum suorum exequatur, qui iusticie complementum exhibebunt omni querulanti ex parte eorumdem pro- ut dictaverit ordo Iuris. Aliud facere non ausuri. Datum Bude in festo beatorum Symeonis et Iude apostolorum anno domini M° CCC° LX° sexto.[1])

[1]) Originalul scris frumos pe pergamen cu sigil in dos, se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós; copia e dela Georgiu Petrovay.

31.

1368. 15. Mart. Buda. Mandatul regelui Ludovic cătră conventul din Lelesz, pentru introducerea românului Ivan fiul lui Dragomir in possessiunea moșiei sale Rona.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Ivan[1]) filii Dragomer olahi quod ipse in dominium cujusdam possessionis suae Rona vocatae in Maromorusio existentis sibi per nostram majestatem collatae legitime vellett introire, si contradictio cujusdam sibi non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Dragomer filius Ivanchok de Varalya, vel Georgius de Egruss altero absente homo noster ad faciem praedictae possessionis Rona vocatae vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo introducat eundem Ivan in Dominium ejusdem possessionis, statuatque eandem eidem Ivan, sub praemissae nostrae donationis titulo perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra annotatum Ivan in nostram praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsius possessionariae introductionis et statutionis seriem vel nomina contradictorum et citatorum si qui fuerint et termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima post dominicam oculi. Anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo octavo. Fidelibus suis Conventui Ecclesiae de Lelez pro Ivan filio Dragomer olaho Statutoria.[2])

[1]) Vedi despre românul Ivan fiul lui Dragomir documentul din anul 1387 25. Novembre.

[2]) Conventul din Lelesz (Protocollum Statutoriarum D. 242.) Relațiunea lipseșce, introducerea nu se va fi efectuit.

32.

1368. 5. Juliu. Zolyom—Lipcse. Mandatul regelui Ludovic indreptat cătră Stephan, Miroslav preutul şi Dragomir fii lui Giula ca până ce se va cerca causa lor prin comitele Maramureşan magistrul Symon. se lasă in possessiunea fratelui lor romănului Draguş credinciosului Curtei regesci moşia Slatina cu alte cinci moşii, carele vreu se le occupă după mórtea tatălui lor Giula, de óre ce acele moşii le-a conferit regele numai lui Draguş şi fiilor[1] sei, deoseb de fraţii sei.

Lodovicus Dei gracia Rex Ungarie, fidelibus suis Olachis Stephano, Mirozlov presbytero et Dragomer filys Gyule Salutem et graciam. Noveritis quod nos pro ut recordamur, villam Zlatina simul cum alys quinque villis Hatpathokfalva, Dezefalva, Hernyathfalva et Sugatag vocatis, in Maramorosio existentibus, fideli nostro famïliari Olaho Dragus fratri vestro uterino et suis heredibus a predicto patre vestro et a vobis distinctim et separatim duximus conferendam. Nunc autem ut asseritur, pro eo quod idem Dragus eidem Gyule patri suo usque vitam dictam possessionem Zlatina voluntarie uti permisit, eodem Gyula decesso, velletis ab eodem occupare. Quare fidelitate firmiter precipientes mandamus et committimus, quatenus predictam villam Zlatina tamdiu donec per magistrum Symonem comitem nostrum Maramorosiensem visis vestris et eiusdem Dragus fratris vestri litteralibus Instrumentis, super facto ipsarum sex villarum inter eundem et vos satisfactio inpendetur, ipso Dragus fratri vestro remittatis pacifice possidendam, pro ut etiam alias literatorie dederamus in mandatis illud idem. Secus pro nostra gratia facere non ausuri. Datum In Lypche Zoly in festo beati Dominici confessoris. Anno Domini M^o^ CCC^mo^ LX^o^ octavo.

[1]) Moşia a şesea, Copaciu, nu se numesce, probabil din greséla.

[2]) Din originalul l'a copiat, şi mi l'a comunicat D. Stefan Szilágyi directore, forma sigilului ca in diploma cea l'alta din acea-şi ḑi.

33.

1368. 5. Juliu. Zolyom-Lipcse. Mandatul regelui Ludovic cătră magistrul Symon fiul lui Mauritiu comitelui Maramureşului ca se cerce in adunarea comitatului literile românului Draguş, fiul lui Giula, şi ale fraţilor sei, şi dacă ar vede, că moşiile Slatina, Breb, Copaciu, Deseşci. Herniceşci şi Şugatag sunt donate numai lui Draguş, ér nu deodata, şi tatălui seu şi fraţilor sei, atunci se-lu introducă pe Draguş in possessiunea moşielor numite.

Lodovicus Dei gracia Rex Ungarie fideli suo Magnifico viro Magistro Symoni filio Mauricy[1]), comiti nostro Maramorosiensi salutem et graciam. Noveritis quod nos, ut meminimini, possessionem Zlatina[2]) nuncupatam, in Maramorosio situatam, simul cum alys quinque possessionibus Hatpataky[3]), Kopachfalva[4]), Dezefalua, Hernyachfalua et Sugatag vocatis, cum quibuslibet suis utilitatibus et pertinencys, fideli nostro Olacho Dragus filio Gyule et suis heredibus, pro eius fidelitatibus et obsequissimis meritis, a predicto Gyula patre ac Stephano, Iruzlo et Dragumir fratribus suis uterinis separatim et distinctim duximus conferendam, quam nunc ut asseritur . . . . . idem Dragus pretacto Gyule patri suo usque vitam voluntarie uti permisit, iam ipso Gyula decesso, pretacti Stephanus, Iruzlo et Dragumir ab ipso Dragus nituntur occupare, Quare fidelitati vestre committimus dantes in mandatis, quatenus habita presencium noticia, generali in ipso comitatu congregacione proclamata, una cum iudicibus nobilium ipsius Comitatus et Universis nobilibus congregacionis eiusdem, Deo pro oculis habito, visis ambarum partium instrumentis literalibus, super dicta possessione Zlatina modo premisso ipsi Dragus a predictis Gyula patre, Stephano, Iruzlou et Dragumir fratribus suis distimctim et separatim per nostram maiestatem simul cum dictis alys quinque possessionibus donatam fore reperieritis, ex tunc contradictione eorumdem Stephani, Iruzlo sacerdotis . . . . et Dragumir fratrum eiusdem non obstante, eandem possessionem Zlatina cum omnibus suis utilitatibus prememorato Dragus et per eum suis successoribus statui faciatis pacifice possidendam, prescriptis Stephano, Iruzlo sacerdoti et Dragumir super eadem possessione silencium inponentes, nostra au-

ctoritate mediante, aliud pro nostra gracia non facturi. Datum in Lipche Zoly in festo beati Dominici confessoris. Anno Domini M° CCCmo LXmo octavo[6]).

[1]) Simon banul din Mediaş fiul lui Mauriţiu, nopotul lui Nicolau voivodul Ardélului şi strenepotul magistrului Mauritiu, era in anul 1369. Banul Dalmaţiei şi Croaţiei (Szirmay Szatmár vármegye. II. pag. 312.) Tot in acel an in resbelul regelui Ludovic contra lui Ladislau (Laic) voivodul Ţerei românesci a condus Simon fiul lui Mauriţiu impreună cu Nicolau voivodul transilvan o ostire la inceput invingatórea, dér apoi de tot sfermata prin călărimea de sub conducerea lui Dragumir. (Bonfiniu Dec. II. Lib. 10.) A luat parte şi in resbelul in contra Litvaniei (1352.) unde sub cetatea Belz a fost şi densul greu rănit. (Alfons Huber: Ludvig I. von Ungarn. pag. 14.)

[2]) Slatina va fi fost acolo, unde acum Ocna-Sugatag.

[3]) Hatpatak=Hódpatak=Bréb.

[4]) Kopachfalva=Nagypatak=Valea Mare=Nires.

[5]) Iruzlo sacerdos=Miroslav preutul.

[6]) Din originalul l'a copiat şi mi-la comunicat Stefan Szilágyi directore cu observare, că sigilul mic al regelui imprimat pe céra roşia, avea un scut in forma Coronei, intro lature cu faşiele, intr' alta cu liliele dinăstiei Angiuvine, inscripţiunea curgea din dréptă in stănga, sub sigil cu legenda: Relatio Magistri Symonis fily Mauricy . . .

34.

1370. 26. Sept. Buda. Regina Elisabeta la suplica lui Clemente şi a altor români din Comitatul Beregh concede, că in processele lor de possessiuni se judece comitele suprem, ér in alte processe mai mici Voivodul românilor din Beregh.

Nos Elizabeth Dei gracia Regina Hungarie Memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quod nos ad suplicacionem Clementis, Iohannis et Stephani filiorum Makzeem, ac Symonis fily Nicolai, et Valentini fily Karachyni Volacorum nostrorum Comitatus de Beregh annuentes commisimus ut super factis possessionum, quas ydem a nostra tenent maiestate in quibus nunc residenciam facere dinoscuntur, Comes noster, et in alys causis minoribus Woyvoda Wolacorum de prefato Comitatu de Beregh eosdem valeant et possint Iudicare, vobis igitur magnificis viris palatino et iudici Curie regie eorumque vices gerentibus nunc constitutis et

in futurum constituendis firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatos filios Makzem ac Symonem filium Nicolai et Valentinum filium Karachini Iudicare non debeatis, nec vestro Iudicio et Iudicatui astare conpellatis. Si qui enim aliquid accionis contra ipsos habent vel habuerint, Id coram comite nostro et woyvoda wolacorum nostrorum de predicto Comitatu de Bereg prosequantur ordine Iuris, ex parte quorum iusticia et satisfaccio exhibebitur, quibuslibet querulantibus, iusticia mediante. Aliud igitur in premissis facere non audentes, datum Bude feria quarta proxima ante festum beati Mychaelis archangeli Anno domini M⁰ CCC⁰ Septuagesimo[1])[2]).

[1]) Originalul scris pe pergamen provedut cu sigilul mai mic in dos, se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlos, copia dela Georgiu Petrovay, şi dela Theodor Lechoczky.

[2]) Tot acésta competinţa judecătorĕscă o stătoresce Regina Elisabeta prinaltă diplomă dată 1380. 22. Septembre pentru romănii din Iloşva.

35.

1371. 3. Septembre Visegrad. Regele Ludovic dăruesce lui Sandor, Joan, Stephan şi Nicolae filior lui Stanislau Voivod din Ung kenesiatul moşiei Neresniţa de sus.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae et Poloniae memoriae commendamus per praesentes: quod nos pro fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis Sandor, Iohannis, Stephani et Nicolai filiorum Stanislai quondam Voywodae de Ungh, quibus iidem nobis juxta eorum prossibilitatis exigentiam, studuerunt conplecere, pro huiusmodi eorum fidelitatibus et servitiorum meritis, Kenezyatum cujusdam villae nostrae Felseu-Nerezlenche vocatae, secus fluvium Taraz existentis, ipsis et per eos ipsorum haeredibus et posteritatibus universis cum omnibus hisdem libertatibus, juribus, inmunitatibus et consvetudinibus, quibus alii Kenezii usi fuerunt et eandem conservarunt, dedimus, donavimus et contulimus jure perpetuo, et irrevocabiliter possidendum, tenendum, et conservandum, testimonio praesentium mediante. Datum in Visegrad feria sexta proxima ante festum Natiuitatis Beatae virginis anno Dni millesimo CCCmo LXX⁰ primo. — Perlecta et correcta.

Conventul din Lelesz (Statutoriarum. V. Nus 116.)

36.

1373. 11. August. Szilvásvárad. Mandatul regelui Ludovic pentru introducerea lui Balk, Drag şi Joan fiii voivodului órecăndva Sas, in dominiul moşiei Culica şi pertinenţielor ei, şi a moşielor Bocicoi, Băserică albă, Taras şi Buştina; introducerea se face fără contradicere, şi se disting hotarele moşielor Jeud, Vişeu, Borşa etc.

Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris Iohannes prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelesz salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod literas excellentissimi Principis Domini Lodovici Dei gracia regis Hungarie recepimus in hec verba: Lodovicus Dei gracia Rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis conventui de Lelez Salutem et graciam. Dicunt nobis magistri Balk, Drag et Iohannes fily condam Saaz woyvode aule nostre familiares, quod ipsi in dominium quarumdam possessionum Kuhnya vocate et ad eam pertinencium, item Bochkoy,[1]) Feyreghaz Tharaz et Boztafalva vocatarum in comitatu Maramorosiensi existencium, per nos mediantibus alys litteris nostris datarum pro servicys eorumdem, legitime vellent introire, si contradiccio alicuius non obstaret eis in hac parte, quare fidelitati vestre mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Benedictus filius Lachk aule nostre Iuvenis homo noster ad hoc specialiter de curia nostra transmissus ad facies dictarum possessionum universis vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presentibus accedendo, ipsasque ab aliorum juribus possessionarys metaliter segregando, introducat ipsos filios Saaz woyvode in dominium earumdem, statuatque ipsas eisdem premisse donacionis nostre titulo perpetuo possidendas si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint citet contra ipsum Balk woyvodam in nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Zilvasvarad, secundo die festi Laurency martyris. Anno Domini millesimo CCCmo septuagesimo tercio. Nos igitur mandatis regie excellencie satis facere cupientes ut tenemur, cum prefato magistro Benedicto aule regie juvene homineque suo nostrum hominem videlicet fratrem Nicolaum pro testimonio

transmisimus ad premissa mandata regia exsequenda. Qui demum exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi tercio die festi beati Bartholomei apostoli, et alys diebus ad subscripta sufficientibus accessissent ad faciem possessionis Kuhnya vocate, ubi ipsi memoratos filios condam Saaz woyvode, presentibus vicinis et commetaneis eiusdem universis tunc inibi legitime convocatis, prius eandem cum suis pertinencys a possessionibus vicinariis circumquaque ipsi adjacentibus metalibus signis infra nominandis ab invicem separando et distinguendo in dominium ejusdem introduxissent, eandemque possessionem Kuhnya cum alys suis Universis pertinencys premisse ipsius regalis donacionis titulo, ipsis filys Saaz woyvode statuissent jure perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore apparente seu contradicente. Mete autem que ipsam possessionem Kuhnya et pertiencias ab alys vicinarys ut premittitur possessionibus distinguunt et separant, prout dicti homines regius et noster recitarunt hec sunt, Quod primo incipitur a plaga meridionali in campo Kerthuelusmezey in capite cuiusdam rivuli Iod vocati in cuius meatu infra descendit ad fluvium Iza[2]) nominatum, quem transit ultra ad partem septemtrionalem ubi est una meta terrea erecta. Inde ulterius secunda. Inde tendendo ad Kezepheg in cuius ascensu tercia meta terrea. Inde transeundo ad rotundum montem quarta meta terrea est erecta. Inde ad montem Kysbercz partem orientalem servando in ipsaque Kysberch currendo annectit unum rivulum Sospataka[3]) vocatum, in meatu eiusdem descendendo est meta terrea erecta, ab ipsa transit ad predictum fluvium Iza, et currit infra in eius meatu ad locum ubi rivulus Kelemenpataka dictus cadit in eundem fluvium Iza. Inde in meatu eiusdem tendit ad predictam plagam meridialem et conjungitur cum prima meta unde inceptum fuit et ibi mete a parte possessionis Nyres vocate erecte terminantur. Post hec incipiunt alie mete a parte possessionum Orozviz[4]), Vysso, villa Iohannis woyvode[5]), Sayo[6]) et Batizhaza[7]) vocatarum, et primo incipitur a parte orientali in monte Markzemberch[8]) vocato. Inde transit ad fluvium Gertyanosewreny nominatum, inde ad alium montem Wezberch, a quo descendit ad unum parvum rivulum et salit ultra fluvium Iza ubi penes ipsum habetur meta terrea erecta, a qua transit ad rivulum Also gorba[9]), de quo tendit ad montem Kysberch, ubi est meta terrea erecta, de qua progreditur ad partem orientalem, ubi habetur meta terrea, que facit distinccionem inter predictam possessionem Kuhnya et possessionem Thome fily Dionysy, ab illo loco ascendit supra ad montem Zepleshauasa[10]). Inde versus orientem

servando ad alium montem Kenezhauasa, inde ad tercium montem Stolhauasa. Inde ad quartum montem Terhouasa, a quo postmodum dirigitur versus septentrionem ad montem Ignothauasa, deinde ad alium montem Wegsaghauasa alio momine Nedele nominatum et ibi iungitur cum prima meta Magzemberch vocata unde inceptum erat, et ibi metalis cursus dicte possessionis Kuhnya terminatur. Datum die dominico proximo ante festum nativitatis virginis Marie. Anno supradicto.[4])

[1]) Bochkoy=Bocicoi=Nagy-Bocskó. Feyereghaz=Băserică Alba. Taraz=Taras. Bostafalva=Buştina=Bustyaháza.

[2]) Rîul Iza isvoresce din munţii numiţi Besaraba şi Traian, percurge in lungime aprópe de 100 kilometre o vale fertile şi populată şi se vérsă in Tisa lăngă Sighet.

[3]) Sospataka=Valea Slatinei intre Cuhea şi Ieud. Kelemenpataka=Valea lui Căliman lăngă Dragumireşci.

[4]) Oroz viz=Apa Rusului care cade in apa Vişeului intre Ruszkova şi Leordina; numele şi-a luat dela Ruşi, carii au şeḑiut atunci şi şed şi acum pe apa acésta in comunele Poenile de sub munţi, Repede şi Ruszkova.

[5]) Villa Iohannis Woyvodae=János vajda falva=Rosalia.

[6]) Sayo=Şieu=Sio, numit probabil după fontănele minerale ce se află pe Valea Sieului.

[7]) Batizhaza=Casa lui Botiz; Botiz=Botezul Domnului=Bobotéza=Epiphania. Ḑiua săntului Epifanie episcop pe insula Ciprului (†403.) se serbéza in 12. Maiu.

[8]) Markzemberch=Dealu Maxim intre Vişeu de jos şi Repede.

[9]) Alsó-Gorbo=Gărbova Şieului.

[10] Zeples havasa=Muntelie Ţibleş. Stol havas=Muntele Ştol, dela Borşa cătră resărit. Terhauasa=Muntele Toroiaga dela Borşa cătră mézanópte. Ignathauasa=Muntele Ignatésa, amintit in articolul de lege 1840: XXXIII. Nedele=Muntele Cornu Nedei dela Borşa cătră resărit. Acesti munţi innalţi inchidu ca un păriete ţéra Maramureşului; şi l'au scutit o in trecut de multe invasiuni; cu dreptu cuvent am pote aplica şi noi cuvĕntele lui Petrarca despre Italia:

Ben provide Natura al nostro stato
Quando del Alpi schermo
Pose fra noi, e la tedesca rabbia . . .

seu romănesce:

Bine a provezut Natura de statul nostru
Cănd pusese scutul Munţilor
Intre noi şi intre turbaţii de Nemţi.

[11]) D'in transumptul original al reginei Maria din anul 1384. se afllă şi in original la Nicolau Marĕş şi fiul seu Stefan in Cuhea, scris pe pergamen, şi proveḑut cu sigillul conventului.

37.

1373. 11. August. Szilvásvárad. La mandatul regelui Ludovic Conventul din Lelesz introduce pe Magistri Balk, Drag și Joan fii voivodului Sas in possessiunea moșiei Buștina.

Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presentium notitiam habituris, Iohannes Prepositus (et) Conuentus Ecclesie Sancte Crucis de Lelesz salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod Excellentissimi Principis, Domini Ludouici Dei gratia Regis Hung. litteras, recepimus in haec verba: Ludovicus Dei gratia Rex Hung. Pol. Dalmat. etc. fidelibus suis Conuentui de Lelesz salutem et gratiam. Dicunt nobis Magistri Balk, Drag, et Iohannes, filii quondam Szasz Wayvode, aule nostre familiares, quod ipsi in Dominium quarumdam possessionum Kohnia vocate, et ad eam pertinentium, item Bochkau, Feyeregjhaz, Tarazo, Busztafalua vocatarum, in Comitatu Marmaros existentium, et per nos mediantibus alys litteris nostris datarum pro seruitiis eorumdem, legitime vellent introire, si contradictio alicuius non obstaret eisdem in hac parte. Quare fidelitati Vestre mandamus, quatenus mittatis hominem Vestrum pro Testimonio fide dignum, quo praesente Magister Benedictus, filius Lachk aule nostre Iuvenis, homo noster, ad hoc specialiter de Curia nostra transmissus, ad facies dictarum possessionum vniuersis vicinis et commetaneis suis legitime conuocatis, et presentibus accedendo, ipsasque ab aliorum iuribus possessionariis metaliter segregando, introducat ipsos filios Szasz Woyvode in Dominium earumdem, statuatque ipsas eisdem premisse donationis nostre Titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores, si qui fuerint, citet contra ipsum Balk Woyvodam in nostram presentiam ad Terminum competentem; et post hec facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Zyluas Warad secundo die festi beati Laurenty Martyris. Anno Domini M. CCC LXXIII. Nos igitur mandatis Regie Excellentie satisfacere cupientes, vt tenemur, cum prefato Magistro Benedicto, Aule Regie Iuuene, homineque suo, nostrum hominem, videlicet fratrem Nicolaum, pro Testimenio transmisimus, ad premissa Regia exequenda, Qui demum exinde ad nos reuersi consona voce retulerunt, quod ipsi tertio die B. Bartholomei Apostoli

accessissent ad faciem possessionis Bustafalua vocate, vbi eandem presentibus vicinis et commettaneis eiusdem vniuersis, tunc inibi legitime conuocatis a parte Darmianhaza, possessionis scilicet Nicolai, dicti Bothos, cum fratre eiusdem Gyula, taliter reambulassent, quod prius a parte orientali in vno campo, sub duabus arboribus salicis erexissent duas metas terreas; inde tendit supra eandem plagam Orientalem seruando, annectit riuulum Zeglenk[1]), et transit per mediam ipsam syluam, et ibi terminatur; cuius sylue medietas a parte superiori predicto Nicolao, cum fratre suo deputatur, residua medietate eiusdem dicto Balk et fratribus suis remanente. Datum die Dominico proximo ante festum Natiuitatis Virginis gloriose. Anno Domini supra dicto[2])[3]).

[1]) Zeglenk=Szeklencze=Szokiernitza.

[2]) Mandatul regelui e identic cu cel precedent, şi pórtă acelu-aş dat.

[3]) S' a publicat prin Fejér Cod. Dipl. IX. 4. 528. şi N. Densuşian. Documente I. p. 211.

38.

1373. 30. Octobre. Nicolau canonicul Custode din Zagrabia adevereşce, că fiind trămis prin regele in Maramureş pentru indreptarea mai multor cause litigióse, cu intrevenirea voivodului Balk comitelui maramureşan şi a altor bărbaţi de frunte, a determinat meşdile controverse intre Câmpulung şi intre Săpênţia, cu indestularea ambelor părţi.

Nos Nicolaus Custos Zagrabiensis Memorie commendamus, quod cum nos per regium mandatum pro reformandis quibusdam causis et terris litigiosis inter nobiles ac alios cuiusuis status condicionis homines in Maramorusium fuissemus destinati, inter alios Iudex Iurati ac universi hospites de Huzyumezeu, et nobiles de Zapancha nobis proposuerunt, ut quedam terra litigiosa inter ipsos existeret, que usualiter inter ipsos distingi deberet, petentes ut nos ad eandem terram accederemus, et eandem distingere faceremus, nosque unacum Balk Woyvoda tunc Comite eiusdem Comitatus ac fratre suo Dragh existente, et alys probis viris, videlicet Petro de

Zeuleus et Iohanne de Wysk plebanis, iudicibus nobilium ac alys nobilibus videlicet Iohanne woyvoda Iuan filio Rad . . . . . Stan ac alys nobilibus ad eandem terram litigiosam accessimus, et revisa terra litigiosa de voluntate parcium ac per composiciones proborum virorum taliter usualiter distinxsimus ut amplius rixe vel aliqua genera inter ipsos non possit oriri, primo a parte meridionali a quodam fluvio Gerwpataka Ita dicto in fluvium vel rivulum Hernechpathaka, usque ad partem occidentalem ad alium fluvium quod vulgo vocatur Malumulze, ubi est quedam arbor Iegenyefa dicta, inter quos rivulos posuerunt signa pro metis, de quibus signis coram nobis partes contenti fuerunt. In cuius rei memoriam eisdem literas nostras concessimus iusticia mediante. Datum in Huzyumezeu die dominica ante festum omnium sanctorum. Anno domini Millesimo tercentesimo septuagesimo tercio[1])[2])[3]).

1) Acest document impreuna cu altele multe ale familiie Gerheş şi cu o parte a moşiei Saraseu era in secolul trecut inpignorat collegiului Piaristilor din Sziget, de acolo l'a copiat venerabilul Innocenţiu Simonchics rectorul collegiului in opul seu manuscris: Noctium Marmaticarum Vigiliae I. pag. 44. şi 168. (in museul naţional) după dĕnsul l'a publicat professorul de Universitate Gustav Venzel (Kritikai fejtegetések p. 48.) dér s'a copiat şi s'a publicat cu datul greşit: 1413. In acest an neci Balk, neci frate seu Dragh nu erau in viéţia. Moşul meu după mamă Ladislau Man vicecomite la inceputul secolului presente descumperănd dela P. Piaristi partea de moşiă cu literile, aceste din urmă au ajuns prin cessiunea Illustrei Dómne Rosalia Mán de Sajo dama de fondaţiune ces. reg. de Brünn, şi a sororilor ei in proprietatea mea. Originalul acestui document pórta datul, cum se vede limpede: 1373. 30 Octobre.

2) Iegenyés se chiamă şi aḑi locul in jos de Cămpulung intre Tisa şi drumul ce duce la Săpĕnţia, nu departe de dealul Basarad (veḑi mappa Institutului c. r. geografic militar.)

3) Din originalul scris pe pergamen, cu urmele sigilului imprimat in dos. Se servescă spre orientare, că acel document, despre care nu e notificat că unde se află? e proprietatea mea.

39.

1374. 22. Juliu. Lipce. Mandatul regelui Ludovic cătră conventul din Lelesz pentru reambularea metelor possessiunei Nireş a lui Balk, fiul românului Zolon din Nireş.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc fidelibus suis conventui de Lelesz Salutem et Gratiam. Dicit Nobis Balk filius Zolon Olachus de Nyres quod ipsa possessio sua Nyres vocata in Comitatu Maramorusiensi apud suas manus habita legitima reambulatione, metarum erectione plurimum indigeret. Quare fidelitati vestrae mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Iohannes filius Ige de Gorzohaza, vel Dragus filius Gyula, aut Dragomer frater ejusdem de Maramorus, sive Ladamerius de Krivahaza an Kende de Veresmart, aliis absentibus homo noster ad faciem dictae possessionis Nyres universis vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et praesentibus accedendo reambulet ipsam per suas veras metas et antiquas, novas secus veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque, et ab aliorum juribus segregatam statuat eidem Balk eo jure, quo ad ipsum dinoscitur pertinere perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet contra eundem in nostram praesentiam ad terminum competentem, et post haec totius facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Lipcse festo Beatae Magdalenae A° dni millesimo tercentesimo septuagesimo quarto. Fidelibus suis Conventui de Lelesz[1][2].

[1]) Zolon=Solomon.

[2]) Kende de Veresmart, era judele nobililor in anul 1385. Kende=Candidus. Stul Candid era cel mai brav dintre cei 40 de bravi legionari din legio fulminatrix, carii au suferit mórte de martir sub imperatul Liciniu pentru credinţa lor. (Ao 320.)

40.

1374. 13. Octobre. Avinione. Papa Grigorie XI. invită pe archiepiscopii Ungariei, se cerceteze dacă este adeverat, că o parte din mulţimea Românilor, care locuescu in părţile Ungariei despre Tătari, s'a intorsu la credinţa catolică, dér nu sunt mulţămiţi cu preoţii ungureşci, şi dacă nu ar fi bine, ca se numéscă de episcop al Românilor pe calugărul minorit Antoniu de Spalato, care scie limba românéscă, şi care a intors pe mai mulţi români la credinţa catolica?

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus . . . Strigoniensi et . . . Colocensi Archiepiscopis, salutem etc. Hodie ad audientiam nostram perducto ex relatione fideli, quod certa pars multitudinis nationis Wlachonum, qui circa metas Regni Ungarie versus Tartaros commorantes, secundum ritus et scisma Grecorum vivebant, prout longe maior pars eorum adhuc vivit, procurante Carissimo in Christo filio nostro Ludovico Rege Ungarie Illustri, conversa fuerat ad sacre fidei catholice veritatem, et quod alii de multitudine ipsa faciliter converterentur cum assistentia dicti Regis, si in partibus eorumdem Wlachorum erigeretur ecclesia Cathedralis, et Episcopus preficeretur eidem, cum ipsi Wlachones, ut dicitur, de solo ministerio sacerdotum Ungarorum non sint bene contenti, nos fraternitati vestre certa super hiis indaganda per vos, et nobis fideliter referenda per alias nostras literas duximus committenda, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut eadem relatio subiungebat, dilectus filius frater Anthonius de Spoleto ordinis fratrum Minorum professor, qui linguam dicte nationis scire asseritur, et qui tempore dicte conversionis multos ex dictis Wlachis convertisse, baptizasse, et magnum fructum sua predicatione animabus eorum dicitur attulisse, satis habilis et utilis ad convertendum Wlachos reliquos non conversos ad fidem predictam, si preficeretur in Episcopum multitudini antedicte: Nos de premissis, ut agamus cautius, cupientes de hiis ac scientia, vita et moribus dicti Anthonii habere notitiam certiorem, eidem fraternitati, de qua gerimus in Domino plenam fidem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus de predictis scientia, vita ac moribus dicti fratris Anthonii, et etiam aliorum, qui utiliores esse possent huiusmodi ecclesie, si erigeretur, et conversioni Wlachonum predictorum,

super quo vestras consciensias oneramus, studeatis nos diligentius informare, et que per informationem ipsam repereritis, nobis per vestras autenticas litteras harum seriem continentes curetis nos reddere certiores. Datum Avinione III. Id. Octobris. Anno Quarto.

[1]) Am aflat de bine, se ieu acest interessant document in publicaţiunea de faciă pentru că sum de părere, că sub românii locuitori in Marginile Ungariei către Tatari, se inteleg şi cei din Maramureş, alt cum s'ar fi adressat papa către episcopii poloni, seu către cel din Milcov seu al Siretului. Vedem şi aci incercările săntului scaun din Roma, de a aduce pe Românii la s. Unire; acésta in parte a succes, de órece vedem pe Latzk, fiul voivodului Bogdan Maramureşan imbrăcioşănd legea catolică in anul 1372. Şi regele Bela IV. a fost invitat de papa Grigorie IX. in anul 1234. se redice episcopiă pe sama românilor şi se o doteze din venitele ce le are dela aceia; dér unirea şi infiinţarea episcopiilor numai in secolul XVIII. şi XIX. s'a realizat. Cu privire la acest document se póte affirma că Draguş şi Bogdan au părăsit Maramureşul din motive referitórie la legea lor orientale.

După Theiner: Mon. hist. Hung. II. pag. 172. S'a publicat prin N. Densuşan: Documente I. 2. pag. 217.

41.

1378. 15. Novembre. Vişegrad. Mandatul regelui Lodovic către Balk voivodul şi Drag comiţii din Maramureş şi din Satmare, că acestii se restitue lui Ladislau şi Lodomer fiii lui Petru din Criva o părticea de pămĕnt controvers intre Taras şi Criva, pentru că acésta părticea in inţielesul literilor metale date prin Capitlul din Agria, se ţine de moşia Criva.

Lodovicus Dei gratia Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. fidelibus suis Balk Woyvodae et Drag Comitibus Maramorusiensi et Zathmariensi Salutem et Gratiam. Quia nos ex tenore litterarum conventus Ecclesiae de Lelesz, super facto cuiusdam particulae terrae, inter Ladislaum, et Ladomerium filios Petri de Criva ab uno: et vos parte ab altera litigiosae inter possessionem ipsorum Petri de Crywa praedictam et possessionem vestram Tarazkus apellatam adjacentis, nobis rescriptionalium comperimus evidenter, ut ipsa particula terrae litigiosae ad ipsam possessionem Cryva rite et legitime, ab antiqo cum quibusvis suis utilitatibus et pertinentiis pertinuisset, prout eadam juxta continentiam privilegii capituli Ecclesiae Agriensis metaliter foret

limitata; ideo nobis et regni nostri praelatis et baronibus visum foret, ut ipsa terrae litigiosae particula praedictis filiis Petri, iuxta continentiam praedicti metalis privilegii dicti capituli Agriensis statui debeat, contradictione vestra non obstante, quo circa fidelitati vestrae firmiter praecipimus et districte, quatenus praedictam terrae litigiosae particulam, cum quibusvis suis utilitatibus, iuxta continentiam praedicti metalis privilegii saepe dicti capituli Agriensis dictis filiis Petri pacifice et libere remittatis. Si autem aliqua literalia instrumenta in facto praemissae particulae terrae litigiosae habetis confecta, tunc eadem in termino per hominem nostrum et testimonium conventus de Lelesz vobis legitime assignando, in speciali nostri praesentia exhibere debeatis, quibus visis facere valeamus quid iuris sit in praemissis. Praesentes autem post lecturam reddi iubemus praesentanti. Datum in Visegrad feria quinta proxima post festum Beati Martini confessoris. Anno Domini Millesimo tercentesimo septuagesimo octavo.

[1]) Conventul din Lelesz. No. 14. Anni 1377. fasc. 11. Pag. 432. A. A. I. s'a publicat și prin G. Venzel: Krit. fejt. pag. 34.

42.

1378. 17. Novembre. Vișegrad. Mandatul regelui Ludovic către conventul din Lelesz, ca literile scrise in causa lui Ladislau și Lodomeriu din Criva conventul se le inmanuedie prin omul seu Comiților Balk și Drag și despre actul seu respunsul acestoru-a se facă relațiunea.

Lodovicus Dei gratia Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. fidelibus suis conventui ecclesiae de Lelesz Salutem ex Gratiam, fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus alias Literas nostras cum praesentibus vobis exhibendas, in facto Ladislai et Ladomerii de Crywa loquentes, comitibus Balk et Drag directas, per hominem vestrum idoneum eisdem exhiberi faciatis et praesentari. Et tandem quiquid idem visis ipsis literis nostris fecerint vel responderint, nobis fideliter rescribatis. Datum in Visegrad feria quinta proxima post festum Beati Briccii confessoris. Anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo. Fidelibus suis conventui de Lelesz pro Ladislao et Ladomerio de Crywa exhibitoriae.

[1]) Conventul din Lelesz No. 8. Anni 1378. Fascic. 11. pag. 426. A. A. I. Mandatul precedent era de immanuat.

43.

1380. 8. Aprile. Som. Elisabeta regina Ungariei şi a Poloniei muma regelui Ludovic confereşce lui Valentin fiul lui Crăciun, lui Joan şi Draguş, fiii lui Nicolae din Bilke, românilor din Comitatul Beregh — popasul lor in munţii, carii i-au ţinut dênşii şi până acum, şi i-primesce pre dênşii in speciala sa protecţiune.

Nos Elisabeth Dei gracia Regina Hungarie et Polonie Memorie commendantes Tenore presencium significamus quibus expedit universis, Quod nos consideratis fidelitatibus et servicys Valentini fily Karachan, Iohannis et Dragus filiorum Saracheni, ac Elye fily Nicolai de Bylke Olacorum nostrorum, Comitatus de Bereg, quibus ipsi semper conplacere Studuerunt nostre maiestati, descensum eorum in alpibus habitum et usque modo per eos possessum et habitum, eisdem et suis heredibus perpetuo duximus conferendum, recipientes ipsos in specialem nostram proteccionem et vite nostre persone committentes proteccioni et tuicioni Comitis nostri de Bereg nunc et pro tempore constituti in descensu in dictis alpibus ipsis dato, vigore presencium mediante. Datum in villa Som secundo die festi beati Dyonisy martiris. Anno domini M^{0} CCC^{mo} LXXX^{mo}. [1])

[1]) Originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil imprimat, se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós. Copia dela Georgiu Petrovay. De la Crăciun voda, despre care se face aci amintire, se trag familiele Gorzo de Bilke şi Lipcsey. Veḑi tractatul lui Georgiu Petrovay in „Turul“ 1894. pag. 105. 186.

44.

1380. 22. Septembre. Beregszász. Mandatul reginei Elisabetha cătră palatinul și judele Curiei regesci, că dupăce a conces la cererea lui Valentin fiul lui Crăciun și a altor români din Bilke și Iloșva, ca in processele lor de posessiune se judece comitele suprem din Bereg, ér in cause mai mici voivodul românilor, pentru acea se nu iee pre dênșii neci intr' o formă la judecată.

Nos Elizabeth Dei gracia Regina Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. Memorie commendamus Significantes quibus expedit universis, Quod nos ad Suplicacionem Vallentini fily Karachini, Iohannis et Dragus filiorum Saracheni, et Elie fily Nicolai Olacorum nostrorum de Bylke, nec non Stephani et Iohannis filiorum Makzym, ac Stephani fily Nicolai similiter Olacorum nostrorum de Ilswa comitatus de Bereg annuentes commisimus, ut super factis possessionum quas ydem a nostra tenent maiestate, in quibus nunc residenciam facere dinoscuntur, solum modo Comes noster de Bereg in nostra persona, in alys autem causis minoribus woyvoda volacorum de predicto comitatu eosdem valeant et possint Iudicare, vobis Igitur magnificis viris palatino et iudici curie Regie eorumque vices gerentibus, nunc constitutis et in futurum constituendis firmiter precipiendo mandamus, quatenus predictos Olacos nostros et eorum filios ipsorumque heredes Iudicare vel vestro Iudicio astare compellere nequaquam presumpmatis, contra formam gracie nostre prenotate. Si qui enim aliquid accionis contra ipsos habent vel habuerint, coram nostro Comite in facto possessionario, in alys autem causis minoribus coram woyvoda eorum legitime exequantur, ex parte quorum omnis Iuris ei Iusticie exhibebitur conplementum cuipiam querulanti, et aliud per nostram graciam facere non ausuri in premissis, datum In Lumperthzaza feria secunda poxima post festum beati Mathei apostoli et Evangeliste. Anno domini M^{o} CCC^{mo} LXXX^{mo}.

[1]) Din Originalul scris pe pergamen cu sigil mic imprimat in archivul lui Valentin Gorzo; copia de la Georgiu Petrovay.

45.

1383. 24. Februar. Buda. Maria Regina conferesce românilor sei Joan, Sandor şi Stefan fiilor voivodului Stanislau, Kenesiatul alor dóue sate Kereczke şi Kusnicza, astfeliu cum le a conferit bunica ei Elisabeta regina, adecă se fie indatoraţi a da reginei jumetatea collectelor de cinciḑeciuéla.

Nos Maria Dei gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. memoriae commendamus tenore paesentium significantes quibus expedit universis, quod nos requirentibus servitiorum meritis Ioannis, Sandor et Stefani filiorum condam Stanislai Woywodae olahorum reginalium, Keneziatum duarum villarum nempe Kerechkey et Kuchnyche vocatarum in comitatu de Beregh[1]) existentium eisdem Ioanni, Sandor et Stephano perpetuo et irrevocabiliter de beneplacita voluntate serenissimae Principis Dominae Elisabeth eadem Dei gratia Reginae Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. genitricis nostrae carissimae duximus concedendum eo modo, quod dicti Ioannes, Sandor et Stephanus medietatem collectarum quinquagesimarum[2]) semper et quolibet anno de dictis duobus villis teneantur dare et . . . . . . salvo tamen jure alieno, prout etiam praemissum Keneziatum condam serenissima Princeps Domina Elisabeth eadem Dei gratia Regina Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. Avia nostra charissima felicis memoriae eisdem Iohanni, Sandor et Stephano mediantibus suis literis, coram nobis exhibitis, modo praelibato duxerat offerendum. Datum Budae feria sexta proxima ante Dominicam Laetare. Anno domini M⁰ CCC⁰ LXXX⁰ tertio[3]).

[1]) Aceste sate impreuna cu Dolha, din anul 1460. sau ingremiat in Comitatul Maramureş.

[2]) Cinciḑeciuéla (quinquagesima) era o contribuţiune, la care au fost supuşi românii.

[3]) Conventul din Lelesz Statut. V. No. 237. Copia dela Georgiu Petrovay. De la Stanislau voda, despre care se face aci amintire, se trag familiele: Dolhay, Petrovay, Leordinay (Leordean) şi Urda. Veḑi tractatul lui Georgiu Petrovay in „Turul" 1897. pag. 58.

46.

1383. 24. Febr. Buda. Mandatul reginei Maria cătră tóte magistratele și toți cetățenii și hospes-i din Comitatul Bereg, că pe românii și pe iobagii lor se nu-i judece, fără cine are de cercat, se-i cerce inaintea domnilor lor.

Nos Maria Dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus suis universis Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, nobilibus et alterius cuiusvis status et condicionis hominibus, Item Iudicibus, villicis, Iuratis et universis Civibus ac Hospitibus de Lumpertzaza, de Bereg, de Ardo, de Kazon, de Wary, de Torpa et de alys villis in Comitatu Bereg existentibus Salutem et Graciam. Referunt nobis Clemens et Iohannes fily Makzem, Nicolaus, Valentinus fily Karachun, Iohannes et Dragus fily Saracheni ac Elyas filius Nicolai de Bylke Iohannes filius Zthanizlay de Hozyoumezeu[1]) olachy nostri, quod dicti olachy et Iobagiones ipsorum ad vestras possessiones et tenutas, ac vestri in medium in aquisicione suorum victuum accederent, vos eosdem Iudicaretis in rebus et personis prohiberetis indefesse, Super quo fidelitati vestre firmissime precipientes mandamus, quatenus, a modo et deinceps, prefatos olachos et Iobagiones predictorum olachorum nostrorum in vestris possessionibus ac vestri in medio in causis quibuslibet, exceptis furto latrocinio et alys publicis criminalibus, Iudicare vel vestro Iudicatui astare compellere, vel res et bona eorumdem arestare vel prohiberi facere nullotenus presumpmatis, et si qui ex vobis aliquid accionis vel questionis contra eosdem olachos et iobagiones habent vel habuerint, id in presentia eorumdem dominorum ipsorum exequatur, qui iusticie complementum exhibebunt omni querulanti ex parte eorumdem prout dictaverit ordo juris, aliud facere non ausuri. Datum Bude feria sexta proxima ante dominicam letare, anno domini M⁰ CCCmo octuagesimo tertio[2]).

[1]) Hosszumező=Dolha, insemnéză Câmpulung.

[2]) Originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil mare in dos, se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlos, copia dela Georgiu Petrovay. De la Maxim amintit aci, se trage familia Ilosvay; vedi tractatul lui G. Petrovay in „Turul" 1896. p. 20.

47.

1383. 27. Juniu. Sziget. Magistrul Farkas vicecomitele Maramureşan attestéză că Bylk nobilul din Vad, adeverind inaintea reginei şi a baronilor Ţerei drepturile sale căscigate dela regele Ludovic, a fost introdus in possessiunea moşiei Vad, in contra lui Joan Codra, care n'a dovedit nemic.

Nos Magister Farkas vice(comes Mara)morusiensis in persona magistri Desev Memorie comendamus quod Bylk Nobilis de Farkasrev[1]) ac Yvan dictus Korda de eadem personaliter coram regina[2]) ac coram regni Baronibus facie ad faciem sunt constituti super litigacione possessionis ut prefixum, qui quidem Bylk deposuit . . . . menta super possessione . . . . confectas et emanatas per regem Lodovicum bona in memoria pro suo servicio et suorum serviciorum merita, cum quibus p . . . . seu possidet ac detinet, et idem vero Ywan predictus nullo evidenti documento sev instrumento sibi conprobare minime valuisset . . . . . una cum suis proximis possessionem ut predictam, unde domina regina et regni Barones ut iusticie regni arbitrantes, eidem Bylk prephato discutiendo et arbitrando possessionem prephatam resignantes ut suum ius demonstrasset, que quidem domina regina et regni Barones precipientes eidem magistro Desew com . . . . . sup . . . . Igitur dominus noster magister Deseu . . . . . precipuit nobis, ut eundem Bylk in possessionem predictam constitueremus sew collocaremus. Nos vero obedire cupientes ut tenemur, una cum Iudicibus Nobilium accessimus ad faciem dicte possessionis Yvanum reprehendendo . . . eundem vero Bylk constituendo et locando, necessario in possessionem predictam tenere et habere atque possidere, et super eo concessimus literas nostras ad protestandum huius rey et sigillo nostro fecimus communire, Datum in Zygeth in die festo beatissimi regis Ladislai. Anno domini millesimo tercentesimo octagesimo tercio[3]).

[1]) Belk fiul lui Lodomer din Vad se amintesce in diploma anului 1397. 25. Aprilie.

[2]) Regina Maria: fiica regelui Ludovic I.

[3]) Din originalul scris pe papir, proveḍut in dos cu dóue sigille, din care una pórte inscriptiunea „Nicolaus" in area sunt dóue stele, o flóre şi mi se pare un cap cu caschetă; pe al doile sigil se ved dóue cruci, intre care o săgetă intinsă pe arcu. Semnul papirului dóue sabie puse in cruciş, una pe altă; ca si cum ar fi marca oraşiului Sibiu.

48.

1383. 7. Octobre. Sziget. Nicolau Bogaz judele, jurații, cetățenii și hospesii din Szigeth revócă și declară fără valóre literile date prin dênșii Câmpulungenilor in privința hotarelor intre acestii și intre nobilii din Saraseu și Săpênța a nume: Magistrul Stan, Banc din Sarasеu și Lodomeriu din Săpênța.

Nos Nicolaus dictus Bogaz Iudex, Iurati ceterique Cives et hospites de Zygeth Memorie commendamus, quod pridem venientes ad nostram presenciam Iudex ac universi Cives et hospites de Longopratho et a nobis postulantes literas nostras super hoc, quod iuxta constitutam morem deberent procedere et inquirere Methas ipsorum usuales rectas, Igitur nos communi consilio pertractavimus conscienciose ac seriose, mediante fide nostra eisdem concessimus literas nostras, ... quod nos scimus processum Methe ipsorum, Inter nobiles de Zarwazow et de Zapuncha, et ipsi homines predicti de Longopratho, Iuxta nostras literas super Methas eorum digne non sunt processi, Igitur cognita nequicia ipsorum, eisdem nobilibus predictis videlicet Magistro Stano ac Banko de Zarwazow, nec non Lodomerio de Zapponchya, concessimus literas nostras patentes, Id quod ipsi homines prephati de Longopratho cum literis nostris posterum procedere non valeant, ante eisdem a nobis concessis, et minime sit valiturus (sic) littera ante lata, Datum in Zyget feria tercia proxima post festum beati Francisci confessoris. Anno domini Millesimo tercentesimo Octagesimo tercio.

[1]) Din originalul scris pe papir in 9. linii, provezut cu sigil inprimat in céra naturale, de mărimea unei coróne de argênt, in area sigillului se cunósce bine capul zimbrului. Inscripțiunea in giurul ariei e sfermată, numai literile G. E. se mai pot de abiă descifra. După scira mea acésta este literă cea mai vechiă, unde se numeșce judele din Sziget, și unde se vęde marca orașului, indentică cu al Moldovei. Din archivul orașului Sziget n'am potut publica in acésta collecțiune nemic, pentru că după cum s'au dechiarat Dnii Georgiu Szeremy primariul și Ludovicu Gavallér procuror magistratual, archivul din causa deselor mutări, e in astfeliu de disordine, incât e mai cu nepotință se dai de ceva. Cuget cá in secolul XIV. și mai nainte acest cap de zimbru era marca Comitatului intreg. Orașele Sziget și Câmpulung lu-intrebuintéḑia și astăḑi. L'au avut și in secolii trecuți; de esemplu Miron Costin logofetul mare al Țerei Moldovei scrie in Cronica sa din anul 1684. „Sciu ca Sigetul, scaunul Maramureșului, are până astăzi peceată cu capul de zimbru, in tocmai ca Moldova". Veḑi J. Bogdan: Cronice inedițe p. 190.

49.

1384. 16. Marțiu. Sziget. Magistrulu Farkas vicecomitele Maramureșan attestéză, că Preutul Miroslav, Dragumir și Stefan fiii lui Giula, legiuindu-se cu Ladislau fiul lui Draguș pentru un brĕu remas de moșul lor, in valóre de 26. fl. in urmă au recunoscut, că Ladislau ține cu drept acest brĕu in partea tatălui seu.

Nos Magister Farkas vice comes Maramorosiensis in persona magistri Desew significamus tenore presencium, quod venientes ad nostram presenciam Mirislaw Pop cum suis filys ac Dragomer similiter cum filys suis, nec non Stephanus cum filys suis, videlicet fily Gywla, personaliter coram nobis sunt constituti, parte vero ex altera Ladislaus filius Dragus, una cum suis fratribus, simili modo sunt, constituti, per eosdem Mirozlaw Pop cum suis fratribus modo premisso, propositum extitit et relatum isto modo, quod Ladislaus antedictus unum Baltheum, ut dicitur partaew, que ab avo eisdem legatum extitisset, et (sic) preiudicium ipsorum sine lege conservaret . . . . et . . . . . coram nobis ac provinciarum, sic attraxerunt, qui quidem Ladislaus antelatus, una cum suis fratribus, cum proborum virorum nobilium attestare assumpserant, quod Baltheum antedictum non denegarent, ut ipsum non haberent, ymo habent, sed ad scitum proborum virorum quo supra ut patris ipsius Ladislay porcionem ipsorum, super unum . . . . ipsorum recipiendo, quando . . . . placens extitisset, videlicet vallentem XXVI florenos, et super hoc homines antedictos attestare procurabant. Qui quidem Myrazlo pop cum suis fratribus ac filys sepe prephatis, Iusticiam eorumdem Ladislai et fratrum intellxeisse eosdem racione premissorum coram nobis in sede nostra tribunari, commiserunt expeditos et modis omnibus absolutos, nec non coram Iudicibus Nobilium. Ad cujus rey memoriam concessimus litteras munimine roboratas, et sigillo nostro fecimus communire, Datum in Zygeth in die media quadragesime. Anno domini Millesimo tercentesimo Octuagesimo quarto. In super quicunque ipsorum causam predictam suscitaret, extunc M. G. marcarum convincetur ante ingressum deponendarum.

[1]) Brĕul va fi fost impodobit cu aur și cu petre scumpe, după ce valórea in tĕmpul acela era fórte mare. Regele Ludovic decora cu brĕu pe cavalerii sei, „ab Ipso rege honore et cingulo militari insigniti sunt“ (Joannes de Küküllő 179.) probabil e vorba si aci de un astfeliu de brĕu remas de Draguș.

[2]) Din originalul scris pe papir, provezut cu trei sigille, din care dóue sunt identice cu cele de pe diploma anului precedinte, din al treile numai sfermături au remas.

50.

1384. 22. Juniu. Maria Regina considerând serviciile lui Balk voda comitelui Maramureșului, ale fraților lui, magistrilor Drag și Joan, fiilor lui Sas românul, mai ales pentru espedițiunile acestoru-a victoriόse in contra Litvanilor, carii atunci au predat Galicia, confirmă donațiunea tatălui seu Ludovic, dată in anul 1365. aceloru-aș asupra moșiei Cuhea și pertinențiile, precum și o alta literă din anul 1373. despre reambularea metelor mai multor moșiii.

(M)aria Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque regina, princeps Sallernitana et honoris montis Sancti Angeli Domina. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Regiam decet excellenciam suorum fidelium preces legitimas favorabiliter exaudire, justisque eorumdem peticionibus facilem prebere consensum in his precipue, que suorum subditorum commodis videntur utiliter convenire. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Serenissimo principe olym domino Lodouico premissa Dei gracia rege Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. felicis et laudende recordacionis genitore nostro Karissimo volente Domino celi, cujus mutu omnia reguntur et disponuntur absque prolum (sic) masculina de medio sublato, nobisque jure successorio et ordine geniture coronam et solium dicti regni Hungarie ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, fideles nostri Balk woywoda comes noster Maramorosiensis, Drag et Iohannes fratres ejusdem uterini, fily scilicet condam Zaaz Olachy in nostram et serenissime Principis domine Elizabeth predicta Dei gracia regine Hungarie, Polonie Dalmacie etc. genitricis nostre Karissime venientes presenciam, exhibuerunt nobis quasdam duas litteras, unam scilicet ipsius Karissimi genitoris nostri privilegialem suo, maiori novo dupplici et ultimo sigillo consignatam, super donacione et collacione cuiusdam possessionis Kvhnya vocate, in Comitatu Maramorosiensi existentis, et aliarum possesionum in eisdem litteris expressarum ad eandem pertinencium, et conventus de Lelez privilegialem super legitima statucione et

metarum ereccione annotate possessionis Kuhnya vocate et ad eandem pertinencium, pro ipsis filiis condam Zaaz factis, confectas, tenorum per omnia infrascriptorum, Supplicantes exinde nostre maiestati humiliter et devote ut easdem ratas, gratas et acceptas habendo nostrisque litteris privilegialibus verbotenus inseri faciendo, pro eisdem et ipsorum heredibus universis confirmare. ac ipsam possessionem Kuhnya vocatam cum eiusdem pertinencys de novo eis conferre dignaremur. Quarum Unius scilicet ipsius genitoris nostri littere privilegialis tenor talis est: Lodovicus Dei gracia etc. (vide sub No 29.) Alterius vero scilicet ipsius conventus de Lelez littere privilegialis is est: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No 36.) Nos igitur humillimis et devotis eorumdem Balk woyvode et magistrorum Drag et Iohannis fratrum suorum uterinorum suplicacionibus regia benignitate exauditis et clementer admissis, prefatas literas ipsius Karissimi genitoris nostri privilegiales et annotati conventus de Lelez similiter privilegiales omni prorsus suspicionis vicio destitutas, presentibusque de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum continencias et clausulas, requirentibus fidelibus ipsorum fidelium nostrorum servicys et sincerys complacencys, quibus ydem primum olym serenissimo principi dicto domino Lodovico regi genitori nostro Karissimo et tandem nobis in omnis fidelitatis constancia studuerunt et nunc anhelant complacere, presertim in eo, quod cum nos ipsos magistros Drag et Iohannem in regnum nostrum Ruscie, quod per Lithvanos tunc turbabatur, transmisissemus, ipsi magistri Drag et Iohannes in supremam laudem milicie ardencius incitati, bellicis eorum actibus forte bravis ipsis arridente tam felici dipplomate noscuntur militasse, ut ipsos Lithvanos spolia dicti regni nostri Ruscie secum defentes intrepide invadendo captivosque et spolia dicti regni nostri simul cum Lithvanorum eorumdem vexillo ab eisdem per ipsos fideles nostros victoriose ablato et nobis demum in victorie signum destinato, prorsus ab ipsis abstulerunt, nonnullos ex eisdem Lithvanis signanter Prezkoya capitaneum ipsorum captivarunt, ubi idem magister Drag enormia in facie vulnera, ut de presenti cunctis cernentibus habentur manifesta, ab ipsis Lithvanis in demonstracionem sue fidelitatis constancia noscitur recepisse, de consensu et beneplacita voluntate dicte Karissime genitricis nostre, prelatorumque et baronum nostrorum consilio prematuro, acceptamus, approbamus et ratificamus, ac pro ipsis Balk woyvoda et Drag ac Iohanne fratribus eiusdem ipsorumque heredibus perpetuo valituras, confirmamus, ymo recensitis premissis eorum fidelibus servicys dictam possessionem

Kohnya vocatam et pertinencias eiusdem nove nostre donacionis titulo et omni eo jure, quo eedem ad nostram regiam racionabiliter pertinere dinoscuntur collacionem, ipsis Balk woyvode et Drag ac Iohanni fratribus eiusdem uterinis et per ipsos eorum heredibus ac posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus, donamus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas presentis scripti nostri patrocinio mediante, absque tamen preiudicio juris alieni. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris et domini Demetry miseracione divina cc. sanctorum Quatuor coronatorum sacrosancte romane ecclesie presbyteri cardinalis ac sancte Strigoniensis ecclesie gubernatoris perpetui, locique eiusdem comitis similiter perpetui et aule nostre fidelis cancellary. Anno domini millesimo trecentesimo octoagesimo quarto, decimo Kalendas mensis Iuly, regni autem nostri anno tercio. Reverendissimis et venerabilibus in Christo patribus eodem Domino Demetrio dicte sancte Strigoniensis ecclesie gubernatore perpetuo, Lodovico Colocensi, Petro Iadrensi, Vgolino Spalatensi, Petro Ragusiensi Archiepiscopis. Emerico Agriensis, Paulo Zagrabiensis, Gwblino Transsilvaniensis, Valentino Quinqueecclesiensis decretorum doctore, Iohanne Varadiensis, Guillermo Iauriensis, Benedicto Weszprimiensis, Iohanne Chanadiensis, Georgio Boznensis, Petro Vachiensis, Iohanne Syrmiensis, fratre Dominico Nytriensis, Paulo Thininiensis, Demetrio Nonensis, Griusogono Traguriensis, Matheo Sibinicensis, Benevenuto Ffarensis, Iacobo Machariensis, Michaele Scardonensis et Thoma Seniensis ecclesiarum Episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Corbaviensi sede vacante. Magnificis viris Nicolao de Gara regni nostri Palatino et judice Comanorum, Ladislao Woyvoda Transilvano et comite de Zonuk, Comite Nicolao de Zeech judice Curie nostre, Stephano de Lindva tocius regni Sclavonie, Stephano filio Philippus (sic) de Machow et Theumlino de sancto Georgio Dalmacie et Croacie banis, Nicolao dicto Zambo Thauarnicorum, Blasio dicto Forgach pincernarum, Nicolao filio Nicolai de Thelegd janitorum, Ladislao filio Nicolai de Vesen Dapiferorum, Stephano filio condam Dionisy woyvode agazonum nostrorum magistris, predicto Nicolao dicto Zambo comite Posoniensi, alysque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

[1]) Espedițiunea militară implinită d'in comisiunea reginei Maria in Rusia (rubra=Galicia Lodomeria) este una din faptele cele mai strălucite ale magistrilor

Drag şi a fratelui seu Joan românul; banderiul de sub conducerea lor stătătoru d'in fii Comitatului nostru, i-a căscigat de odată onóre, renume şi avere; pe Ioan românul lu-intălnim intre dignitarii ţerei (veḑi nota la diploma d'in anul 1387.) ér magistrul Drag s'a bucurat de aşă mare auctoritate, încăt densul era unul d'intre cei ḑiece notabilii (doi cardinali, doi episcopi. cinci dignitarii şi Drag voivodul maramureşan) carii s'au infăcioşiat cu regina Maria şi cu muma ei, regina vedua Elisabeta in Győr in 1-a Mai 1386. de a tracta după mórtea regelui Carol II. pentru pace intre regina Maria şi sociul ei regele Sigismund. (Századok 1896. p. 143.)

[2]) Din originalul scris pe pergamen, proveḑut cu sigil duplu, mare, pendente, din care numai mijlocul a remas.

51.

1385. Szigeth. Literile Comitatului prin care se adeveresce, că nepoţii lui Juga voivodul Maramureşan, fiii lui Stefan, nobilii cu nume Sandor, Michail, Alexa şi Nicóra din bună voiă, nesiliţi au dat a patra parte din mostenirea părenţésca Vişeu de sus, Vişeu de jos, Şieu, Botiza şi satul lui Dan surorilor lor cu nume: Scora, Baba şi Margareta socia lui Petru notariul din Baia Spria.

Nos Bank . . . . de Zarwasow Vice comes in persona magistri Balkonis woywode comitis Zathmariensis et Maramorosiensis, necnon quatuor judices nobilium comitatus eiusdem Maramorosiensis, videlicet Kende de Weresmarth, Petrus de Karachonfalva et Dragmer de Gywlafalva, ac Ladislaus filius Drag de Bedewhaza[1]) significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod ad nostram venientes presenciam nobiles viri Sandor[2]), Michael[3]), Alexius et Nicolaus fily Stephani fily Yge condam vaywoda Maramorosiensis non coacti non compulsi scilicet bona mentis voluntate, deliberacione matura prehabita, porcionem quartam in villis successione paterna ad ipsos devolutis, videlicet in Viso superiori, Viso inferiori, Sayo, Pottis villa et in villa Dan, et omnibus metis earum et silvis, campis, pratis, aquis, Aquarum ductibus, montibus et vallibus, molendinis ac universis . . . . . . pertinencys antiquis dederunt assignaverunt, ymmo libere coram nobis resignaverunt, nobilibus dominabus Margarethe et per ipsam magistro Petro notario civium medy montis viro ipsius legitimo, ac Score et Babe filiabus prenotati Stephani sororibus eorum legitimis, ac heredibus et heredum legitimis successoribus earumdem tenendam et habendam ac pacifice jure hereditario ac perpetuo possi-

dendam, Quibus dominabus et nos vigore iuris ac resignacionis coram nobis facte, auctoritate nostra iudiciaria, pretactam porcionem, usum ac plenum proventum eiusdem in villis prenotatis presentibus annotamus et assignamus temporibus in perpetuis vigore presencium mediante. In cuius rei testimonium concessimus litteras nostras patentes . . . . . roboratas et sigillis nostris appensis fecimus communiri, presentibus autem magistro Georgio litterato de Zombor et domino Benedicto homine Capituli de Lelez, ad aliam causam deputatis ac . . . . alys nobilibus fidedignis videlicet Ladislao filio Dragus de Gywlafalwa filio Pop . . . . . . cuiusvis status et condicionibus (sic) hominibus. Actum et datum in Zygeth in die . . . . . Anno domini millesimo tercentesimo octagesimo quinto[4])[5]).

[1]) Acest document e cel mai vechiu intre acele, carele s'au dat prin Vicecomitele și patru juḑi ai Comitatului, impărtit in patru ținuturi, a nume: cel de sus, al Coseului, al Szigetului, și cel de jos; acest din urmă se intindea de la valea Tarasului cătră apus, și era mai rar populată.

[2]) Din acest Sandor și Michael și-trag originele sale familiile numeróse Sandor seu Sandru, și Mihaiu seu Mihalyi d'in Borșa; de acéstà părere era și Stefan Szilágyi directorul lyceului de confessiune helvetică d'in Sziget, și membrulu academiei unguresci decedat in anul 1897. care dintre toți cu cea mai mare petrundere a tractat trecutul Maramureșului; ér in dissertațiunile sale d'in anii 1850—1870. cu imparțialitate cuvenită scrisese și despre romănii.

[3]) In comitat sunt trei familii nobile cu nume de Mihaiu=Mihalyi=Mihali; una d'in Apșa, altă din Borșa a treia din Épa. Variațiunea Mihali seu Mihalyi este genitivul numelui Mihailă, format analog cu Manoli din Manuila, Alexi din Alexa, Petri din Petra etc. Precum și la italiani Gabrieli, Michaeli etc.

[4]) Din acésta familia Sandor a eșit vestitul Lupu Sandru, mai nainte Căpitan in ostirile resculaților sub principele Francisc Rakoczy II. in anii 1701—1709. După acea protopop de legea greco-orientală in Borșa, sub conducerea lui poporul d'in Borșa și din satele vecine a sfărmat (in 4. August 1717.) lăngă Strimtura Borșiei ostirile de Tatarii și a liberat din sclăviă păgănă 10.000 de crestini, robiți d'in comitatele vecine Satmar, Bereg etc. Pentru acésta faptă eroică și intr'adever patriotică, neci Borșenii, neci urmașii lor nu au primit neci o recunoscință neci intro'formă, ba d'in contra! . . . . . .

[5]) Din originalul lui Gabriel Mihaiu numit Burla in Borșa, scris pe pergamen, proveḑut cu 5 sigille pendente, d'in care dóue erau intregi in anul 1865. Mulți erau de cuget ca mii de nobili romăni borșenii se ar fi nobilizat in urma acestei invingere. Erróre! Nobilitatea lor se datéza d'in tempuri cu mult maî vechi. Tot acolo se află și diploma principessei Transilvaniei Catharina de Brandenburg din anul 1630. prin care se confirmă Georgiu Mihalyi fiul lui Demetriu ș alții in possessiunea părților din Vișeu și Borșa, ținute din moși din strămoși.

52.

1387. 25. Novembre. Buda. Regele Sigismund conferesce sub titlul de donaţiune noua lui Joan Romănul, fiul lui Dragumir şi nepotul după sora lui Balk şi Drag, moşiile Iza şi Apşa de jos, pentru serviciile sale, şi pentru mórtea tatălui seu Dragumir cădut sub Vidin, şi fratelui seu Tatomir cădut sub Belţiu.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. memoriae commendantes tenore presentium significamus quibus expedit Universis: Quod nos prout Regia circumspectio nostram ammonet et inducit Maiestatem, ut uniuscuiusque fidelis nobis obsequentium merita animo metiamur pietatis, et his, quos opera suae virtutis regali remuneratione dignos efficiunt, grata debemus impendere premia meritorum. Attendentes itaque puram fidelitatem, et sinceram constantiam Nobilis viri Iwan Olachi, fily Dragumery, filii scilicet sororis uterinae Magnificorum Virorum Balk et Drag Woyvodae inter ceteros honores Comitum Siculorum, fidelium nostrorum, quam ipse ad nos et ad sacrum nostrum diadema habuit, et habere dinoscitur de presenti, singulariter pensantes fidelia obsequia, et laude digna servitiorum merita, quibus ipse in cunctis nostris et Regni nostri negotys et varys expeditionibus prosperis videlicet et adversis, sudorosos labores, et gravia onera expensarum supportando, nostrae studuit complacere Maiestati; quasdam duas possessiones nostras Isaa, nec non Also Vapsa[1]) nuncupatas in pertinentiis castri nostri Huszt, et in Comitatu Maramorosiensi existentes, eximentes easdem et sequestrantes a proprietate dicti castri nostri cum omnibus earum utilitatibus et pertinentys universis, terris scilicet cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, pratis, vinetis et alys quibuslibet utilitatum integritatibus, sub suis veris metis et antiquis, quibus eaedem hucusque nomine Regio rite possessae erant et gubernatae, tum ratione servitiorum praemissorum, tum etiam pro morte quondam praefati Dragomer Patris et Thatamir fratris uterini ipsius Iwan[2]), qui videlicet Dragomer sub Bodonio[3]), et Thatamir sub Belcz[4]) in felicibus exercitibus et expeditionibus olim Serenissimi Principis Domini Ludovici, Regis Hungariae, Patris nostri carissimi, indelendae memorie, contra emulos Sacrae Coronae viriliter bellando, vitam

eorum temporalem subire non formidarunt[5]), praefato Iwan, filio dicti Dragomer, et per eum suis haeredibus, haeredumque successoribus, de beneplacita voluntate Serenissimae Principis, Dominae Mariae Reginae, conthoralis nostrae percharae, Praelatorumque et Baronum nostrorum deliberatione, et consilio praematuris, de manibus nostris Regiis, et ex certa nostra scientia, nouae nostrae titulo donationis, et omni eo iure, quo nostrae incumbunt collationi, dedimus, donavimus, imo damus, donamus et conferimus in his scriptis perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et gubernandas, salvo tamen iure alieno. Praesentes etiam dum nobis in specie fuerint allatae, in formam nostri priuilegy redigi faciemus. Datum Budae, in festo beatae Catherinae Virginis, et Martyris. Anno Domini M. CCC. LXXX. VII.[5])[6])

[1]) Moşia Iza se ţinea pănă in ḑilele nóstre de dominiul Castrului Huszt d'in apropiere. Dér Apşa de jos, fiind şi altcum departe de cetatea numită, nu era in dependinţia neci inainte, neci după 1387. neci introducţiunea n'a urmat, ér reambularea metale din anul 1390. va fi avut tot acel efect, ce a avut in acelu an in privinţa Bărsanei.

[2]) După cum aflăm la Nic. Densuşan (Documente I. 2. pag. 312.) acest Ioan Romănul se vede a fi acelu-aş, care se amintesce cu acest nume in anul 1388. ca magistrul agazonilor şi om de curte al regelui Sigismund şi al reginei Maria; pentru meritele amintite in diploma, s'a invrednicit de l'a redicat regele intre baronii ţerei; fiul seu Ladislau se amintesce in diploma din anul 1402.

[3]) Bodonium=Vidin in Bulgaria. Regele Ludovic voind se validiteze pretensiunile sacrei corone a Ungariei şi in Bulgaria, voind mai se intărésca credinţa catolică tot acolo, a pornit cu óstea mare in contra ţarului Bulgar Svacimir, cumnatul lui Laic=Vladislav voivodul ţerei romănesci, care asemene s'a declarat ostil regelui, cum ne aréta provocarea la armă adresată prin regele Comitatului Ung in 5. Januar 1365. In luna lui Mai acelu-aş an tabera regelui era sub Vidin, cetatea a căḑiut in mănile regelui, cu ea d'in preuna şi ţarul Svacimir cu socia Theodora, crescută de muma sa Clara in legea catolica. (Iricek: Geschichte der Bulgaren. C. XXII.)

[4]) Belcz in Galiţia, cercul Zlotzow. In 22. Februar. 1352. a plecat adoua-óră regele Ludovic dela Buda cu óste in contra Litvanilor, ca se se resbune pentru invasiunea acestora in Polonia, şi d'in păgăni ce erau, se-i aducă la legea creştină, in 21. Marţiu a ajuns la Belcz „castrum in confinibus tartarorum". — La assaltul castrului a luat parte activă regele insuş, dér fiind lovit la cap cu un ciocan de lemnu, astfeliu s'a vătemat elu şi nepotul seu Ladislau, şi mulţi notabili, incăt după omagiul prestat prin prefectul cetăţei, a fost silit el şi regele Poloniei a se retrage cu succes pucin, şi a ajunsu in 6. Aprilie la Munkács. (Cronicon Dubnicziense) E de adnotat, că acésta expediţiune s'a intemplat cu 13. ani inaintea donaţunei din anul 1365.

[5]) Dragumir şi fiul şeu Thatomir erau bărbaţi cu mare bravură, precum aréta mórtea lor eroică; altcum astfeliu se sfĕrşesce vitejia mai tot deuna, cum cănta poetul:

Gestern noch auf stolzen Rossen,
Heute durch die Brust geschossen,
Morgen tief im kühlen Grabe.

[6]) D'in collecţiunea diplomatica a lui Martin Cornides T. I. pag. 255. in museul naţionale d'in Budapesta (Corp. Diplom. Sigismundeum.) s'a publicat prin Fejér X. 1. 371. şi Densuşan o. c. p. 299.

53.

1389. 2. Februar. La mandatul judelui Curiei regeşci se face reambularea metale a possessiunilor lui Drag comitelui secuilor: Buştina, Saldobes, Cămpulung, Vainag, Taras, Teceu mic, Teceu mare şi Talabor, fără neci o contradicere. Pe lăngă multe locuri metale se amintesc următóriele possessiuni: Visk, Seclinţiă, Mihalka, Ujbard, Bereneu, Kriva, Săpĕnţa şi Urmező.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesens scriptum inspecturis Dominicus Praepositus et Conventus Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelez, Salutem in Salutis Largitore, ad universorum Notitiam, tenore praesentium wolumus pervenire. Quod cum nos visis literis Magnifici viri comitis Emerici Bubek Iudicis Curiae Excellentissimi principis Domini Sigismundi Dei Gratia regis Hungariae per eundem nobis destinatis, una cum Georgio filio Ladislai de Egris homine ipsius regiae Magistatis literis in eisdem inserto, nostrum hominem videlicet Magistrum Gregorium literatum notarium ad reambulandas quasdam possessiones, magnifici viri Dragh Comitis siculorum Bustahasa, Zaldobos, Hozyumezeu, Vaynokhaza, Taraz, Kis-Techeu, Nog-Techeu, et Thalabur vocatas in Comitatu Maromorisiensi existentes, apud manus ejusdem habitas, ac ad distinguendas, et erigendas metas earumdem petitionibus ejusdem judicis Curiae regiae obtemperare cupientes ut tenemur, juxta continentiam earumdem literarum dicti judicis Curiae regiae pro testimonio transmisissemus. Demum iidem regius et noster homines ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi in festo Beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum proxime elapso et aliis diebus ad id sufficientibus accessissent ad facies ante dictarum possessionum Bustahaza, Zaldobos, Hozyu-

mezew, Vaynokhaza, Taraz, Kis-Techeu[1]) Nog Techeu, et Thalabor nuncupatarum et ipsas vicinorum, et commetaneorum ipsarum universorum, legitimis convocationibus factis,et eisdem praesentibus per earum veras metas et antiquas, novas metas infra declarandas juxta veteres erigendo reambulassent, reambulatasque cum quibuslibet earum utilitatibus et pertinentiis eidem Comiti Dragh et posteritatibus suis universis sicut jus ipsorum reliquissent perpetuo possidendas. Metae autem, quibus praeallegatae possessiones a vicinorum juribus possessionariis separantur et distinguuntur, prout iidem regius et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur. Prima enim meta praedictae possessionis Bustahaza incipit a parte orientali de fluvio Tyciae, ubi est una meta antiqua terrea, penes quam est alia meta terrea de novo erecta, deinde per magnum spatium in ipso fluvio Tyciae infra transeundo, pervenit ad quendam locum, ubi fluvius Tycia praedictus in duas partes dividitur, et terra ipsius possessionis Bustahaza a parte meridianali cum terra villae Visk apellatae vicinatur, et dehinc ipsum fluvium in suo meatu infra transeundo attingit metas possessionis Zaldobos antedictae, et abhinc in eodem fluvio Tyciae similiter permagnum spatiun eundo exit fluvio de eodem, ad quendam locum Lonkas vocatum, a parte septemtrionali ubi sunt duae metae terreae de novo erectae et ibi terra possessionis Zaldobos cum terra villae Zeklenche vicinatur ; abhinc vero ad eandem plagam septentrionalem pergendo, pervenit ad quandam ripam cujusdam rivuli juxta quam quaedam via de praedicta villa Zaldobos ad villam Hust transiens habitur, ubi sunt duae novae metae terreae, et abinde modo simili permagnum spatium directe ad sepe dictam plagam septentrionalem, in quadam magna silva lutosa pergendo pervenit ad aliam viam ducentem de dicta villa Zaldobos ad praedictam villam Zeklenche ubi ipsam viam saliendo penes eandem est una meta terrea de novo elevata, indeque in dicta magna sylva versus eandem plagam septentrionalem procedendo attingit quendam rivulum Zeklenche pataka[2]) nominatum, in cujus ripa a parte meridianali est una meta terrea de novo accumulata, ibique ipsum rivulum pertranseundo et ad sepe dictam plagam septemtrionalem similiter per bonum spatium eundo, pervenit ad alium rivulum in quo contra meatum ejusdem ad partem orientalem progrediendo, attingit unam viam ducentem de dicta villa Zaldobos ad villam Karaynokfalva[3]) vocatam, et ibi terra praedictae possessionis Zaldobos, cum terra ipsius villae Karaynokfalva vicinatur, abhincque similiter per longum spatium in eodem rivulo ad praefatam

plagam orientalem progrediendo et rivulo de eodem exeundo, ad partemque septentrionalem declivo modo pergendo, in uno loco est una meta terrea de novo erecta, ibique annectit metas possessionum . . . . khaza, Vybarfalva,[4] et Berenoy[5] vocatarum, deinde ascendit ad quendam montem . . nominatum, et de hinc directe ad orientem, similiter ad quendam magnum montem Kezberch nuncupatum, eundem ascendendo, et in cacumine ipsius montis ad ipsam plagam orientalem transeundo, in descensu ejusdem montis pervenit ad unum rivulum Zeklenche apellatum . . . . saliendo pervenit ad unum magnum montem, ubi dictum montem ascendendo, et in cacumine ejusdem ulterius procedendo, attingit unam ripam Solyomkeu vocatam, u . . . meta terrea antiqua, juxta quam habetur alia meta nova terrea, inquo loco t. . . . ilarum Vajnokhaza Uybarfalva et Berenoy vocatarum attingit metas possessionis Talabor antedictae, abinde vero ad praelibatam plagam orientalem eundo . . . . o fluvium Talabor et per meatum ejusdem descendendo exit fluvio de eodem ubi est una . . a terrea juxta quam habetur alia terrea meta de novo erecta, inde cadit ad alium rivulum Ugla pataka nominatum, ubi est similiter una meta terrea de novo accumulata, et in eodem per m . . . . um directe ad orientem procedendo, prosiliret ad plagam meridionalem in quoddam . . in cacumine ejusdem, versus eandem partem meridionalem progrediendo pervenit ad unum montem Kezberch de quo quidem monte, quidam rivuli currerent et exirent, et abinde . . dictam partem meridionalem procedendo diclinat ad partem occidentalem, deinde descendit in . . . . cujusdam rivuli Sospatak apellati, et in eodem rivulo per modicum spatium versus eandem partem occidentalem eundo, cadit in praedictum fluvium Talabor, in quo revertitur iterato ad plagam meridionalem et per largum spatium currendo, intrat ad praedictum fluvium Tyciae, in quo contra meatum ejusdem ad praefatam plagam orientalem currendo, pervenit in priorem locum unde inceptum fuisset: demum vero meta possessionis Taraz praedictae incipit a parte orientali juxta praedictum fluvium Tyciae, penes quem est una rippa Kewzakadas, ubi unum stagnum habetur a superiori parte ejusdem loci Monostar[6] vocati, et per meatum ejusdem fluvii Tyciae per magnum spatium transeundo, annectit introitum fluvii Taraz nuncupati, et contra meatum ipsius similiter per magnum spatium versus septentrionem reflectendo, annectit quendam rivulum Malanista[7] vocatum, et eundem pertranseundo, pervenit ad quandam viam ducentem de villa Taraz praedicta ad villam Kriva, ubi sunt ex utraque parte ipsius

rivuli duae metae terreae de novo erectae, quarum una separat possessionem Kriva, et alia villam Taraz supradictas, ab hincque in eodem rivulo ad dictam plagam orientalem progrediendo, vadit ad unum montem Kuzberch vocatum. Inde transeundo pervenit ad caput cujusdem rivuli Kurtvelyes[8]) pataka apellati, et in eodem ulterius pergendo reflectitur ad plagam meridionalem, deinde in dicto rivulo per magnum spatium currendo, cadit ad praedictum stagnum, ubi intrat sub praedicta rippa Keuzakadas vocata in antedictum fluvium Tyciae, et ibi cursus metalis ipsius possessionis Taraz terminatur: Post haec autem incipit meta possessionis Huzjumezeu antedictae a plaga meridionali de dicto fluvio Tyciae, ubi est una meta terrea de novo erecta, inde inter plagas orientalem et meridionalem eundo, annectit quendam locum Vaskapu vocatum, et abinde ascendendo ad unum montem, versus eandem plagam meridionalem annectit caput cujusdem rivuli Zarvaso vocati, et in cacumine ejusdem montis transeundo, reflectitur ad partem orientalem, pervenit ad unum magnum montem, in cacumineque ejusdem attingit quandam viam quae itur de Avas ad superiorem fodinam Salium, et in ipsa via currendo, vadit ad unum campum Zemerkes apellatum, in quo campo sunt duae metae terreae de novo accumulatae, inde in quodam monte Kezberch vocato, reflectitur ad plagam orientalem, et per magnum spatium currendo, pervenit ad alium magnum montem Zemerkezkeu nuncupatum; Abhincque ad septentrionem reflectendo transit per unum montem, inde annectit quendam rivulum Zugo vocatum, et ipsum rivulum pertranseundo, versusque eandem plagam septentrionalem per bonum spatium in medio quorumdam montium pergendo jungit unum campum Belmezeu[9]) apellatum, et de dicto campo descendendo pervenit ad unum rivulum Kepespataka vocatum, et in meatu ejusdem ulterius procedendo, reflectitur ad occidentem in unoque loco de dicto rivulo Kepespataka exit ad praelibatam plagam septentrionalem, ubi sunt duae metae terreae de novo erectae, quarum una separat villae Zapancha vocatae, et alia dictae possessioni Huzjumezeu, abindeque versus dictam plagam septemtrionalem procedendo pervenit ad quendam campum, in quo campo est una meta terrea de novo accumulata, de hinc parum pergendo cadit in praedictum fluvium Ticyae, Ubi in portu ejusdem est una nova meta terrea, indeque contra meatum ejusdem currendo, pervenit ad priorem locum unde prima meta dictae possessionis Huzjumezeu incepta fuisset; et ibi cursus metalis eiusdem terminatur. Extremoque meta praedictae possessionis Nag-techeu incipi

a parte meridionali de praedicto fluvio Tyciae ubi sunt duae metae terreae de novo erectae, quarum una separat dictae villae Zaponcha, et alia praefatae possessioni Nog-techeu, abhincque ad eandem plagam per bonum spacium eundo, annectit quandam viam ducentem de Villa Vysk ad praedictam villam Zapancha, ipsamque viam saliendo penes eandem sunt duae metae terreae de novo accumulatae, a quibus quidem metis ad quendam montem ascendendo in cacumineque ejusdem ad sepedictam plagam meridionalem pergendo, annectit alium montem Kezberch nominatum, ubi in cacumine dicti montis sunt duae metae terreae de novo erectae. Inde reflectitur ad partem occidentalem et in cacumine cujusdem montis inter Maromorosium et Avas existentis per largum spatium procedendo, reflectetur ad septentrionem, ubi in uno loco sunt duae metae terreae, de novo accumulatae, abindeque descendit de Cacumine unius parvi montis versus dictam plagam septentrionalem, ubi annectit quandam viam venientem de dicta Vysk juxta praedictum fluvium Tyciae existentem, ubi ipsam saliendo penes eandem sunt duae metae terreae de novo erectae, de hinc vero intrat ad praedictum fluvium Tyciae in introitu cujusdam rivuli Felse Techeu nominati, ex alia parte ipsius fluvii Tyciae scilicet a plaga septentrionali decurrentis, et existentis, ubi attingit possessionis Urmezeu apellatae metas, deindeque in eodem fluvio Felse-Techeu contra meatum ejusdem supra ad orientem currendo, exit de eodem, in quendam alium fluvium Morthospataka[10]) vocatum, juxta quem a parte meridionali est una meta terrea de novo erecta, in quo tandem supra per longum spacium currendo venit ad quendam locum unius pontis super eodem fluvio olim existentis, et etiam usque ad quandam magnam viam inibi habitam, in qua quidem via regirat modicum versus septentrionem, et currendo venit ad alium locum unius pontis super fluvio Sarospatak vocato dudum existentis, unde super ipso fluvio Sarospatak directe versus orientem, usque ad caput ejusdem currendo circuit quendam locum Zeek nuncupatum et venit ad quandam sylvam, de qua exeundo, versusque septentrionalem plagam declivo modo currendo, annectit quandam viam, quae ducit in possessionem Bedeuhaza vocatam, de qua eundo et ad quendam montem ascendendo in cacumine ejusdem est una meta terrea, deinde tendit ad unam semitam de praedicta possessione Talabur ducentem, abindeque versus eandem plagam septentrionalem currendo, jungit caput cujusdam fluvii Martospatak vocati, et cadit in fluvium Kis-Mortus apellatum, contra cujus meatum currendo, exit in quendam

locum Kezberch vocatum, deinde in cacumine ejusdem per bonum spatium versus orientem procedendo, attingit locum ubi duo fluvii Nogtecheu et Kistecheu vocati simul conjunguntur, ubi cursus metales antedictarum possessionum terminantur. Retulerunt etiam iidem regius et noster homines, pro tempore reambulationis praemissarum possessionum et metarum earumdem erectionis nullus contradictor eis apparuisset. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas alphabetoque intercisas duximus concedendas. Datum in festo purificationis Beatae Mariae virginis, Anno domini Millesimo tercentesimo octuagesimo nono.[11])

[1]) Kis-Teceu=Kerekhegy (?) saline vechi.

[2]) Szeklenczapataka=Sokiernitza.

[3]) Karaynokfalva=Krajnikovo=Mihalka.

[4]) Vybarfalva=Ujbard.

[5]) Berenoy=Baranya (?) lăngă Huszt, cu mănestirea şi aḑi existentă a călugărilor Basilitani.

[6]) Aci se inţelege mănestirea dela Peri, care a existat şi inaintea fondărei prin Drag şi Balk in anul 1391.

[7]) Malanisto=Valea Malniczky intre Taras şi Kirva.

[8]) Kurtvelyespatak=Peri, de a lungul acestei valei s'a intins locul ce se ţinea de mănestirea S. Archangel Michael.

[9]) Belmezeu: cătră Sapenţa aprópe de padura Fadaraş.

[10]) Valea Martos intre Teceu şi Urmező.

[11]) Conventul din Lelesz (Metales Cottus. Maram. No. 13. pag. 589.)

54.

1389. 16. Octobre. Szőllős. Trei fraţi Ioan, Sandor şi Stefan fiii voivodului Stanislau din Dolha, se impărţescu inaintea reginei Maria peste moşiile lor Laaz in comitatul Ung, Hosszumező, Kereczke, şi Kusnicza in comitatul Bereg; aceste litere se transscriu prin conventul din Lelesz.

Nos Dominicus Praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelez memoriae commendamus, quod Sandor et Stephanus fily Stanislai Voywodae de Laaz ad nostram perveniendo praesentiam, exhibuerunt nobis quasdam Literas Serenissimae Dominae nostrae Dominae Mariae Dei gratia Reginae Hungariae, Dalmatiae, Croatiae

etc. in carta papiracea patenter emanatas, petentes nos cum instantia ut easdem de verbo ad verbum transcribi, transcriptumque Literis nostris patentibus inseri faceremus. Quarum tenor per omnia talis est: Nos Maria Dei gratia Regina Hungariae, Dalmaciae, Croatiae etc. Memoriae commendamus per praesentes, quod Ioannes filius Stanislai de Hosszumező ab una, parte vero ex alia Sandor et Stephanus fratres sui carnales de Laaz, coram nobis personaliter constituti per eosdem viva voce spontaneaque eorum voluntate confessum exstitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod ipsi universas possessiones eorum ipsos quoquo modo tangentes scilicet Laaz in Ungh et Hosszumező ac Kusnicza nec non Kereczke vocatas in Bereg comitatibus mutuo inter se in tres partes rectas et equales cum omnibus ipsorum utilitatibus et quibus libet pertinentiis ad eosdem spectantibus dividere assumsissent, imo et coram nobis assumpserunt tali viniculo mediante, quod si qua partium praemissam possessionariam Divisionem facere recusaret, vel non posset, ex tunc talis pars contra partem aliam, salva Iudicis portione, in decem marcis denariorum convinceretur eo facto, ad quod partes praemissae se sponte obligarunt coram nobis. Retulit Nihilominus idem Iohannes filius Stanislai praefatos Sandor et Stephanum fratres suos carnales, Super facto expensarum, quas idem in prosecutionem causarum et justificationem praedictarum possessionum Hosszumező, Kusnyicza et Kereczke vocatarum expendisset et exposuisset expeditos et per omnia satis factos commisisset et reddidisset, imo coram nobis reddidit et commisit vigore presentium mediante. Datum in Zőllős in festo beati Galli confessoris anni Domini M. CCCmo LXXX. nono. Nos igitur justis et legitimis petitionibus praedictorum Sandor et Stephani ac communi justiciae annuentes praeattactas Literas annotatae Dominae nostrae Reginae non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum inscribi inscriptamque praesentibus Literis nostris patentibus inseri fecimus uberiorem ad cautelam. Datum in festo beatae Coeciliae virginis et Martyris Anno Domini Supradicto.

[1]) Originalul se află in archivul comiţilor Teleky in Gyömrő. Fasc. XX. No. I. 7—3.

55.

1389. 23. Octobre. Maria regina la cererea lui Costa fiul lui Draguş din Giuleşci, permite, in că casul când ar trece dênsul d'in viétia fără prunci, in moşiile sale se succédă soru-sa nobila dómna Stana.

Nos Maria Dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Crouacie etc. Notum facimus universis presentes inspecturis, quod nos ad humillimam et devotam supplicacionis instanciam fidelis nostri Kozta fily Dragus de Gylafalwa nostre maestati porrectam, permisimus eidem ex innata . . . . reginali benignitate et generose concessimus, ut quia idem Kozta castigacione divina mediante herede seu heredibus utriusque sexus ac eciam aliis fratribus ut puta masculinis ad presens destitutus fore dinoscitur, Ideo in casu quo eundem Kozta absque solacione ab hac luce decedere contingeret, universe possessiones et queque Iura possessionaria annotati Kozta ubilibet habita et specialiter possessiones Zalat . . . . . Hadpataka, Kopach, Dezehaza, Hernech et Swgag vocate, Item porciones possessionarie in possessionibus Gywlafalva . . . et Nires appellatis, ipsam contingentes, ad Nobilem dominam Stanna vocatam, filiam scilicet dicti condam Dragus, sororem suam uterinam, ta . . . . heredem masculini sexus devolventur pleno Iure . . . . . Si autem medio tempore ab eodem Kozta legittimi heredes videlicet fratres vel fily, volente domino celi, generarentur, ex tunc de prefatis possessionibus et porcionibus possessyonaris tanta porcio possessionaria, quanta eisdem filys ab eodem Kozta generandis demere cederit, in eisdem dewolvi debeat modo premisso, et deviari nobili domine Stanna sorori scilicet ipsius Kozta prelibate. Harum nostrarum testimonio literarum, quas sub magno nostro sigillo pro eodem emanari faceremus dum nobis fuerint reportate, Datum Nemethy Sabbato proximo post festum undecim millia virginum. Anno domini millesimo tercentesimo octagesimo Nono.

[1]) D'in transumtul authentic al regelui Sigismund d'in anul 1435.

56.

1390. 28. Aprilie. Mandatul regelui Sigismund, pentru reambularea metelor moşiilor Sarascu şi Săpĕnţa, dat in favorul lui Michail fiul lui Stan din Sarascu şi al fraţilor sei Vasile, Bank, Sandor şi Joan.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui de Lelesz, Salutem et gratiam. (Dicit nobis) Michael filius Sthaan de Zaragzow in sua, Ladislai et Bank, item Sandor et Ioannis fratrum suorum carnalium personis, quod quaedam possessiones ipsorum Zaponcha, et Zaragzow praedicta nunc erga manus ipsorum habitae legitimis reambulationibus et . . . aliorum possessionariis juribus metalibus, distinctionibus plurimum indigerent, si contradictio cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo fidelitati vestrae firmis damus in mandatis, quatemus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Georgius de Egrus, vel Bartholomeus de Darouch, sin Stephanus de eadem, seu Laurentius filius Abraham de Dijakfalwa, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Zaponcha et Zaragzow vocatarum, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis, et praesentibus accedendo, reambulet ipsas, per veras earum metas et antiquas novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque, et ab aliorum possessionibus metaliter distinctas, relinquat ipsas eisdem Michaeli, Sandor et Ioanni jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Michaelem, Sandor et Iohannem, nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis ipsorum reddituros efficacem. Et tandem seriem omnium praemissorum, ut fuerit expeditus, nobis fideliter rescribatis. Datum Budae quinto die festi Beati Georgii martiris. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo. Fidelibus suis conventui de Lelesz. Pro Michaele filio Sthaan de Zaragzow et aliis introscriptis reambulatoriae. *In dorso huius hoc habetur:* Feria tertia post festum pentecostes.[1])

Conventul din Lelesz. Prot. Metalium Cottus. Maram. No. 38. Relaţiunea lipsesce. Există şi in processul producţional al familiei Mihaly. din Jépa d'in anul 1783. in Archivul Comitati lui, in care in loc de „Ladislai“ stă „Lodomery“, se află şi in processul productional al lui Ananie Gerheş tot acolo. Egreş şi Diakfalva in Comitatul Ugocia. Diakfalva pórta de la anul 1720. numirea de Nevetlenfalu, şi era moşia strebună a familiei Zapolia.

57.

1390. 30. Aprilie. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru reambularea metelor possessiunilor Iza, Apșa de jos, Rohna de sus, Bărsană, Rosalia, Ruskova și Vișeu in favorul magistrilor Balc voivodul și Dragh din Maramureș.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz, Salutem et gratiam, Dicunt nobis magistri Balk vayvoda et Dragh de Maramaros, quod quaedam possessiones ipsorum Iza, Also-Apsa, Felseu Rona, Barzanfalva, Hrozallya, Orozfalu et Visso vocatae, nunc erga manus ipsorum habitae, legitimis reambulationibus et ab aliorum possessionariis juribus, metalibus distinctionibus plurimum indigerent, si contradictio cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatemus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Stephanus de Darauch, vel Bartholomaeus de eadem, aut Georgius de Egres sive Laurentius, seu Abraham de Diakfalwa, aliis absentibus, homo noster, ad facies dictarum possessionum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet ipsas, per veras ipsarum metas et antiquas, novas juxta veteres in locis neccessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionariis juribus metaliter seperatas et distinctas, relinquat ipsas annotatis magistris Balk wayvodae et Dragh, eo jure quo ad ipsos dinoscuntur pertinere, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos Balk et Dragh in nostram praesentiam ad terminum competentem rationem de praemissis reddituros efficacem. Et post hoc seriem omnium praemissorum ut fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum Budae die Dominico proximo post festum Beati Georgii martiris. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo. Fidelibus suis Conventui de Lelesz pro magistris Balk vayvoda et Dragh de Maramaros reambulatoria.

Conventul din Lelesz. Prot. Metalium Cottus Maram, No. 15. Relațiunea lipsesce.

58.

1390. 23. Juniu. La mandatul regelui Sigismund se face reambularea metale-a possessiunei Apşa de jos pentru magistrii Balc voda şi Drag Comitii d'in Maramureş. Meşdile acelei moşii se stătoresc fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesens scriptum inspecturis. Dominicus praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz, Salutem in Salutis larigitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire: quod cum nos honore quo decuit receptis literis serenissimi principis Domini Sigismundi Dei gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc, Marchionisque Brandenburgensis etc. per eundem Dominum regem nobis Destinatis, una cum Laurentio filio Abrãe de Gyakfalva, homine ipsius regiae majestatis, literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem custodem ecclesiae nostrae, ad reambulandam quandam possessionem magistrorum Balk voyvodae et Dragh comitum de Maromorus Also-Apsa apellatam, in dicto Comitatu Maromorusiensi apud manus eorumdem habitam ac ad distinguendas, et erigendas metas ejusdem, mandatis ipsius Domini Regis obedire cupientes ut tenemur, juxta continentiam earumdem litterarum, pro testimonio destinassemus; demum iidem regius et noster homines ad nos reversi nobis consona voce retulerunt: quod ipsi in festo sanctae trinitatis de novo elapso accessissent ad faciem ante dictae possessionis Also-Apsa nuncupatae, et ipsam vicinorum et commetaneorum ejusdem universorum legitimis convocationibus factis et eisdem praesentibus, per ejusdem veras metas et antiquas, novas metas infra declaratas, juxta veteres in locis necessariis erigendo reambulassent, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis modo infra declarato metaliter separatam et distinctam, praefatis magistris Balk, et Dragh reliquissent perpetuo possidendam, nemine contradictore eis inibi apparente; metae autem quibus ipsa possessio Also-Apsa nominata a vicinariis juribus possessionariis separetur et distingueretur, prout iidem regius et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur: quod prima meta incipit a fluvio Tyciae, in loco ubi quidam rivulus Ludpatak nuncupatus cadit in ipsum fluvium Tyciae, ubi est nova meta terrea de novo erecta, unde in eodem rivulo

contra meatum ipsius currit ad caput ejusdem, ubi habetur meta terrea de novo erecta, ab hinc versus orientem tendendo vadit ad locum ubi rivuulus. Aziopatak nominatus jungitur cum fluvio Apsa apellato, ubi est meta terrea de novo erecta, deinde in quodam Berek inter rivulos Dobryk et Bachkow[1]) nominatos versus eandem plagam orientalem eundo pervenit ad quandam petram Hogyagas[2]) vocatam, penes quam habetur meta terrea de novo accumulata, unde eandem partem orientalem servando annectit caput cujusdam rivuli Stromba vocati, ubi est meta terrea de novo elevata, de qua quidem meta terrea in eodem rivulo Stromba[3]) currit ad praedictum fluvium Apsa, quem pertranseundo ad partem orientalem vadit ad quoddam Berch, in quo ad eandem plagam orientalem currendo iungit montem Kuuesheg nominatum, ubi cursus metalis praetactae possessionis Also-Apsa terminatur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem praesentes literas nostras privilegiales ordine alphabeti intercisas pendentis sigilli nostri munimine duximus roborandas, Datum in vigilia festi nativitatis Beati Joannis Baptistae, Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo[4])[5]).

[1]) Dobrik și Bachkov dóue văi paralele către Apșa de mijloc.

[2]) Hogyagos=Dealu Beșicură, intre văile Dobric și Băscheu.

[3]) Rivulus Stromba=Valea Strimba către Apșa de sus.

[4]) La romani antici și la cei din evul mediu vedem, că doi frați ocupă una și aceași demnitate d. e. Caracalla și Geta, Asan și Petru, Joan din Hunead și frate seu asemene Joan, bani ai Severinului, Balc și Drag etc.

[5]) Conventul din Lelesz. Protocollum metalium Cottus Maramorosiensis No. 9. Aceste litere metale s'au confirmat prin regele Sigismund in 12. August 1390. Vedi la Fejér Cod. Dipl. X. 1. 581. și N. Densușian Documente I. 2. p. 324. se află in transscris autentic la Elia Joody in Apșa de jos.

59.

1390. 23. Juniu. La mandatul regelui Sigismund se face reambularea metale a moșiei Iza, possessiunea magistrilor Balc voivod și Drag comiților Maramureșeni, metele se stătoresc fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesens scriptum inspecturis, Dominicus praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelez, salutem in salutis Largitore, ad

universorum notitiam tenore prasentium volumus pervenire: quod cum nos honore quo decuit receptis literis serenissimi principis Domini Sigismundi Dei Gratia regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. per eundém Dominum regem nobis destinatis, una cum Laurentio filio Abrae de Gyakfalva homine ipsius regiae majestatis, litteris in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem custodem ecclesiae nostrae ad reambulandam quandam possessionem magistrorum Balk voywodae et Drag comitum Maramorusiensium, Iza apellatam, in dicto Comitatu Maromorusiensi apud manus eorundem habitam, ac ad distinguendas et erigendas metas ejusdem, mandatis ipsius Domini Regis obedire cupientes ut tenemur, juxta continentiam earundem literarum pro testimonio destinassemus; demum iidem regius et noster homines ad nos reversi nobis consona voce retulerunt: quod ipsi secundo die festi corporis Christi de novo elapsi accessissent ad faciem ante dictae possessionis Iza nuncupatae, et ipsam vicinorum et commetaneorum ejusdem universorum legitimis convocationibus factis et eisdem praesentibus, per ejusdem veras metas et antiquas, novas metas infra declaratas juxta veteres in locis necessariis erigendo reambulassent, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis modo infra declarato metaliter separatam et distinctam, praefatis magistris Balk et Dragh reliquissent perpetuo possidendam, nemine contradictore eis inibi apparente. Metae autem quibus ipsa possessio Iza nominata a vicinariis juribus possessionariis separaretur et distingueretur, prout iidem regius et noster homines nobis expresserunt hoc ordine protenduntur: Quod prima meta incipit a parte septentrionali in rivulo Warpathaka appellato, ubi penes ipsum rivulum est una nova meta terrea, de novo erecta, de qua versus orientem currendo annectit fluvium Fekete Iza[1]) vocatum, quem persaliendo jungit metam terream juxta ipsum fluvium de novo erectam, unde eandem plagam orientalem servando, vadit ad unum Holm pro meta deputatum, ab hinc ad eandem plagam orientalem per quoddam Ligeth currendo, annectit similiter unum Holm, modo praehabito pro meta consignatum, unde per quandam terram Mochar dictam eandem partem orientalem tenendo, vadit ad unam stratam publicam quae ducit ad Huzth-okna[2]), penes quem est meta terrea de novo erecta, de qua currit ad campum Jakomezei appellatum, ubi habetur meta terrea de novo accumulata, a qua ad aquilonem eundo iungit rivulum Sosuiz[3]), de quo ascendit ad Kuzberch, unde declivo modo descendit ad vallem Kerekvelg, ubi est nova meta

terrea, ab hinc reflectitur versus occidentem, et vadit ad locum ubi rivulus Almas-Patak nominatus cadit in fluvium Iza nuncupatum, unde in ipso rivulo Almaspatak contra meatum eiusdem currit ad montem Kezberch vocatum, in cujus vertice habetur meta terrea de novo erecta, a qua versus occidentem eundo annectit caput pratacti rivuli Warpataka, in quo vadit ad priorem metam et ibi metae dictae possessionis Iza terminantur. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem praesentes literas nostras privilegiales ordine alphabeti intercisas pendentis sigilli nostri munimine duximus roboratas, datum in vigilia festi nativitatis Beati Ioannis Baptistae. Anno Domini millesimo, tercentesimo nonagesimo.[4])

[1]) Fluvius Fekete Iza=riul Nagy-Ágh.
[2]) Huszt Ocna=Sófalva, unde până in secolul presinte s'a produs sarea.
[3]) Rivulus sosviz=Solovena lângă un izvor de apă serată.
[4]) Conventul d'in Lelesz. Prot. metalium Cottus Maram. No. 11.

60.

1390. 24. Juniu. La mandatul regelui Sigismund se face reambularea metelor posessiunei Rona de sus in favorul magistrilor Balc voivodul și Drag comiților din Maramureș. Metele se stătoresc fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesens scriptum inspecturis. Dominicus praepositus et conventus Ecclesiae sanctae Crucis de Lelez, Salutem in Salutis largitore, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod cum nos honore quo decuit receptis literis serenissimi principis Domini Sigismundi Dei gratia regis Hungariae Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque . . . . Brandenburgensis etc. per eundem Dominum Regem nobis destinatis, una cum Laurentio filio Abrae de Gyakfalva, homine ipsius regiae majestatis, literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem custodem ecclesiae nostrae ad reambulandam quandam possessionem magistrorum Balk vaywodae et Dragh comitum de Maramarosch Felsew-Ronna apellatam in dicto Comitatu Maramorus apud manus eorumdem habitam, ac ad distinguendas

et erigendas metas ejusdem, mandatis ipsius Domini Regis obedire cupientes ut tenemur, juxta continentiam earundem literarum protestimonio destinassemus, demum iidem regius et noster homines ad nos reversi, nobis consona voce retulerunt: Quod ipsi sabbato proximo ante festum sanctae Trinitatis, de novo elapsum, accessissent ad faciem ante dictae possessionis Felsew-Rowna nuncupatae et ipsam, vicinorum et commetaneorum ejusdem universorum legitimis convocationibus factis et iisdem praesentibus, per ejusdem veras metas et antiquas, novas metas infra declaratas, juxta veteres in locis necessariis erigendo reambulassent, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis modo infra declarato, metaliter separatam et distinctam, praefatis magistris Balk et Dragh reliquissent, perpetuo possidendam, nemine contradictore eis inibi apparente, metae autem quibus praeallegata possessio Felse-Rowna nominata a vicinariis juribus possessionariis separetur et distingueretur, prout iidem regius et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur, quod prima meta incipit in quodam loco Vysow-mezev[1]) dicto, in latere cujusdam montis Kuzbercz nuncupati inter quosdam rivulos, quorum unus currit ad villam Barzan-falua vocatam, et alter currit ad praedictam villam Felse-Rowna apellatam, in quadam via currendo, jungit metam terream penes ipsam viam de novo erectam, de qua versus orientem in eodem Beerch eundo vadit ad caput seu originem cujusdem rivuli Dyznopatak vocati, ubi est meta terrea de novo accumulata; deinde versus ipsam plagam orientalem de dicto Berch descendendo, vadit ad rivulum Rowna[2]) nuncupatum, ubi juxta ipsum rivulum habetur nova meta terrea. Ab hinc ipsum rivulum pertranseundo, ad partem septentrionalem currendo vadit ad verticem cujusdam montis Koralthheg[3]) appellati, ubi est meta terrea de novo elevata, de qua de eodem monte Koraltheg versus orientem descendendo currit ad unam novam metam terream penes praedictum rivulum Rowna de novo erectam, ubi jungit metas scilicet eundem rivulum possessionis Ladomeri de Zaponcha[4]), Alsó-Rowna vocatae, et ibi cursus metalis annotatae possessionis Felse-Rowna terminatur. In cujus rei memoriam perpetuamqua firmitatem praesentes literas nostras privilegiales ordine alphabeti initercisas pendentis sigilli nostri munimine duximus roboratas. Datum in festo nativitatis Beati Ioannis Baptistae. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo.

[1]) Vysow-mezeu=Rona polyana.

[2]) Rivulus Rowna=Rohnişóra=Rónapatak.

[3]) Koralthegy=Dealu Cornet.

[4]) Părenţii lui Lodomer au stăpânit şi Rona de sus sub domnirea regelui Ludovic, cum ne aréta diploma din 1360. Fiii lui Lodomer Nan, Stan şi Petru s'au introdus in moşia Rona de jos in anul 1407. Strenepoţil lui Lodomer din Săpânţia, nobilii din familiele Nan, Tivadar stăpânesc şi aḑi in Rona de jos.

[5]) Conventul din Lelesz. Prot. metalium Cottus Maram. No. 30.

61.

1390. 21. Juliu. Regele Sigismund transscrie şi intăreşce literile conventului din Lelesz despre reambularea metelor posesiunei Bărsana a lui magistru Drag şi a fratelui seu Balc voivod Comiţii Maramureşeni, reambularea se face fără contraḑicere.

Propria Commissio
Domini Regis.

Sigismundus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Dalmatiae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, ac Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archi Camerarius nec non Bohemiae et Lucemburgensis haeres, omnibus Christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris praesentium notitiam habituris, salutem in omnium Salvatore. Ne labantur cum tempore quae in temporibus peraguntur, provida hominum discretio adinvenit, ut rerum legitime gestarum series fideli literarum memoriae commendetur. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod fidelis noster magister Dragh comes Maramorosiensis sua, ac viri magnifici Balk voyvodae similiter comitis dicti Comitatus, fratris sui uterini in personis in nostrae majestatis accidens praesentiam, exhibuit nobis quasdam literas conventus Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelesz, privilegiales, per medium alphabeti intercisas, super reambulatione et metarum distinctione cuiusdam possessionis ipsorum, Barzanfalva nominatae, in dicto Comitatu maramorosiensi habitae, pro ipsis rite factis confectas, tenoris infra scripti, suplicans exinde nostrae majestati, suo et dicti fratris sui nominibus, praece subjectiva, ut easdem literas nostras gratas et acceptas habendo, nostrisque literis privilegialibus, verbo tenus inseri faciendo, pro ipsis, et eorum haeredibus roborantes, perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum tenor per omnia talis est:

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesens scriptum inspecturis, Dominicus praepositus et conventus Ecclesiae

Sanctae crucis de Lelesz, Salutem in Salutis largitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod cum nos honore quo decuit receptis literis serenissimi principis Dni Sigismundi Dei gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. per eundem Dominum Regem nobis destinatis, una cum Laurentio filio Abrahae de Gyakfalva, homine ipsius Regiae majestatis literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem custodem ecclesiae nostrae ad reambulandam quandam possessionem magistrorum Balk voyvodae, et Dragh Comitum de Maramarus, Barzanfalva appellatam in dicto Comitatu Maramorusiensi, apud manus eorundem habitam, ac ad distingendas, et erigendas metas ejusdem, mandatis ipsius Domini regis obedire cupientes, ut tenemur, juxta continentiam earumdem litterarum pro testimonio destinassemus. Demum iidem regius et noster homines ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi secundo die festi corporis Christi de novo elapsi, accessissent ad faciem ante dictae possessionis Barzanfalva nuncupatae, et ipsam vicinorum et commetaneorum ejusdem universorum legitimis convocationibus factis et eisdem praesentibus, per ejusdem veras metas, et antiquas novas metas infra declaratas, juxta veteres, in locis necessariis erigendo reambulassent, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis, modo infra declarato, metaliter separatam, et distinctam, praefatis magistris Balk et Dragh reliquissent perpetuo possidendam nemine contradictore eis inibi apparente. Metas autem quibus praeallegata possessio Barzanfalva nominata a vicinorum juribus possessionariis separetur, et distingueretur, prout idem regius et noster homines nobis expresserunt, hoc ordine erexissent. Quod primo incepissent in quodam monte Zepheg nuncupato, ubi sunt duae metae antiquae, penes quas novam metam terream fodissent, deinde versus orientem ad supercilium cujusdam montis Hegor[1]) vocati pervenissent ad duas metas terreas antiquas, juxta quas novam metam terream erexissent, deinde pergendo, ad partem meridionalem pervenissent ad Fluvium Iza vocatum, ubi duas metas terreas antiquas invenissent, penes quas novam metam de terra fodissent, deinde saliendo ipsum fluvium Iza pervenissent ad rivulum Sospatak[2]) ubi duas metas terreas antiquas reperissent, penes quas novam metam de terra elevassent, de quibus contra meatum ipsius rivuli Sospatak pervenissent ad caput ejusdem, ubi invenissent duas metas terreas antiquas, juxta quas novam metam terream erexissent, abinde transit ad montem Semerkuz[3]) vocatum, ubi annectit metas possessionis Thomae filii Dionisii de Regen, ubi

duas metas antiquas reperissent, penes quas novam metam terream de novo fodissent, et deinde transit ad montem Kuzberch[4]) ad partem occidentalem ad fluvium Kaso, in quo usque ad caput ejusdem eundo ubi juxta quod novam metam de terra accumulassent. Abinde transeundo versus septentrionem, pervenissent ad caput Borpatak[5]) vocatum, ubi metam terream elevassent, deinde in eodem Kurzberch procedendo exivissent ad locum Nogkarimezew[6]), dictum, juxta quem novam metam de terra fodissent; ab hinc descendendo ad rivulum Radvanforrasa[7]), penes quem novam metam terream erexissent, deinde in eodem rivulo infra declinando pervenissent ad rivulum Gempatak[8]) nuncupatum, ubi novam metam terream erexissent, abinde transeundo in eodem rivulo Gempatak infra in meatu ejusdem pervenissent ad rivulum Saaspatak[9]) dictum, inferius cujusdam prati, et ipsum rivulum saliendo pervenissent ad viam quae ducit de ipsa villa Barzanfalwa ad civitatem Felsew-Bania, ubi duas Iliceas reperissent, inter quas novam metam de terra fodissent, a quibus ascendit ad montem Teuzeuheg vocatum, ubi in vertice ejusdem novam metam de terra fecissent, et ibi jungit metas filiorum Feyer Dobrozlow, deinde infra descendendo ad fluvium Kaso in meatu ejusdem currendo pervenissent ad quendam montem Zarwasheg[10]) dictum, ubi novam metam terream fodissent, deinde procedendo ad rivulum Berhethlenpatak, pervenissent ad caput ejusdem, ubi novam metam, de terra elevassent, deinde in eodem rivulo infra eundo per bonum spatium pervenissent ad quandam Silvam, in cuius medio invenissent viam duplicatam, quarum una ducit ad Monostor[11]), secunda ad villam Barzanfalwa supra dictam, et in eadem via quae ducit ad Monostor, pergendo, venissent ad rivulum Monostorpatak vocatum, in quo currendo venissent ad caput ejusdem, ubi novam metam terream elevassent, ab inde processissent inter silvas ad montem Papheg[12]), ubi de vertice ejusdem montis flectitur ad fluvium Iza, ubi penes ipsum fluvium novam metam terream fecissent, et per ipsum fluvium usque rivulum Zarvaspatak descendendo, in eodem rivulo ascendendo venissent ad caput ejusdem, ubi novam metam terream erexissent, deinde transeundo ad partem orientalem in eodem Kuzberch per fluvium Vyssow nuncupatum, quem persaliendo venissent ad praedictum montem Zepfahege ad priores metas, et ibi cursus metales dictae possessionis Barzanfalwa terminassent. In cuius Rei memoriam perpetuamqua firmitatem, praesentes literas nostras privilegiales ordine alphabeti intercisas pendentis, sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum in vigilia festi

nativitatis Beati Ioannis Baptistae. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo.

Nos igitur justis et juri consonis ipsius magistri Dragh suplicationibus antefatis, nostrae majestati per eundem suo et dicti Balk woyvodae fratris sui, nominibus ut est praehabitum, subjective prorectis Regia benignitate exauditis et admissis, praefatas literas ipsius conventus de Lelez privilegiales, omni suspicionis vicio carentes, praesentibusque de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas easdem, Quatenus eaedem rite et juste sunt emanatae et prout vices earumdem veritati suffragantur, quoad omnes earum continentias et clausulas acceptamus, approbamus et ratificamus, requirentibusque ipsorum Dragh et Balk voyvodae fidelitatibus, et fidelium servitiorum meritis, per ipsos sacro dyademati et nobis locis et temporibus opportunis exhibitis, de consensu nichilominus et beneplacita voluntate serenissimae principis Dominae Mariae Reginae consortis nostrae charissimae, praelatorumque et Baronum nostrorum consilio praematuro, mera auctoritate et potestate majestatis nostrae, praedictas literas simul cum reambulatione et metarum erectione ac distinctione ante fatis ipsius possessionis Barzanfalwa vocatae, in tenore earumden superius limpidius expressis, pro dictis magistro Dragh et Balk voyvoda, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis roborantes, perpetuae valituras, confirmamus praesentium literarum nostrarum privilegialium patrocinio mediante. Salvo jure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus ejisdem literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris Domini Iohannis archiepiscopi Ecclesiae Strigoniensis, locique ejusdem comitis perpetui, ac aulae nostrae, et ipsius reginalis majestatum eximi cancellarii, dilecti nostri et fidelis. Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo, duodecimo Kalendas mensis augusti, regni autem nostri anno quarto, venerabilibus in Christo Patribus et Dominis Valentino etc. Sanctae Sabinae Sacro Sanctae Romanorum Ecclesiae Presbytero cardinali et almae Ecclesiae Quinquae Ecclesiensis Gubernatore, ac eodem Domino Iohanne ipsius Ecclesiae Strygoniensis, Lodovico Colocensi, Petro Iadrensi, Andrea Spalatensi, et altero Andrea Raguziensi archiepiscopis, Iohanne Varadiensis, Petro Transilvaniensis, Iohanne Zagrabiensis, Stephano Cikow Agriensis, Iohanne Bosnensis, Demetrio Vespremiensis, Ioanne Iauriensis, Petro Vaciensis, Iohanne Chanadiensis, Gregorio Nitriensis, Ioanne Sirmiensis.

Crisogono Traguriensis, Francisco Scardonensis, Paulo Tininiensis, Iohanne Nonensis, Mathaeo Sibinicensis, Nicolao Corbaviensis, et Iohanne Seniensis Ecclesiarum episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus, necnon magnificis viris Stephano regni nostri Palatino, et Iudice Comanorum, Ladislav voyvoda Transyluano et comite de Zonuk, Comite Emerico Bubeck Iudice curiae nostrae, Detriko similiter Bubeck totius regni Sclavoniae, Stephano de Lossonch Machoviensis Banis, Nicolao filio Ioannis de Kanicha Tavarnicorum, Leustachio de Ilsva Ianitorum, Georgio de Putnuk dapiferorum, Iohanne de Peren pincernarum ac eodem Domino Stephano palatino, agazonum nostrorum magistris, Stiborio de Stiborchyck comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores[13]).

1) Hegyor=fruntea dealu Cornilor.

2) Sospatak=Valea Slatiora.

3) Mons Semerkus=Muntele Sermeteş.

4) Kuzberch=Prislop=Scărisióra.

5) Borpatak=Izvoru Borcutului, care isvoreşce din dealul Veratec, şi se vérsa in Valea Secăturei.

6) Nagikarimezew=Dosu mare la Arbori.

7) Radvan forrás=Valea Rădésca.

8) Gempatak=Valea Brezei.

9) Saaspatak=Valea Trestei.

10) Zarvasheg=Dealu Cerbului. Zarvaspatak=Valea Cerbului.

11) In acéstă mănăstire a resideat cel de pe urmă episcop greco-oriental maramureşan, despre care aflăm in archivul vicariatului din Maramureş urmatóriă adnotaţiune: Episcopus Gabriel ex Barczanfalva scribit de non ordinando quendam juvenem 1739.

12) Papheg=Dealu Popei.

13) Conventul din Lelesz Protocollum Metalium Cottus Maram. No. 19. et. 20.

62.

1391. 13. August. Constantinopole. Antoniu patriarchul Constantinopolei primesce şi binecuvêntă darul făcut prin Balicza voda şi Drag Meşter mănestirei din Maramureş fundate in numele St. Archangel Michail. Beserica o iă sub protecţiunea sa, pe egumenul Pachomiu lu-indrepteţesce se priméscă venitele ţinuturilor: Selagiu, Medieş, Ugocia, Berşava, Ciceu, Balvanos şi Almazigy, se aibă deplină autoritate peste toţi preuţi şi credincioşi de acolo, se-i inveţe, se-i judece in cause bisericeşci, şi in tóte serviciile dumnedeeşci se amintéscă pe patriarchul seu. Er după mórtea egumenului Balicza şi Drag Meşter cu toţi credincioşi din acele ţinuturi cu mici cu mari se alégă alt egumen, asemene indreptăţit ca predecessorul.

Antonius Dei gratia civitatis Constantinopolitanae, Novae Romae, ac totius Orbis Patriarcha. Bene beateque progeniti, et in Deo honorati bonique Christiani humilitati nostrae, secundum confirmationem Sancti Spiritus, dilecti filii et generosi Vajvoda Balicza et Drag Mester, qui habent Ecclesiam[1]), sive monasterium perpetuum in Maromaras in nomine Sancti Michaelis Archangeli fundatum, qui venerunt ad nos et humilitati nostrae, infelici et urgente Imperii Constantinopolitani statu[2]) supplicarunt, ac in beatitudine, obedientia, quam habuerunt pro consuetudine Christianae Religionis praestiterunt, humilitatique omne ac Ecclesiae . . . . haereditatem de propriis bonis, et bene acquisitis Ecclesiam videlicet in nomine Sancti Michaelis Archangeli fundatum donarunt, ac obtulerunt, ita quod ad Ecclesiam humilitatis nostrae respectu habeat, eidemque obediat. Nos autem videntes justum eorum desiderium, ac integram fidem considerantes, donationem eiusmodi gratam accepimus voluntatique eorum condescendimus, ac Drag Mester, velut humilitatis nostrae filium nostra authoritate, qua fungimur, benediximus patriarchali, itaque quem Deus eliget in dicto monasterio Priorem, quod talis etiam habeat nostram benedictionem, qua valeat omnes Ecclesias, quae sunt in pertinentiis praedicti Monasterii consecrare. Ad haec siquis nostrorum subditorum Archiepiscopus, aut Episcopus in dicto monasterio aut pertinentiis eiusdem inveniretur, quod eiusmodi dicto Priori esset in adiutorium velut haec

humilitatis nostrae Litterae ostendunt, sigillo nostrae Ecclesiae munitae. Quia nos Ecclesiam istam, ex sincero corde, ac cum magno honore, in nostram protectionem suscepimus, ac pro salute Christianitatis, et concedimus eiusmodi Priori, ac donamus authoritatem super omnes proventus dicti monasterii, ac pertinentiarum, quae hic infra inseruntur, velut: Zilagysag, Megyesalya, Ugotsa, Berzava, Chicho, Bolvanus Almazigy[3]), et in omnibus his nominatis Pachomius Prior et Abbas plenariam autoritatem habeat, ac respectum ad omnes sacerdotes, et ad alios omnes homines, in dicto Monasterio, ac eiusdem pertinentiis existentibus, ita ut eos ad bona opera indicet, et erudiat animae et corporis, et habeat judicare omnes causas, ad sedem Ecclesiasticam spectantes, in dicto Monasterio et pertinentiis eiusdem. Et quod omnes Ecclesias in pertinentiis dicti Monasterii, ac omnes earundem, et dicti Monasterii proventus ac sacerdotes sub potestate sua habeat et manibus. Et quod in omnibus divinis officiis, pro suo Patriarcha faciet commemorationem. Quamobrem vobis has litteras nostras dedi, et quod si Priori mori (ut omnes mortales sumus) contigerit, omnes fratres spirituales tunc, et Balicza ac Drag mester cum omnibus hominibus parvis et magnis, in dictis pertinentiis residentibus, ac congregatis aperte ut ita congregati Priorem eligant nostra authoritate et benedictione[4]). Qui ita electus omnimodam potestatem super omnes proventus Abbatiae praedictae eodem pacto, sicut et Praedecessor suus a Nobis ad honorem sancti Michaelis Archangeli habeat concessimus. Et pro maiori fide, et veritate ac confirmatione loci sancti has litteras nostras dedimus. Et haec scripta sunt XIII. die mensis Augusti anno, in quo scribebantur millenarii VI. et CCCCCCCC ac LXXXX nono. [5]) [6])

[1]) Religiunea crestină in genere dér mai ales cea de ritul oriental, este religiunea celor asupriţi, cătră denşii e adresat cuventul: „Fericiţi sunt cei ce plăng, că aceia se vor măngăia" (Mateiu 5. 4.) De aci se esplică, că in secolii trecuţi bărbaţi ajunşi la potere, de esemplu urmaşii lui Drag Meşter, au părăsit legea reseriténa, după un secol şi cea catholică, de altă parte ómeni strimtoraţi au imbrăţosat-o, chiar dintre Unguri şi Saşi, cum vedem in bulla papei Gregorie IX. din anul 1234. (Theiner Monumenta. I. 131.) La cele mai multe popóre d. e. Unguri, Germani, Poloni, Ruşi, Bulgari etc. religiunea crestină s'a propagat prin domnitori, la români din contra evangeliul l'au vestit ómeni de rĕnd, muncitori, coloni din Dalmatia, Syria, Africa şi cu de a dĕnsul legionarii. Se scie că de esemplu legiunea XII. (legio fulminatrix) care s'a luptat in nordul Ungariei de aḑi la anul 170. sub imperatul Marcu Aureliu in contra Quaḑilor şi Marcomanilor, a fost de tot crĕstină. Situaţiunea geografică, originea poporului român au adus cu sine, că imperiul bizantin, şi după acea cel bulgărerscu, au avut la noi óreş-care influinţia, ce se arĕtă şi din acest chrisobul. Precum a fost serac pămĕntul cu

locuitorii sei, aşia era seracă şi beserica. Dér prin organisarea sa presbiteriană fiind legată de sórtea poporului din care a eşit, era de ajuns pentru trebuinţele spirituale de atunci.

[2]) Urbea imperatului Constantin era ameninţată ba impresurată atunci de ostirile sultanului turcescu Baiazeth numit „Fulgerul" (Ildirim.)

[3]) Megyes in Comitatul Satmariu, Bersava in Bereg, Ciceu şi Balvanos (Unguraş) lăngă Deeş, Almaszeg in Comitatul Bihar. Aceste locuri nu erau moşii dăruite mănăştirei, ci au fost ţinuturi stăpănite in mare parte prin Balc şi Drag, pănă unde s'a intins jurisdicţiunea besericei. Cu ce se fie inzestrat Balc şi Drag acésta mănăstire? nu se scie, de órece satul de lăngă ea, numit Peri (Körtvélyes, Hrusova) se ţinea şi inainte de acea de s. mănăstire, cum am vedut in literile metale din anul 1389. 2. Februar.

[4]) Avĕnd egumenul dreptul de a consecra beserici, de a ave autoritate deplină peste toti preuţi, de a judeca in tóte causele besericesci, se póte deduce că abbatele avea jurisdicţiunea episcopéscă, ca şi cel din muntele Pannoniei (Panonhalma) ca atari erau recunoscuţi şi urmaşii lui Pachomiu pănă la penultimul episcop reseritean al Maramureşului Dositheu, care ăncă şi la anul 1728. ordinase preuţi de origine din Transilvania (vedi la N. Nilles: Symbolae I. 494.) Despre densul vedi multe frumóse la Eudoxiu Baron de Hurmuzaki: Fragmente zur Gesichte der Romänen tom. II. Participarea mirenilor la alegerea dovedesce, că alesŭl nu era numai calugher, dér era deodată şi capul preuţilor mireni; papa Grigorie IX. numesce in bulla amintită din anul 1234. pe episcopi romăni de pseudoepiscopi, dér pentru acea tot episcopi erau la poporul lor.

[5]) Acest document era scris in limba grecă modernă, cănd s'a intărit prin regele Uladislau II. (vedi la anul 1494.) s'a tradus in acest text latin. Textul grecesc aflat óre undeva In Moldova, s'a publicat prin Michail Cogălnicean in „Archiva romănă". Ivan Télfy professor de limba grecă la universitate din Pesta s'a dechiarat, că textul latin e traducere fidelă.

[6]) Din transscrisul făcut in anul 1721. prin requisitorii literilor Capitlului (rom. cat.) din Alba Julia, publicat prin A. T. Laurian: Magasin Istoric. t. III. pag. 173. şi prin episcopul A. Şaguna in „Adaus la promemoria" 1850.

63.

1395. 17. Sept. Timisóra. Regele Sigismund agraciézǎ pe Stanislau fiul lui Joan din Dolha (Câmpulung) și lu-absolvǎ de nota proscripțiunei, la care a fost judecat prin congregațiunea comitatului Beregh, ținut prin Leustachiu palatinul țerei.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. memoriae commendamus per praesentes, Quod nos ex pietate Regia, qua Iuris vigorem interdum lenitate misericordiae consvevimus mitigare, Stanislaum filium Iohannis de Hosszumező a nota proscriptionis, quam idem in congregatione generali viri Magnifici D . . . Leustachy regni nostri Palatini in comitatu de Bereg celebrata detestanter incurrisset, de plenitudine Regiae potestatis et gratia speciali duximus ex pi . . andum exonerandum et rebus suis graciam et misericordiam faciendo specialem : Ita tamen ut idem a modo in antea ab hujusmodi nocum . . . . . arte se (. . . . . . .) semper immunem et innocentem studeat conservare. Quapropter vobis universis Regni nostri Iudicibus et Iustitiariis ecclesiasticis videlicet et secularibus, praesentibus videlicet et futuris praesentium continentiam cernentibus firmo demandamus regio sub edicto, quatenus memoratum Stanislaum contra formam . . . . . eidem facere in Iudicio vel extra Iudicium non audeatis, quo modo libet in persona aut rebus suis aggravare seu perturbare sub poena nostrae gravissimae indignationis. Praesentes etiam perlectas reddi volumus praesentanti. Datum in Temesvar die decimo proximo post festum Nativitatis virginis gloriosae Anno D . . . M. CCCmo nonagesimo quinto.

Originalul se află in Archivul Comitilor Teleky in Gyömrö. Fasc. XX. I. 12—10. Copia dela Georgiu Petrovay.

64.

1397. 25. Aprilie. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Belk fiul lui Lodomer din Vad in dominiul moşiei sale Vad. Introducerea se face fără contra¶icere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis Dominicus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba : Sigismundus Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicit nobis Belk[1]) filius Lodomer[2]) de Rew, quod ipse in dominium cuiusdam possessionis Rew in Comitatu Maromarosiensi habite, ipsum omnis juris titulo concernentis legitime vellet introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas vel Laurencius fily Ladislai de Daroch, aut Iohannes filius Stephani de Ewzedfalva[3]), alys absentibus homo noster ad faciem prescripte possessionis Rew vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Belk in dominium eiusdem, statuatque ipsam eidem, eo jure quo ipsi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Belk nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem. Et post ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint ac termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum Pasce domini. Anno eiusdem millesimo CCCmo nonagesimo Septimo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Iohanne filio Stephani de Ewzedfalva homine eiusdem domini nostri regis nostrum hominem videlicet magistrum Stephanum de Iske notarium nostrum ad premissas possessionarias Introduccionem et statucionem faciendas pro testimonio destinavimus. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona

retulerunt eo modo, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beati Urbani pape proxime elapsum ad faciem pretaxate possessionis Rew nuncupate vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, ubi legitimis et consvetis diebus permanendo, prefatumque Belk filium Lodomer in dominium eiusdem legittime introducendo, eandem cum omnibus utilitatibus et quibusvis pertinencys ad ipsam spectantibus eidem Belk eo jure quo ipsi dinoscitur pertinere, statuissent perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post predictum festum beati Urbani pape. Anno domini supradicto[4]).

[1]) Belk=Balcu=Valentin.

[2]) Lodomer=Vladimir.

[3]) Özedfalva fără locuitori in Comitatul Ugocia intre Forgolan și Cepe lăngă Tisa. Daroch in Comitatul Satmarului.

[4]) Din originalul lui Vasiliu Codra din Bărbesci, scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente.

65.

1397. 8. Mai. Buda. Mandatul regelui Sigismund către conventul din Lelesz, că numele lui Ladislau fiul lui Joan, fratelui lui Balc și Drag voivedi se se introducă in literile statuționale și metale sunătórie despre castrul Cetatea de Pétra și possessiunile regesci Huszt și Sziget, pentru că aceste s'au donat la toți trei.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Ac Marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Refert nobis magnificus vir Dragh Voyvoda, comes Maramurusiensis quomodo quoddam castrum nostrum Kewuar nuncupatum in Zolnok, et quaedem possessiones nostrae regales Huzth et Zygeth[1]) vocatae, in dicto Maramurosiensi Comitatu habitum et existentes per nostram Majestatem sibi ac Balk Voyvodae, ac per consequens Ladislao filio Ioannis fratris eorumdem perhempniter collatum, et donatae, litteraeque nostrae regales pro ipsis Balk

et Dragh Woyvodis, ac Ladislao exinde donationales emanatae extitissent, sed in litteris vestris statutionalibus binis patentibus, ac tertia privilegiali cursus metales pertinentiarum dicti castri explicanti, nomen ipsius Ladislai filii Ioannis ex negligentia quadam ipsorum Dragh et Balk Voyvodarum non fuisset insertum, et pro eo easdem sub majori sigillo nostro confirmari facere requisivissent, Unde cum nos ipsum Ladislaum ex huiusmodi negligentia suo jure destitui facere nolimus modo aliquali; fidelitati igitur vestrae summo regio damus sub edicto quatenus revisis praetaxatis ternis literis vestris super praemissis statutione et metarum reambulatione possessionaria confectis, reliquas literas vestras omnino secundum modum, et formam datam ac . . . in praesriptis prioribus literis vestris exinde confectis cum praesentibus nobis exhibendis, limpidius expressatas, et explicatas pro memoratis Balk, et Dragh voyvodis ac Ladislao filio Ioannis dari, et emanari facere debeatis, ante fatas praesentes literas prorsus cassandas, erga vos reservando, et aliud facere non ausuri in praemissis. Datum Budae feria tertia proxima post festum Beati Ioannis ante portam Latinam. Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo septimo. Fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelez pro magnificis viris Balk et Dragh voyvodis, ac Ladislao filio Ioannis praeceptoriae[2]).

[1]) Cele cinci oppide coronale nu numai atunci erau date in proprietate privată de scurtă durată, dér şi in secolul XVII. au fost impignorate lui Stefan Bethlen şi numai in anul 1744. s'au descumperat, veḑi processul regulativ al oppidului Sziget.

[2]) Conventul din Lelesz. (actorum anni 1397. II. No. 72. Pag. 291.)

66.

1397. 22. Octobre. Timişóra. Regele Sigismund dăruesce militariului Gurzo fiul lui Joan d'in Maramureş moşia Geogiu in Comitatul Huneadórei drept recompensă pentru serviciile militare, ce i le făcuse in diferite expediţiuni.

Capitulum Ecclesiae Transyluanae Omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, praesens scriptum inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus peruenire: quod nobilis vir, Georgius, filius Iacobi de Deeg in persona

Gurzonis, filii Ivan de Gyeg, ad nostram personaliter accedendo praesentiam, exhibuit nobis quasdam litteras patentes Serenissimi Principis, Domini Sigismundi, Dei gratia Illustris regis Hungariae, sub minori sigillo eiusdem confectas tenoris infra scripti petens nos debita cum instantia, ut ipsas de verbo ad verbum transcribi et in formam nostri privilegii redigi facere, ac eidem Gurzoni concedere dignaremur ad cautelem; quarum tenor talis est: Nos Sigismundus, Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc., Marchioque Brandenburgensis, memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium seruitiorum meritis, et laude dignis obsequiis, strenui militis Gurzonis, fillii Iwan de Maramorusio, fidelis nostri dilecti, per ipsum nostrae Maiestati locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis, volentes sibi pro huiusmodi fidelibus obsequiis regali occurrere cum fauore, ut deinceps solito feruentius animetur in nostris seruitiis expediendis dulcedine regalis remunerationis praegustata, quamdam possessionem nostram Dyog vocatam in Comitatu Hunyad in partibus Transiluanis existenti habitam memorato Gurzoni, et per eum universis haeredibus et posteritatibus eiusdem, simul cum universis et singulis pertinentiis ipsius possessionis iuribus, iurisdictionibus et utilitatibus, et fructum . . . . commoditatibus praesertim terris cultis et incultis, pratis, syluis, vineis, rubetis, agris, amniumque decursibus et obuentionibus, ceterisque quibuslibet usibus et reditibus . . . . limitatione quibus per nostram Maiestatem hactenus possessa fuit et seruata, mera authoritate et potestatis plenitudine ex certa scientia nostrae Maiestatis, nouae nostrae donationis titulo dedimus, donauimus, contulimus, imo damus, donamus et effectiue ac perenniter conferimus, per ipsum Gurzo, suosque haeredes et superstites universos perpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum et habendum, pleno iure presentium patrocinio mediante, sine duntaxat proprietate iuris alieni; praesentes tandem nobis allatas in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Temesvar feria quinta proxima ante festum beati Demetrii Martyris. Anno Domini M.CCC.XC.VII. Nos enim petitionibus eiusdem Georgy de Deeg iustis et legitimis annuentes, tenorem praedictarum litterarum regalium omni integritate pollentem de verbo ad verbum transcribi, ac praesentibus inseri fecimus, et pendentis Sigilli nostri munimine roborari. Datum in octauis festi omnium Sanctorum. An. Domini MCCCXCVII. praenotato. Honorabilibus, ac discretis viris Dominis Ioanne Praeposito, Iohanne Cantore, Canonico nostro existente, Hinkone

Custode, et Stephano Archidiacono de Tyleg Decano, Canonicis Ecclesiae nostrae existentibus.

Gurzo =Georgiu. D'in collecţiunea museului naţional d'in Budapesta: Diplomata regum Hungariae No. 20. S'a publicat prin Fejér X. 2. 520. Densuşan op cit. 392.

67.

1397. 7. Novembre. Zephel. Relaţiunea conventului din Lelesz către regele Sigismund despre acea, că când se făcea reambularea metelor possessiunei Teceu în favorul voivodilor Balc şi Drag comiţilor Maramureşeni şi a fiilor lui Balc, atunci Demetriu fiul lui Joan din Urmezeu a oprit se se redice metele de către moşia sa Urmezeu.

Excellentissimo Domino ipsorum, Domino Sigismundo Dei gratia regi Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Dominicus praepositus et conventus Ecclesiae stae Crucis de Lelez orationes in Domino pro ipsius vita pariterque salute! Literas vestrae serenitatis nobis directas honore, quo Decuit recepimus in haec verba:

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis, etc. Fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelez salutem et gratiam: Dicunt nobis magnifici viri Balk, et Dragh voyvodae, comites Maramorusienses, et Demetrius ac Sandor filii ejusdem Balk voyvodae, quod quaedam possessio eorum Thechew vocata in praedicto Comitatu Maramarusiensi habita, erga manus ipsorum existens, legitima reambulatione, metarum erectione, et renovatione ac ab aliorum juribus possessionariis sequestratione nimium indigeret. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum, mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Nicolaus de Zentkeral, vel Paulus Magnus de Baranya, aut Erdew, seu Dominicus filii Galli de Ewzedfalva, aliis absentibus homo noster ad faciem praedictae possessionis Techew vocatae vicinis et commetaneis ejusdem universis legitime inibi convocatis et praesentibus accedendo, reambulet ipsam per veras suas et antiquas metas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter sequestratam,

et distinctam, relinquat eandem praefatis Balk et Dragh voyvodis, nec non Demetrio et Sandrino filiis ejusdem Balk, eo jure quo eadem ipsis dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam si non fuerit contradictum. Contra dictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra memoratos Balk et Dragh necnon filios ejusdem Balk nostram in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsius possessionariae reambulationis seriem cum cursibus metarum, ac nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Zephel feria tertia proxima post festum Beati Emerici confessoris: Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo septimo.

Nos igitur mandatis vestrae Excellentiae obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Paulo Magno de Baranya, homine vestrae majestatis unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem, custodem Ecclesiae nostrae ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt: quod ipsi in festo Beati Iohannis apostoli et Evangelistae proxime praeterito ad faciem praefatae possessionis Thechew vocatae vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, et praesentibus accedendo, et cum ipsi eandem a parte possessionis Urmezew nuncupatae, reambulare, metasque ejusdem erigere voluissent, tunc Demetrius filius Iwan de eadem Urmezew inibi personaliter adhaerendo, ipsos non a reambulatione, sed metarum erectione prohibuisset contradicendo, propter quod ipsi ibidem . . . . . filium Ivan contra annotatos Balk et Dragh ac Demetrium et Sandrinum filios ejusdem Balk ad quindenas octavarum Festi . . . . venturas, vestrae sublimitatis in praesentiam citavissent, rationem contradictionis suae redditurum. Datum in festo Beatorum . . . . Martirum. Anno domini millesimo tercentesimo nonagesimo. Domino regi pro magnificis viris Dominis Balk et Dragh voywodis comitibus Maramorosiensibus, et filiis ejusdem Balk — contra Demetrium filium Ivan de Urmezew, super facto reambulationis metarum possessionis Techew vocatae, ad quindenas octavarum festi Epiphaniarum Domini citatoriae.

Conventul din Lelesz. Prot. Metalium Cottus Maram. No. 34.

68.

1398. 2. Febr. Bach. Regele Sigismund confirmă donaţiunea prin care Vasiliu ducele Podoliei, fratele ducelui Thodor, dăruesce omului seu de curte lui Stanislau fiul lui Joan şi fratilor sei Petru, Georgiu şi Bogdan din Dolha moşia Sarkad in Comitatul Bereg.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Memorie commendamus per presentes, quod fidelis noster Illustris princeps Dominus Vasselius Dux Podolie conspectum adiens nostre Celsitudinis, nobis significasse curavit, quomodo ipse Stanislao filio Iohannis, Iohanni, Petro, Georgio et Bogdan fratribus suis uterinis de Hossyomezeu, exigentibus ipsius Stanislai familiaris sui cognitis obsequiorum meritis, quandam villam Sarkad vocatam, in Comitatu Bereg habitam et existentem, pridem per nostram celsitudinem sibi et Illustri Principi domino Thodor duci fratri suo graciose donatam suo et dicti fratris sui nominibus cum singulis suis utilitatibus et universis attinencys quovis nominis vocabulo vocitatis, quemcunque fructum importantibus sub suis veris et antiquis metis, et per eos ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, in quantum potuit dedisset, donasset commisisset per eosdem et heredes ipsorum habitos et habendos perpetuo et irrevocabiliter possidendam, Supplicans nostre culmini omni qua potuit precum instantia, ut huiusmodi suam collacionem predicto suo familiari modo premisso factam de benignitatis nostre largiflua munificencia admittere, et eidem consensum nostrum Regium et assensum benevolum prebere . . . . dignaremur. Nos itaque eiusdem domini Vassily intercessibilibus precibus huiusmodi pie inclinati inductique singulari affectu, quem ad eosdem Stanislaum et fratres suos intuitu premissorum gerimus, prefatam Domini Ducis ville Sarkad donacionem, et Singulas suas literas in favorem eorumdem Stanislai, fratrum suorum ipsorumque heredum, super eadem donacione emanatas approbantes, et in omnibus suis clausulis punctis et articulis solidantes, preattactis Stanislao et fratribus suis annotatam villam Sarkad, non minus quam dictus Dominus Vassilius, dedimus donavimus et contulimus, ymo pleno Iure damus donamus et conferimus, per eos eorumque heredes universos Iure

perpetuo tenendam, uti fruendam possidendam, pariter et habendam, ac in suos ad placitum usus convertendam. Harum quibus sigillum nostrum appressum est testimonio literarum, quas dum in specie nobis reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Bach, in festo purificationis Virginis Marie. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo. Ita tamen, quod ydem more aliorum nobilium debitum sumtum inpendere teneantur. Datum ut Supra.

[1]) Koriat duce litvan, unul dintre cei 7 fii ai principelui Gedimin (†1340.) primind religiunea crestină după ritul oriental (Basilovics: Brevis Notitia. I. I.) a avut cinci fii pe Alexandru, Constantin, Georgiu, Teodor și Vasiliu. Georgiu seu Juga a fost ales de voivod al Țerei Moldovei după Lațcu fiul lui Bogdan; dela acest Juga cunóscem o donațiune dată in Berlad in anul 1374. (Hasdeu: Negru Voda p. 259.) Din diploma presente e sigur, că Vasiliu era frate cu Teodor, care in urma accordei intre densul și regele Ludovic I. inchieat in Breslav lăngă fluviul Bug, a cedat drepturile sale asupra Podoliei, și a primit in schimb dominiul dela Munkacs in anul 1354. (T. Lehoczky: Beregvármegye III. p. 543.) Acest Teodor duce s'a făcut memorabil prin actul seu de donațiune din anul 1360. prin care a fundat mănăstirea dedicată Stului Nicolae aprópe de oppidul Munkács, după ritul seu obiceaiul Grecilor și a Ruthenilor (ad Ritum et morem Graecorum vel Ruthenorum.) Principele Teodor va fi ajuns le adĕnci betrănețic, trăind pănă cătră anul 1416. (veḑi diploma din anul 1417. 3 Februar.) și nu-e de admis părerea lui Basilovits (o. c. c. I. 3.) care cugetă, că ar fi fost doi principi de acelu-as nume; numirea fratelui seu Vasiliu, espressiunea regelui Sigismund „avunculus noster carissimus" (veḑi diploma d'in annul 1404.) probéza identitatea fundatoriului, cu cel ce trăise pănă cătră anul 1416.

[2]) Din originalul in archivul comiților Teleky in Gyömrő. (El. XX. F. 1. n. n. 12.)

69.

1398. 2. Sept. Visegrad. Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Jászo, ca se cerceteze in căt e adeverată plansórea lui Sandrin, fiul lui Stanislau din Cămpulung (Dolha) a fiului seu Petru și a fiicei sale Elena, carii s'au plăns in contra lui Petru fiul Joan din Dolha, că acestu-a ar fi omorit pe fiul lui Sandrin numit Michail.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Fidelibus suis Conventui Ecclesiae de Iaszo Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Sandrini fily

Stanislai de Hozyumezew ac Petri filii et Nobilis Dominae Elenae vocatae filiae Sandrini, Consortis autem Stephani filii Dominici de Helmech, quomodo Petrus filius Iohannis de dicta Hozyumezew frater ipsorum patruelis circa festum Beati Georgii Martyris una cum quodam filio Iobbagionis sui videlicet Neztor filio Iohannis ex consensu . . . . annuentia, inductione et voluntate Nobilis Dominae Matris Stanislai fratris suorum ex praeconcepta rancoris malitia Michaelem filium praedicti Sandrini fratrem videlicet Petri et Dominae Elenae antedictorum uterinum miserabili nece interemisset in praejudicium Ipsorum valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Nicolaus filius Laurenty vel Albertus aut Stanislaus filii Benedicti de dicta Helmech, sin Nicolaus vel Laurentius fily Iacobi de Kath, seu Dominicus de Davidhaza, sive Georgius seu Nicolaus fily Ladislai de Kystarnouch, neve Iacobus aut Ioannes de Homok an Thomas et Mathias fily Iohannis seu Ladislaus de Dobron alys absentibus Homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de praemissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad Secundo die Festi Beati Egidy abbatis. Anno Domini M.CCC⁰ XC. octavo.

Fidelibus suis conventui Ecclesiae de Iazou pro Sandrino filio Stanislai de Hozyumezew Inquisitoria.

[1]) Conventul din Lelesz. Actor. No. 2. Anni 1398. Copia dela Georgiu Petrovay.

70.

1401. 23. Marţiu. Buda. Mandatul regelui Sigismund către conventul din Lelesz, ca se cerceteze plânsórea ducelui Podoliei Theodor in contra nobililor din Krysanow, carii au oprit pe iobagii Ducelui ca se nu redice staule in pădurile ţinetórie de castrul Munkach, şi pe unul din jobagi l'au omorit. Plânsórea se află adeverată.

Excellentissimo Domino ipsorum, Domino Sigismundo Dei gratia Regi Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioni Brandenburgico etc. Dominicus Praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae Crucis

de Leles orationes in Domino pro ipsius vita pariterque salute. Literas Vestrae Serenitatis Nobis directas honore, quo decuit, recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. Fidelibus suis Conventui Ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicit Nobis Illustris Princeps Dominus Theodorus dux Podoliae et Dominus de Monkacs quomodo Georgius et Cosma, filii Nicolai, Michael et Ioannes filii Emirici de Kyrsanow circa festum Beati Andreae Apostoli proxime praeteritum manibus armatis et potentiariis ad silvam ipsius Domini Ducis ad castrum suum Munkacs praedictum pertinentem veniendo, Iobagiones eiusdem quam plures stabula porcorum ibidem aedificantes diversi modo impediendo, ipsa stabula combussissent et concremassent, et insuper Iwan filium Boriz similiter Iobagionem ipsius in Orozfalva commorantem miserabili nece interemissent, in praeiudicium preafati Domini Ducis valde magnum, super quo fidelitati Vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo praesente Nicolaus dictus Kadys de Brood vel Stanislaus de Sarkad, aut Iohannes filius Makzem de Kisfalu, sin Georgius filius Valentini de Bilke, seu Stephanus dictus Choh de Began aliis absentibus homo Noster scita veritate praemissorum evocet praefatos Georgium et Cosma, Michaelem et Iohannem contra annotatum Dominum Theodorum Ducem nostram in praesentiam ad terminum competentem rationem de praemissis reddituros efficacem litis pendentia, si qua foret inter ipsos non obstante. Et post haec seriem ipsius Inquisitionis et evocationis cum nominibus evocatorum ac termino assignato Nobis fidiliter rescribatis. Datum Budae in festo Annunciationis Virginis Gloriosae. Anno Domini millesimo quadringentesimo primo. Fidelibus suis Conventui Ecclesiae de Lelesz pro Illustri Domino Theodoro Duce Podolyae et Domino de Munkach Inquisitoriae. Nos igitur mandatis Vestrae Excellentiae obedire cupientes, ut tenemur, una cum praefato Stephano Choh de Began homine Vestrae Maiestatis, unum ex nobis videlicet fratrem Ladislaum Presbiterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi Nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in Comitatu de Beregh pariter procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset palam et latenter facta diligenti inquisitione, meram de praemissis scivissent et comperissent veritatem, quod qraemissa per annatatos Nobiles de Kyrsanow suo modo facta et perpetrata fuissent, prout praelibatus Dominus Theodorus Dux Vestrae dixisset Maiestati: et

pro ut tenor literarum Vestrae Clementiae contineret praescriptarum, factoque . . . . Sabbatho proximo post festum Beatorum Thyburtii et Valeriani martyrum, praefatos Georgium, Cozma Michaelem et Iohannem nobiles de dicta Krysanov in portionibus ipsorum possessionariis . . . . . . hitis contra annotatum Dominum Theodorum Ducem ad octavas festi Beati Georgii Martyris nunc venturas Vestrae Maiestatis in praesentiam evocassent, rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pedentia si qua foret inter ipsos non obstante. Datum secundo . . diei Evocationis antedictae, Anno Domini supradicto.

[1]) Conventul din Lelesz. (Prot. Actorum. B. B. I. No. 2. Copia dela Theodor Lehoczky.

71.

1402. 7. Aprilie. Visegrad. Mandat de introducere dat prin palatinul Detricu Bubec fiilor voivodului Balk: Demetriu și Alexandru, fiilor magistrului Drag: Sandrin și Georgiu, lui Ladislau fiul lui Joan Românul din Maramureș, despre moșii și munții: Zanaph, Drăguești, Mochyar, Kanch, Krasna, Zydo, Apșănescu, Feketehavasa, Kechkoso, Moyselhavasa, Stolhavasa, Petrosa, Petricea, Visóhavasa, Formoz altcum Zephavasa, mai in colo Budesci, Vincesci, Rona de jos, Ganiciu, Bărbesci, Ferești, Uglea și muntele Uglei; introducerea se face fără contradicțiune, dér munții remăn in possessiunea nobililor.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris. Conventus Ecclesie Sancte Crucis de Lelez. Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum, notitiam harum serie volumus pervenire: Quod Nos Litteras Magnifici viri Domini Detrici Bubek de Pelseuch Regni Hungarie Palatini nobis directas reverenter recepimus in hec verba: Amicis suis Reverendis conventui Ecclesie de Lelez, Detricus Bubek de Pelseuch Regni Hungarie Palatinus. Amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Demetrii, et Alexandri filiorum Balk Vayvode, Sandrini et Georgii filiorum Magistri Draag, et Ladislai filii Iohannis Volahy de Maramaros, quod

quedam possessiones, et Alpine Sanap, Keveslygeth[1], Mochyar, Kanch, Krazna[2] Zydo, Apsahavasa[3], Fekethehavasa[4], Kechkoso, Moysel havasa, Stolhavasa[5], Petrooz[6], Keveshavasa[7], Vysohavasa, Formoz[8] alio nomine Zephavas; Item Buthfalva, Vynces[9], Alsorona, Ganyafalva, Barkfalva, Feyrfalva, Uglyahavasa et Uglya vocate in Comitatu Maramarosiensi habite eosdem titulo Donationis Regie concernentes apud manus eorumdem pacifice habite legitima Statutione indigerent, Super quo vestram Amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus, vel Simon filii Iacobi de Zenthkyral, aut Georgius de Kezege, sin Iacobus filius Georgii de Gewdynhaza, newe Bartholomeus, an Dyonisius filii Georgii dicti Fogas de Hetheny aliis absentibus Homo noster ad facies prescriptarum Possessionum, et Alpinarum, vicinis et Commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo, Statuat easdem Possessiones et Alpinas memoratis Demetrio Alexandro filiis Balk Vayavode, Sandrino et Georgio filiis Dragh, ac Ladislao filio Iohannis Volahy premisse Donationis titulo eosdem concernenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum; Contradictores vero si qui fuerint citet eosdem contra annotatos Demetrium, Alexandrum, Sandrinum, Georgium, et Ladislaum nostram in presentiam ad terminum competentem, rationem Contradictionis eorundem reddituros. Et post hec ipsarum possessionariarum et Alpinarum Statutionis seriem cum mominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wysegrad quarto die Festi Beati Ambrosii Confessoris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo secundo. Nos igitur petitioni annotati Domini Detrici Palatini annuentes ut tenemur, una cum prefato Bartholomeo filio Georgii de Hetheny homine ejusdem Domini Palatini, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem Presbiterum ad premissam possessionariam Statutionem faciendam pro Testimonio transmisimus. Qui demum exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt eo modo: quod ipsi in Festo Beati Adalberti Episcopi et Martiris, et aliis diebus ad executionem, et profectionem ipsius Statutionis aptis, congruis, et sufficientibus, ad facies prescriptarum Possessionum et Alpinarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accessissent. In quarum quidem Possessionum, et Alpinarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo easdem cum cunctis ipsarum utilitatibus, et pertinentiis universis, memoratis Demetrio et Alexandro

filiis Balk, ac Sandrino et Georgio filiis Dragh, nec non Ladislao filio Iohannis Volahy premisso Donationis titulo eisdem attinenti Statuissent perpetuo possidendas, nemine contradictore inibi apparente. Retulerunt etiam prefati Palatinalis, et noster Homines: quod annotatus Demetrius filius Balk sua, et dictorum fratrum suorum in personis tempore statutionis prenotate, Alpes et Alpinas possessiones ad predictas pertinentes nobilibus circum jacentibus more alias asveto libere et pacifice adducendo permisisset.[10]) In cuius rei memoriam, stabilitatemque perhemnalem presentes Literas nostras privilegiales alphabeto intercisas, pendentis Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum tertio die Festi Inventionis Sancte Crucis Anno Domini supradicto.[11])

[1]) Kövesligeth=rusesce Drahova=românesce Drăguesci, adecă satul lui Drag.

[2]) Muntele Kraszna e situată pe valea Tarasului, către sudost dela satul Királymező; muntele Kanch e pe apa Talaborului aprópe de Poenile Sinevirului.

[3]) Apsahavasa e muntele Apşănescu; către mĕza-nópte de satul Apşa de mijloc, e şi aḑi proprietatea nobililor din Apşa de mijloc.

[4]) Feketehavasa=Czarna Polonina, lăngă izvórele riului Tisa négră. Către resărit de la Clausura sub muntele Turbat in marginea Ţerei.

[5]) Stolhavas=Muntele Stol, dela Borşa către resărit, aprópe de strimtura Borşei.

[6]) Petrooz dela Borşa către amézăzi, muntele cel mai inalt in Comitat, are 2305 □ metre, asupra nivoului de mare.

[7]) Keveshavasa=Petricea. Muntele dela Repede către mézăzi-nópte, proprietatea fraţilor Mihályi.

[8]) Muntele Formoz de la Petrova către méză-nópte pe valea Frumoşéua, aḑi se numesce Şerban, Pop Ivan etc.

[9]) Vinces=Vincesci partea de a mézăzi a satului Budeşci.

[10]) Passagiele din sferşitul diplomei adeveresc, că fiii lui Balc şi Drag au redicat pretensiuni la moşiile şi la munţii aici numiţi, dér n'au fost in stare, şi neci n'au vrut se scóta acele din possessiunea nobililor din partea locului, de órece aceia urmănd banderiul lor, i-au prestat servicii in resboiu.

[11]) Din transsumtul original dat prin Conventul din Lelesz in anul 1846. 1-ma July la mandatul judelui Curiei Georgiu Mailat, lui Gabriel Mihalyi şi Gregoriu Birtoc, ca conservatorii drepturilor comune ale familiei Petrovay.

72.

1402. 28. Juniu. Chenger. Adunarea Nobililor din Satmare și Ugocia ądéveresce, că după cercetarea făcută, plănsórea lui Ladislau fiul lui Marhard din Carei și a fratelui seu Andrei in contra domnului órecăndva Drag voivodul din Maramureș, că luase cu putere mai mulți cai din stava lor, s'a aflat de adeverată.

Nos Georgius filius Stephani de Chak comes siculorum comitatusque Zathmariensem et de Ugocha tenens pro honore memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatuum predictorum feria secunda proxima post festum beati Barnabe apostoli, presentibus magistro Agustino de Mees homine regio et testimonio conventus ecclesie de Lelez ex speciali regia commissione prope villam Chenger celebrata, Ladislaus filius Marhardi de Karul et Andreas frater eiusdem de medio aliorum in nostram exsurgentes presenciam proposuerunt eo modo, quod condam dominus Dragh[1]) voyvoda Maramorisiensis in anno cuius tercia preterysset revolucio equos ipsorum equaciales de facie possessionis eorum Kararul (sic) predicte depelli et asportari fecisset, quas eciam ipsis reddere et restituere assumpsisset ad plurimasque peticiones eorumdem idem reddere et restitui facere recusasset et hoc vicecomiti nostro, iudicibus nobilium iuratisque assessoribus ipsius comitatus constaret evidenter, petentes nos humili precum instancia, ut idem vicecomes noster, iudices nobilium iuratique assessores dicti comitatus Zathmariensis qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem nostrum, iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, Idem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro dyademati conservandam pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, omnia premissa et quevis singula premissorum modo prenarrato per condam dominum Dragh voyvodam facta fuisse et extitisse unanimi et concordi testificacione affirmarunt; in cuius assercionis testimonium presentes literas patentes eisdem filys Marhardi duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum quindecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo secundo.[2])

[1]) De aci se vede, că magistrul Drag până la anul 1402. a fost in viéția.

[2]) După: Codex Diplomaticus comitum Károlyi, s'a publicat prin N. Densușan: Documente Vol. I. 2. pag. 417.

73.

1404. 5. Februar. Cassovia. Regele Sigismund conferesce lui Stanislau, Joan, Georgiu şi Bogdan din Dolha, ómeni familiari ai Ducelui Theodor din Podolia părţile moşiei Dolha ale unchilor lor Sandor şi Stefan şi ale fiilor acestoru-a anume Petru şi Nicolau lui Sandru, Joan şi Michail lui Stefan, carii urmănd banderiul voivodului órecăndva Bale s'au resculat in contra regelui Sigismund, şi devastănd ţéra au conlucrat se se dee mulţime de cetăţi şi moşii sub stepănirea lui Ladislau fiul lui Carol din Durazzo, ér Stanislau cu fraţii sei sub steagul ducelui Theodor unchiului regelui au remas stătornici in credinţă cătră rege, drept acea au fost resplătiţi cu părţile confiscate de la unchii lor.

Relacio Piponis de Ozora[1]
Comitis Camerarum Salium.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchio Brandenburgensis sacri Romani Impery generalis Vicarius et Regni Boemie gubernator, Memorie commendamus per presentes, quod venientes nostre Maiestatis in conspectum fideles nostri dilecti Stanislaus, Iohannes, Georgius et Bogdanus de Hozywmezew, familiares Illustris Principis domini Theodori Ducis Podolie, avunculi nostri carissimi et fidelis, propositis ipsorum fidelibus servicys, per ipsos culmini nostro multipliciter exhibitis, signanter his disturbiorum temporibus, quibus non nulli prelati, barones, proceres et nobiles Regni nostri ingrati et immemores beneficiorum a nostra Maiestate largiflue acceptorum, rebellionis calcareo ducti ymmo spiritu protervie seducti a sinu nostre clemencie se avertere attemptando, Inito fraudulenti consilio, quod nedum dominum iustum spernendo refutarent, ymmo deterius dominum naturalem eliminarent. Sicque tractantes et hincinde reuniantes, quod alium in Regem eligendo introducerent, vota eorum devia in crimen nostre lese Maiestatis in personam Ladislai[2] fily condam Karoli de Duracio direxerunt. Qui tandem Banderia[3] erigendo per diversa loca Regni in eiusdem et Regnicolarum devastationem et incommoda detulerunt. Et quod nephandius est dictum Banderium in locis Capitulorum et Ecclesiarum cum reliquiarum processionibus ydolatri perfidia venerari disposuerunt, prefato Ladislao plurimas Civitates possessiones et loca, signanter in Dalmacia et Croacia subjugari

faciendo, que adhuc in manibus emulorum nostrorum retinentur, Alios eciam adeo grandes et multiplices excessus et enormitates committere presumpserunt, quod eosdem longum et difficile nimis foret declarare, In quibus quidem erroneis processibus Sandor et Stephanus fily Stanislai necnon Petrus et Nicolaus predicti Sandri, ac Iohannes et Michael annotati Stephani fily et heredes uti rei veritas de ipsis testatur . . . . . condam Balk Woyvode nostro tunc Infideli adherendo sub vexillo eiusdem premissa perpetrare non expaverunt, prefati autem Stanislaus (Iohannes Geor)gius et Bogdanus mentes ipsorum ad viam rectitudinis dirigentes, prefatis nostris Emulis sub Banderio predicti Illustris principis (avunculi nostri ca)rissimi nostrum regium ad honorem, se fideliter opponere studuerunt, ut in numero Iustorum sint inventi, hys itaque peractis prefati Stanislaus, Iohannes, Georgius et Bogdanus, porciones eorumdem Sandri et Stephani, necnon Petri, Nicolai Iohannis et Michaelis . . . . Infidelium in predicta possessione Hwzyomezew in Comitatu de Beregh habita existentes, tamquam per notam infidelitatis ad manus (nostras regias) devolutas[4]), ipsis dare humiliter supplicarunt. Nos quoque pretacta animadvertendo et propensius considerando prefatas porciones . . . . . annotatorum nostrorum infidelium, simulcum universis ipsorum pertinencys, Terris eciam arabilibus, cultis et incultis, pratis, pascuis . . . . nemoribus arundinibus, paludibus, fenetis, montibus, wallibus, molendinis, aquis aquarumve decursibus, Et generaliter cunctis . . . . . . sub ipsius veris et antiquis, quibus eedem per annotatos nostros infideles hactenus tente fuissent ac possesse ac omni eo Iure . . . . . nostre in cumbit collacioni, de manibus nostris regys de Dominorum prelatorum Baronumque nostrorum consilio nove nostre (donacionis titulo) eisdem Stanislao, Iohanni, Georgio et Bogdano ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus Iure perpetuo et irrevocabiliter habendas tenendas pariter et possidendas. Salvo tamen Iure alieno. Harum nostrarum testimonio literarum, quas dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri privilegii redigi faciemus. Tali condicione, quod ydem Stanislaus, Iohannes, Georgius et Bogdanus vel ipsorum heredes de dictarum porcionum possessionariarum Iobbagionum et sessionum nominibus et numeris . . . . . . diem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro diademati servandam teneantur certius informare. Datum Cassovie in festo b. Agathe virginis. Anno domini millesimo quadringentesimo quarto[5])

1) Pipo=Filip de Ozora comitele salinelor, de nascere Italian din Florenţia, din familia Comiţilor Scolari, om intim al regelui, cu dênsul a suferit prinsóre; in anul 1408. era banul Severinului, după acea al Timişului, in anul 1411. era conducătoriul ostirilor ţerei in resbelul in contra Veneţiei. (Due vite di Filippo Scolari, detto Pippo spano in „Archivio storico italiano" t. 4. Florentia 1843.)

2) Regele Sigismund prin domnirea sa tiranica a tras a supra sa ura prelaţilor şi a magnaţilor ţerei, carii in frunte cu palatinul ţerei, cu primatele din Strigoniu şi cu ajutoriul papei Bonifaciu VIII. au vrut se redice pe tronul Ungariei pe Ladislau regele neapolitan, fiul nefericitului Carol II. al Ungariei. Ladislau a fost proclamat deja in anul 1387. de rege al Dalmaţiei, Croaţiei, şi in anul 1403. 5-a August a fost coronat in Zara prin primatele de rege al Ungariei. Dér inaintând până cătră Győr, ostirile sale au fost sferimate, el s'a intors cătră Dalmaţia şi de acolo la Neapole, ér Sigismund in 8-a Octobre a publicat amnestia tuturor carii se vor infaciosia inaintea lui.

3) Banderiul, cuvent neolatin, insemnéza: steag. Era basa organisărei militare al Ungariei in acesti secoli: fiesce care prelat, Magnat şi municipiu era datoriu se ésa cu banderiul seu, la care s'au alăturat şi nobilii cei cu mai pucini de 50. de ostaşi călari.

4) Pe lângă tóte că s'au confiscat, totuşi aflăm părţile aceste in anul 1410. in posesiunea vĕduei lui Stefan voivod din Dolha, şi in anul 1417. in posesiunea lui Petru şi Nicolau fiii lui Sandrin din Dolha.

5) Din originalul in archivul Comiţilor Teleky in Gyömrő (El. XX. f. 1. No. 15.)

74.

1404. 29. Sept. Conventul din Lelesz la cererea românului Vincz fiul lui Bud din Budesci transscrie donaţiunea regelui Ludovic dată in anul 1361. lui Bud, Sandor şi ceialalţi fii lui Lucavoi despre Kenesiatul moşiei Ozon.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, conventus Ecclesiae sanctae crucis de Lelesz Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod Vinch filius Bud de Budfalva Olahus de Maramarusio in nostram personalem accedens praesentiam, exhibuit nobis Litteras privilegiales, quondam Illustrissimi Principis Domini Ludovici Dei Gratia Inclyti Regis Hungariae, duplicis sui Sigilli appensione communitas, quoddam sericum viridis Coloris ut apparebat, pro appensione alicujus alterius Sigilli sine tamen et absque appensione cujuslibet alterius Sigilli seu alicujus Cerae alligatum habentes, tenoris Subsequentis, petens nos instanter, ut qui ipsas in specie ad loca Sibi

opportuna deferre commode non valeret: ideo easdem de verbo ad verbum transscribi Transumptumque Litteris Nostris similiter privilegialibus inseri faceremus: Quarum tenor talis est: Ludovicus Dei gratia etc. (vide sub No. 24.)

Nos igitur petitioni annotati Vynch nobis porrectae et justitiae annuentes, ut tenemur, praescriptas Litteras Privilegiales Annotati quondam Domini Ludovici Regis nobis exhibitas, verbo tenus transscribi . . . . Nostris Privilegialibus . . . . titia commune ret . . . . in cujus rei Memoriam Stabilitatemque . . . . . perennem praesentes Litteras nostras Privilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Festo Beati Michaelis Archangeli. Anno domini Millesimo quadringentesimo quarto.

Din copia transumptului authentic, dat la cererea nobililor Dumitru și Joan Bud alias Sandor prin Tabula regésca in M. Vásárhely in 2. Juliu 1794. Copia se afla in Archivul Comitatului III. 1781/50.

75.

1405. 17. Februar. Visegrad. Mandatul regelui Sigismund către conventul din Lelesz, ca se cerceteze plânsórea lui Joan, Nicolae, Dionisiu, fiilor lui Stefan din Urmező, pre cum și a lui Nicolae, Petru și Stanislau in contra lui Balc voivodul Maramureșan și fiul seu Demetriu, carii prin regularea riului Talabor, au expus moșia lor la exundare și cu putere armată au sfirșit multe acte potenciarie.

. . . . Brandenburgensis etc. Sacri romani imperii vicarius generalis, Regni Bohemiae Gubernator, Fidelibus sui . . . . personis Iohannis, Nicolai et Dionisii Filiorum Stephani ac Nicolai et Petri filii ejusdem, nec non Stanislai, et . . . . quomodo alias quondam Magister Balk voyvoda Maramarosiensis[1]) ac Demetrius filius ejusdem . . . . armatis et potentiariis, cum integra potentia gentis eorum exercitualiter ad possessionem ipsorum irruendo, ac . . . . ferendo quendam fluvium Thalabor nuncupatum de recto, usitato suo meatu, in novis fossatis recipiendo . . . . rursus et indirectos meatus fluctuare permisissent, eandem possessionem in minima ipsius aquae exundatione . . . . decima instaret revolutio

praefatus Demetrius filius dicti Balk Vayvodae non nullos porcos . . . . sionis depelli, ac tot et tantos de eisdem, usu suo permactari, quot et quanti suae placuisset voluntati . . . . universa pecora, et pecudes eorumdem, Nobilium depelli, et quam plurima de eisdem sibi reservari, nec his contenti . . . . dem possessionem praedictorum nobilium Urmezew vocatam accedendo, non nullos jobbagiones ipsorum . . . . tormentariis et diris eculeis cruciari, et aliquot ex eisdem pactando spoliando, et dire tormentando, de . . . . eandemque possessionem simul cum domibus et Curia propriis, dictorum Nobilium ignis incendio, in flammis rapacibus . . . . missis in Ecclesiam ipsorum Parochialem in eadem possessione fundatam irruendo, singulasque res, et bona . . . . repositas, et reposita spoliis et praedis rapacibus exponentes, ac campanam ejusden deferentes et demum . . . . Demetrio filio Balk pro illatis praemissis spoliis, praedis, factis potentiariis loquentibus captivasset et captum . . . . Beati Iacobi Apostoli proxime praeteritum, ad domum praefati Nicolai filii Stanislai irruendo universa . . . . vulneribus eundem affligi et sauciari fecisset, et alia quam plurima dampna nocumenta, actus potentiarias . . . . jobagionibus fecisset, irrogasset, et perpetrasset, ac facere, irrogare, et perpetrare non cessaret de praesenti, in praejudicium praedictorum . . . . fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandanus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandor , ... alter Sandor filius Valentini de Bilke, sin Sandor filius Gerhes, neve Dragus Parvus de Chama, aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de praemissis experiatur veritatem . . . . Datum in Vissegrad feria sexta proxima ante festum Cathedrae beati Petri apostoli. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinto. Fidelibus suis Conventui Ecclesiae de Lelez, pro Iohanne Nicolao et Dionisio filiis Stephani de Urmezew et aliis introscriptis, Inquisitoriae et evocatoriae.

Relatio talis est; Noster frater Stephanus presbyter suo modo in Maramaros. Datum feria quinta post festum beatorum Tyburcii et Valeriani Martyrum[2]).

[1]) Din cuvĕntele „quondam magister Balc" trebue se deducem, că densul nu era in viéța, cănd sa intemplat făr' de legile aci amentite.

[2]) Conventul din Lelesz. (Protocollum I. Actorum Bercsenyianorum fasc. III. No. 6. pag. 191.).

76.

1405. 6. Novembre. Visegrad. La mandatul regelui Sigismund Vincz, Dragus, Sandor și Bud din Coseu se introduc fără contraḑicere in possessiunea moșielor judecate lor: Bărbeșci, Fereșci, Călineșci, Boloteșci, Budeșci, Vinceșci și Văleni; de odată se stătoresc metele acestor moșii.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz Salutem in omnium Salvatore, Ad universorum notitiam harum Serie volumus pervenire, Quod nos literas Excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgensis S. Romani Impery vicary generalis et Regni Bohemiae Gubernatoris nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba. Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae Dalmatiae, Croatiae etc, Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Impery vicarius generalis et Regni Bohemiae gubernator, fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Vinch, Dragus, Sandor, et Bud de Kaszou, quomodo ipsi in Dominium possessionum Bartfalva, Fejerfalva, Kalinfalva, Balathafalva, Budfalva, Vinchfalva et Patak vocatarum sub Keneziatu Kaszov in Comitatu Maramorosiensi existentium ipsis vigore nostrae Iudiciariae Commissionis, et secundum literarum nostrarum adiudicatoriarum continentias pertinentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Sandor filius Geurhes, vel Andreas filius Bank de Szarvaszo, sive Michael Nemes de Kuh . . . . an Ioannes filius Hank de Vancsukfalva, vel Philippus de Szarvaszo, aut Petrus filius Dragomer de Szirbfalva aliis absentibus homo noster ad facies praedictarum possessionum vicinis et commetaneis earundem Universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Vinch, Sandor, Dragus, et Bud in Dominium earundem, Statuatque easdem eisdem, jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos Vinch, Sandor, Dragus et Bud nostram Specialem in praesentiam, ad terminum competentem

rationem contradictionis eorundem reddituros, et post haec ipsorum introductionis et Statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Visegrad, feria sexta proxima post festum omnium Sanctorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinto. Nos igitur mandatis dicti Domini nostri Regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum praefato Philippo de Szarvaszo homine ejusdem Domini nostri Regis unum ex nobis, videlicet fratrem Michaelem Praesbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi, feria Quinta proxima post festum Beatae Catharinae virginis proxime praeteritum ad facies praefatarum Possessionum Bartfalva, Fejerfalva Kalinfalva, Balathafalva, Budfalva, Vinchfalva et Patak[1]) vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, ibique legitimis et consvetis diebus permanendo, praefatosque Vinch, Sandor, Dragus et Bud in Dominium earundem praetactarum Possessionum introducendo, easdemque cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis universis eisdem Vinch, Sandor, Dragus et Bud jure ipsis incumbenti, Statuissent perpetuo possidendas, nemine contradictore inibi apparente, terminos et metas ante dictarum possessionum, antedictos nobiles jure naturae concernentes ipsis Reambulassent, quarum quidem Possessionum prima meta incipit a parte septemtrionali de uno campo Kajtarmezeu[2]) dicto, deinde descendit ad unum rivulum ad fluvium Maramorus fluentem ac incidentem, de quo exiens venit ad campum vulgo Kerekmezeu dictum, et abhinc ad fluvium Maramorus, et eundem fluvium Maramarus pertranseundo, ascendit ad cacumen cujusdam montis juxta partem fontis Ferbenta dicti, et super idem cacumen dicti montis venit versus partem orientalem usque possessionem Vancsfalva, et deinde per trans . . . . et descendit ad quoddam Stagnum . . . . to nuncupatum versus campum Kortvelies dictum, et de hinc ascendit ad montem . . . dictum, penes quem in longum pergendo deinde cadit ad campum Monostormezeu vocatum, de quo transit ad quasdam arbores Fagi . . . . de quibus cadit ad quoddam fossatum . . . . rok vocatum de quo pergit ad fluvium Pothak dictum ac eundem Pothak per transeundo venit ad quendam montem Lukasheg nominatum, de quo descendit ad eundem fluvium Sospatak vocatum, de quo ex obliquo, Transeundo cadit ad magnum montem ubi est quidam magnus campus . . . . etiam arbores juniperi quae vulgo dicuntur Fenyeu . . . . . .

et super cacumen montis praedicti per spacium eundo venit ad quendam rivulum Monkat vocatum, et abhinc versus partem meridionalem vadit ad montem Semeres dictum et in cacumine eiusdem pergens usque ad montem . . . . . de quo ad quondam particulam terrae, quae dicitur Nados, de qua pergens ad unum montem ubi sunt tres lapides magni in modo rupis erecti, et deinde venit versus partem occidentalem ad unum monticulum ubi est quidam lapis magnus de quo vadit ad antiquas Salis fodinas seu veteratas, de qua currit ad rivulum Hidegforas vocatum, et abhinc currit et vadit ad cacumen cujusdam montis et super eundem pergens usque ad Domum Vladi, ubi sunt duae viae in modum crucis se tangentes, ab hinc descendendo ad fluvium Maramorus et versus eundem modicum Spacium pertransiens demum tendit ad campum Mosharos dictum, de quo transit ad montes inter possessiones Bartfalva et Nyires per unam viam ad partes Avas pergentem ad montem Keuhat, super quem usque ad modicum spacium transiendo, de quo cadit ad lapidem Tiszakeu dictum usque ad Rivulum Turczad, et deinde venit ad praenominatum campum Kajtarmezeu ibique terminatur tota meta praedictarum Possessionum finaliter. In cujus rei memoriam Stabilitatemque perennalem praesentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum B. Tomae apostoli, anno ejusdem Domini praenotato[3]).

[1]) Aceste 7. sate au format la o laltă Kenesiatul d'in Coseu, numit după riul de acelu-aş nume.

[2]) Din metele multe aci inşirate numai Câmpul Caitaru şi riul Mara sunt cunoscute.

[3]) Conventul d'in Lelesz, unde s'a presentat acest document pentru transscriere prin notariul Comitatului Sigismund Szegedy in anul 1659. Se află şi in archivul Comitatului in processele producţionale ale familielor Sandor din Călinesci III. 1781/50. şi Monaila din Bărbeşci III. 1784/49.

77.

1405. 16. Decembre. Mandatul regelui Sigismund, pentru introducerea lui Vintz, Draguş, Sandor şi Bud din Coseu in posesiunea moşielor Bărbeşci, Fereşci, Călineşci, Boloteşci, Budeşci, Vintzeşci şi Văleni, de óre ce aceste moşie lor li-s'au judecat. Introducerea se face fără contradicere dér numai in moşia Văleni.

Omnibus Christi Fidelibus praesentibus pariter et futuris Praesentium notitiam habituris conventus Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelesz Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum Serie volumus pervenire, Quod Nos Litteras Excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgensis, Sacri Romani Impery Vicarii Generalis et Regni Bohemiae Gubernatoris nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Impery vicarius generalis, et Regni Bohemiae Gubernator, fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et Gratiam, Dicitur nobis in Personis Vintz, Dragus, Sandor et Bud de Kaszo, quod ipsi in dominium Possessionum Bartfalva, Fejerfalva, Kalinfalva, Balotafalva, Budfalva, Vintzfalva, et Patak Vocatarum, Sub Keneziatu Kozo in comitatu Maromarusiensi existentium, ipsos vigore nostrae Iudiciariae comissionis et secundum Litterarum Nostrarum Adjudicatoriarum continentias pertinentium, legitime vellent introire. Superquo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandor filius Geurhes vel Andreas filius Bank de Zarvaso, sive Michael Nemes de Konyha, an Ioannes filius Hank de Vantsikfalva, vel Philippus de Zarvazow, aut Petrus filius Dragomer de Gyulafalva, aliis absentibus homo noster ad facies Praedictarum Possessionum Vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Vintz, Sandor, Dragus, et Bud in Dominium earundem, Statuatque easdem eisdem Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos Vincz, Sandor,

Dragus et Bud Nostram Specialem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hoc ipsorum Introductionis et Stationis seriem cum nominibus contradictorum, et citatorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum In Visegrad feria sexta proxima post Festum Omnium Sanctorum Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinto. Nos igitur Mandatis dicti Domini nostri Regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum praefato Philippo de Zarvazov homine ejusdem Domini nostri Regis unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem Praesbiterum ad praemissa peragenda pro Testimonio transmisimus, Qui demum exinde ad nos regressi nobis voce consona retulerunt : Quod ipsi feria quinta proxima post festum Beatae Catharinae Virginis proxime praeteritum ad faciem praefatae Possessionis Patak vocatae vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, ubi legitimis et consvetis diebus permanendo praefatosque Vintz, Sandor, Dragus et Bud In Dominium ejusdem Introducendo, eandem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis universis eisdem Vintz, Sandor, Dragus et Bud Iure ipsis incumbenti Statuissent perpetuo possidendam, nemine contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam Stabilitatemque perennalem praesentes Litteras nostras privilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum Feria Sexta proxima ante Festum beati Thomae apostoli. Anno Domini praenotato.

Din processul producţiónale al familiei Sandor din Călineşci in archivul Comitatului III. 1781/50.

78.

1406. 10. Februar. Buda. La mandatul regelui Sigismund şi după cererea fiilor lui Gherheş, lui Banc, lui Draguş şi după cererea lui Nan nobililor din Saraseu se face reambularea metale a moşiei lor Saraseu. Meşdile se stătorescu fără contrădicere.

Omnibus Cristi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Conventus Ecclesie Sancte Crucis de Lelez Salutem in Omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gracia Regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. nobis directas

honore quo decuit recepimus in hec verba, Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis, Sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bochemie gubernator, fidelibus suis Conventui ecclesie de Lelez Salutem et graciam. Dicitur nobis in persona Sandrini ac Philippi et Petri fily Iohannis filiorum Gurhws, necnon Andree et Iohannis filiorum Bank, Sten, Theodori, Claudi[1]) Iohannis, Stanislai et Clementis filiorum Dragus ac Naan Nobilium de Zarwazo, quod predicta possessio ipsorum Zarwaso vocata apud manus ipsorum habita legittima reambulacione, metarum ereccione et renovacione plurimum indigeret, si contradiccio cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte, Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimoni fidedignum, quo presente Petrus filius Dragomer de Gywlafalva aut Iohannes filius Hank de Wanchfalwa vel Nicolaus filius Iohannis de Feyerfalva seu Iohannes filius Kosthalya de eadem, sew Stephanus filius Bwd de Bwdfalwa alys absentibus homo noster ad faciem prefate possessionis Zarwaso vicinis et commetaneis eiusdem illuc legittime conwocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessarys erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionariorum iurium metaliter separatam et distinctam relinquat eandem prefatis nobilibus de dicta Zarwazo Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Citet ipsos contra Annotatos Nobiles de Zarwazo, nostram specialem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, Et post hec ipsius possessionarie reambulacionis et metarum ereccionis et renovacionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, nominibusque contradictorum et Citatorum si qui fuerint, terminoque assignato eidem nostre speciali fideliter rescribatis Maiestati, presentes autem propter celerem expedicionem aliarum causarum regnicolarum nostrorum Sigillo venerabilis patris Eberhardi Episcopi Zagrabiensis aule nostre Cancellary fecimus consignari. Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Valentini martiris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexto. Nos igitur mandatis dicti domini nostri Regis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Nicolao filio Iohannis de Feyerffalwa, homine eiusdem domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbiterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, Quod ipsi die die (sic) dominica proxima proxima

(sic) ante festum annunciacionis beate Marie Virginis proxime preteritum ad faciem prefate possessionis Zarwazo apellate vicinis et commetaneis eiusdem illuc legittime convocatis et presentibus accedendo, eandem a partibus possessionum Zigeth et Hozywmezew nec non cuiusdam districtus sew contrate Awas[2]) vocati, filiorum Iohannis fily condam Symonis Bani de Meggyes, per metas et cursus metales infra scriptas reambulando, et ab eisdem possessionibus et districtu metaliter separando, prefatis Nobilibus de Zarwazo Iure ipsis incumbenti, reliquissent perpetuo possidendam, nullo contradictore Inibi apparente. Mete autem et cursus metales, quibus ipsa possessio Zarwazo a prescriptis possessionibus Ziget et Hozywmezew ac districtu sew contrata Awas appellatis distinguitur, ut ydem domini nostri regis et noster homines recitaverunt, hoc ordine protenduntur. Quod prima meta a parte dicte possessionis Zyget incipit in loco ubi quidam rivulus Kabalapathaka[3]) appellatus cadit in fluvium Thicie, unde in eodem rivulo contra meatum ipsius rivuli ascendendo pervenit ad montem Kwhath[4]) muncupatum, ad caput ipsius rivuli ad metam dicti districtus Awas vocati, et ibi cursus metalis dicte possessionis Zarwazo a parte prenominate possessionis Zygeth et districtus Awas terminatur. Consequenter, a parte prefate possessionis Hozywmezew ad partem septentrionalem directe tendendo descendit et attingit montem Zephegh nuncupatum unde ad eandem plagam annectit locum Waskapu[5]) apellatum, et de hinc jungit quendam alveum sew locum veterem fluxus aque Holthyza nuncupatum. Inde per ipsum alveum procedendo intrat in dictum fluvium Thicie, postremoque in ipso fluvio Thicie contra meatum eiusdem ascendendo iungit dictum locum, ubi predictus rivulus Kabolapathaka cadit in ipsum fluvium Thycie, ibi mete et cursus ac limites metales antelate possessionis Zarwazo a partibus possessionum Zygeth et Hozyomezew ac districtus Awas vocatarum terminantur. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beatorum Thiburcy et Valeriani martirum. Anno domini millesimo quadringentesimo sexto prenotato[6]).

[1]) Claudius=Opriş.

[2]) Districtus seu contrata Avas=Țéra Oaşului, partea de nord a comitatului Satmariu de cătră Maramureş, de la Seini până in Comorzană cu 28. sate şi dóue castre: Seini şi Medieş, residința banului Simon d'in Medieş, despre care se făcea amintire la anul 1368.

[3]) Kabolapathaka=Valea Iepei.

[4]) Kõhát=Piatra, prediul comun al Săpĕnței, Cămpulungului, Saraseului, Iepei și al Sigetului, cu cămpurile de verat Runcul, Colibi, Lespeḑi, Negru etc.

[5]) Vaskapu=Pórta de fer, trăcătóriă ăngustă din Saraseu la Cămpulung, intre albia părăsită de riul Tisa; locu intărit de de mult, cum se aréta nu numai din numirea, dér și din vreo 6—7 gropi aflătórie in apropiere, și din mulțimea obiectelor de bronz sepate tot acolo mai pe urmă in anul 1872.

[6]) Din transscrisul original, dat lui Petru Gherheș din Saraseu prin Conventul din Lelesz in anul 1467.

79.

1406. 10. Marț. Vácz. La mandatul regelui Sigismund Thatomir și Petru fiii lui Michail și frații lor Joan și Stefan din Ialova se introduc fără contraḑicere in possessiunea moșiei lor Ialova.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz, Salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas excellentissimi Domini Nostri Domini Sigismundi Dei gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. marchionisque Brandenburgensis Ac sacri Romani Imperii vicarii generalis et Regni Bohemiae gubernatoris nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croaciae, Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani imperii vicarius generalis, et Regni Bohemiae gubernator fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Tathamer[1]) et Petri filiorum Michaelis, nec non Ioannis et Stephani fratrum eorundem de Ilhocz, Quod ipsi in dominium eiusdem possessionis Ilhocz vocatae, juxta fluvium Taracz in comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos pleno jure concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Gregorius filius Ioannis, vel Sandor de Lipche seu Dragh de Chomalhaza, sive Georgius filius Martini de Ujhely, an Ladislaus filius Ioannis de Ardo aliis absentibus homo noster ad faciem dictae possessionis Ilhocz vocatae, vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat

praefatos Thathamer, Petrum, Ioannem et Stephanum in Dominium eiusdem, Statuatque eandem eisdem, jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra annotatos Thathamer, Petrum, Ioannem et Stephanum nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsorum introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Vaciae, feria quarta proxima post Dominicam reminiscere, Anno Domini 1406. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Sandor de Lipche, homine eiusdem Domini regis, unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria tertia proxima ante festum Beatorum Filippi et Iacobi apostolorum proxime praeteritum, ad faciem praescriptae possessionis Ilhocz vocatae, vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et praesentibus acessissent. Ubi legitimis et consvetis diebus permanendo, praefatosque Thatamer et Petrum filios Michaelis, nec non Ioannem et Stephanum fratres eorundem in Dominium ejusdem introducendo, eandem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibus libet eiusdem, jure ipsis incumbenti Statuissent, perpetuo possidendam, nemine contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes nostras literas privilegiales pendentis sigilli munimine roboratas, duximus concedendas; datum quinto Decimo die diei statutionis ante dictae, anno Domini 1406. praenotato.

[1]) Din acest Thatomir seu Tatul şi-trage originea familia nobilă Mihálka din Ialova. Literile aceste cu alte cinci s'au transscris in anul 1765. 21. Marţiu prin Conventul din Lelesz in favorul alor 22. membri ai familiei numite altcum şi Cionca, dintre carii trei anume Vasiliu, Vasiliu preotul şi fiul lui Nicolae erau atunci cu locuinţa in Apşa de jos.

[2]) Conventul din Lelesz (Actorum anni 1765. Num 20.) Tot acolo („Elencho ab Ao 1433. usque An. 1499. inclusive l. 1. Anni 1443.) se află următoriul estras: „Item actorum huius anni, eodem No anno tamen 1439. inquisitoriae pro Michaele Stojka de Kricsfalva, ac Ladislao, Petro et Benedicto filiis Thomae Santa de eadam contra Thatul Valachum de Ilhocz, possessionem ipsorum Darva, jure haereditario ad dictam Kricsfalva spectantem, occupantem".

80.

1406. 12. Juni. Hacza(?) Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea nobililor din Kerepecz in contra ducelui Podoliei Theodor, comitelui din Beregh, care din possessiunea numită a luat cu violenţiă 40. de care de fěnu, a mănat din arătură 5 cai ai lor, şi pe servitorii i-a maltratat. Faptul ce se ţine de occupare violentă, se aflá adeverat.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatie, Croatiae ac Marchio Brandenburgensis etc. Fidelibus suis Conventui de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Gregorii filii Benedicti, Stephani filii Dominici et Georgii filii Andreae, Ladislai filii Ioannis, et alterius Ladislai filii Doba de Kerepecz quomodo Theodorus Dux Podoliae, Comes Comitatus de Beregh pridem videlicet in anno, Cuius iam tertia instaret revolutio annualis, de territorio dictae Possessionis eorum Kerepecz quadriginta currus foeni deportari fecisset, et demum in quadragesima nunc proxime praeterita eandem Possessionem ipsorum Kerepecz cum omnibus suis utilitatibus occupari, et insuper dictum Gregorium enormiter verberari et omnibus suis bonis spoliari et signanter ab ipso unum equum suum auferri, his etiam non contentus pridem circa festum Pascae Domini nunc proxime praeteritum Idem Dux Podoliae de aratro eorundem Nobilium quinque equos auferri et duos rectores eiusdem aratri enormiter verberari fecisset propria sua potentia mediante in praeiudicium eorumdem valde magnum. Super quo fidelitati Vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Iohannes filius Emerici de Krysanow, aut Cosmas filius Nicolai de eadem, vel Thomas sive Brictius de Kis-Dobra, sin Demetrius de Gorsa, aliis absentibus homo noster experta prius praemissorum veritate, evocet praefatum Theodorum Ducem Podoliae contra annotatos Georgium filium Andreae et Ladislaum filium Daba in nostram praesentiam ad terminum competentem rationem de praemissis reddituros efficacem, Et post haec ipsarum inquisitionis et evocationis seriem cum Nomine evocati termino asignato Nobis fidelitet rescribatis. Datum in Hacza feria tertia proxima post festum Corporis Christi. Anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo Sexto

Fidelibus suis Conventui de Lelesz, pro Gregorio et Stephano, filiis Dominici de Doba et aliis intra scriptis Inquisitoriae et Evocatoriae. Nos igitur mandatis Vestrae Excellentiae obedire cupientes, ut tenemur, una cum praefato Brictio de Kis-Dobron homine vestrae Meiestatis unum ex nobis videlicet fratrem Petrum Presbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem ex inde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in dicto comitatu de Beregh pariter procedendo ab omnibus Nobilibus scilicet et ignobilibus ac ab aliis cuiusvis status et conditionis hominibus, quibus decuisset et licuisset, palam et latenter diligenti inquisitione praehabita talem de praemissis fecissent et comperissent veritatem: quod praemissa facta potentiaria per annotatum Theodorum Ducem temporibus quibus supra, facta et perpetrata fuissent, de numero tamen et quantitate praedictorum curruum foeni et aliarum rerum ablatarum a rei recitatoribus veritatis certitudo non constitisset, quodque ipse Dominus Dux praedictam Possessionem Kerepecz, non in toto, sed partes et particulas terrarum ad ipsam spectantium fecisset occupari potentia mediante, in praeiudicium dictorum nobilium valde magnum, peractaque inquisitione feria sexta proxima post festum Beati Barnabae Apostoli proxime praeteritum memoratum Dominum Theodorum Ducem in Possessione sua Chamanya Vocata, contra annotatos Gregorium filium Benedicti, et Georgium filium Andreae et Ladislaum filium Daba de Kerepecz ad octavas festi Beati Iacobi Apostoli nunc venturi Vestrae Sublimitatis in praesentiam evocassant, rationem de praemissis reddituros efficacem. Datum secundo Die dictae evocationis antedictae. Anno Domini supradicto.

Conventul din Lelesz. (Prot. Actorum B. B. I. No 15.) Copia de la Theodor Lehoczky.

81.

1406. 7. Decembre. Lõcse. Donaţiunea nóua a regelui Sigismund dată nobililor Joan fiul lui Vlad, Vanna fiul lui Vancia, şi Vancia fiul lui Slav peste moşiile Apşa de sus, Apşa de mijloc, şi partea a treia a Apşei de jos, carele au fost şi sunt d'in vechime şi de mulţi ani in possessiunea pacinică a nobililor numiţi, dér literile lor privilegiale, intre altele şi donaţiunile regelui Ludovic s'au nemicit impreună cu căsile lor, predate şi arse cu occasiunęa invasiunei Moldovenilor, precum adeveresc literile celor cinci oppide regesci, vecinii cu dĕnşii.

Relacio Stibory voiwode.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri romani Impery vicarius generalis et regni Bohemie gubernator. Memorie commendamus per presentes, quod in nostre presenciam venientes maiestatis fideles nostri Nobiles viri Yuan filius Vladi, Vanna filius Vanchonis de Apcha, ipsorum et similiter fidelis nostri nobilis viri Vanche fily Slaui[1]) de eadem Apcha nominibus et in personis retulerunt exponendo dolenter, quomodo olym sinistra fortuna eis arridente (sic) donacionis littere privilegiales felicis recordacionis domini Lodovici Hungarie et aliorum predictorum regnorum nostrorum regis, patris et soceri nostri carissimi et inmediati predecessoris eisdem nobllibus Yuanne, Vanne et Vanche proximis et consangvineis super possessionibus ipsorum superior et media Apcha vocatis et tercia parte inferioris Apche in Comitatu Marmorusiensi existentibus, ipsorumque Iuribus proprietatibus et pertinencys universis graciose concesse, confecte et emanate in ipsorum nobilium domibus casualiter ex incensione et ex preconcepta malicia facta per non nullos nostros et regni nostri Hungarie emulos infideles et invasores de Muldwa, more latrocinio procedentes cum alys eorundem nobilium Iuribus et munumentis (sic) copiosis super premissis ipsorum possessionibus et porcionibus possessionarys confectis, inter cetera ipsorum nobilium bona perdita et in predam deducta combuste fuissent, mediantibus quibus litteris privilegialibus predicti nobiles prenotatas ipsorum possessiones et porciones possessionarias pacifice et quiete actenus tenuissent, habuissent et possessissent. Et quamquam predicti nobiles nostri fideles in reali et corporali

possessione dictorum bonorum Iuriumque et pertinencyarum earundem a multis temporibus et annis continue retroactis fuissent et essent, timerent tamen predicti nobiles propter huiusmodi litterarum privilegialium combustionem et carenciam Iurium et munimentorum suorum in futurum turbari posse et molestari. Super quibus quidem exposicione et relacione combustionis litterarum privilegialium predictarum modo premisso et nominibus quibus supra coram nostra celsitudine factis ut prefertur ad ostendendum veritatem premissorum in vim probacionis legittime litteras efficaces opidorum nostrorum regalium Sigeth, Longiprati, Techew, Wischk et Hawsth commetaneorum suorum produxerunt et exhibuerunt supplicaveruntque culmini nostre maiestatis humiliter et devote nobiles et fideles nostri predicti, quatenus graciam eisdem facientes specialem, ipsos in ipsorum Iuribus possessionum et porcionum possessionariarum predictarum conservare graciosius dignaremur, quem ad modum prefatus dominus Lodowicus rex eosdem nobiles conservasset, combustione litterarum predictarum et carencia jurium predictorum non obstante, et easdem possessiones superior et media Apcha vocatas et terciam partem inferioris Apche predicte cum ipsorum juribus, proprietatibus et pertinencys universis ipsis nobilibus eorumque heredibus et posteritatibus universis novo donacionis tytulo conferre et super hys litteras donacionis et collacionis huiusmodi novas concedere dignaremur. Nos igitur veritate comperta premissorum et per litteras opidorum nostrorum predictorum de combustione litterarum predictarum sufficienter instructi, consideratisque fidelibus servicys quibus nobis et corone regni nostri predicti nobiles in prosperis et adversis actenus studuerunt complacere et in futurum complacebunt, iustis et Iuri consonis supplicacionibus eorumdem nobilium Yuani fily Vladi, Vanne fily Vanchonis et Vanche fily Slaui de superiori et media Apcha vocatis Maiestati nostre porrectis regia pietate exauditis pariter et admissis, easdem possessiones videlicet superiorem et mediam Apcha et terciam partem inferioris Apche tam quam porciones eorum possessionarias cum ipsorum juribus proprietatibus et pertinencys universis ipsis nobilibus Yuane filio Vladi, Vanne filio Vanchonis et Vanche filio Slaui eorumque heredibus et posteritatibus universis sub veris et antiquis ipsarum possessionum metis, per ipsos nobiles actenus legittime possessis nove nostre donacionis tytulo et omni eo Iure quo nostre incumbit collacioni, dedimus, donavimus et in ewum contulimus, presenciumque vigore damus, donamus et pleno jure conferimus, per ipsos nobiles eorumque heredes posteros et

superstites universos perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas, pariter et habendas, presencium litterarum nostrarum, quas eis super hoc concedimus ex gracia speciali, potrocinio mediante, Salvo tamen jure alieno, Presentes vero dum nobis fuerint reportate, pro eisdem nobilibus ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in formam nostri privilegy redigi faciemus. Datum in Leucha in vigilia concepcionis beate Marie virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexto[2]).

[1]) Slav e nume de botez, provine şi in familia Asaniḑilor, probabil e identic cu Şierban=Servian, seu cu Vladislav.

[2]) D'in originalul scris pe pergamen, bine conservat şi provezut cu sigil imprimat; acésta nóuă donaţiune impreună cu cea de tot conformă d'in anul 1407. 6. Aprilie forméza titlul de nobilitatea donatariă şi titlul de propietate la moşiile Apşa de mijlocu şi Apşa de jos, care sunt şi astăḑi in proprietatea descendenţilor donatarilor, anume a familielor nobile: Dan, Mihályi, Huzeu, Ivancsuk, Siman, Popşa, Kozup, Wlad, Opriş, Ioaniş, Borka, Filip şi Plantiş d'in Apşa de mijlocu şi Apşa de jos, şi a familiei Apşai d'in Uglea. In cursul secolilor a trecut proprietatea moşiei Apşa de sus la familia Poganescilor şi cu schimbarea proprietarilor s'a schimbat şi limba locuitorilor urbarialisti din Apşa de sus in cea ruthenă. (Despre familia Apşai veḑi processul producţional III. 1782/35. in archivul comitatului).

82.

1407. 1. Aprilie. Buda. La mandatul regelui Sigismund Michail fiul lui Opriş şi Michail fiul lui Luca se introduc in posesiunea părtilor din moşia Apşa de jos, fără contraḑicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Conventus Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum Noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas excellentissimi domini nostri Domini Sigismundi Dei Gratia regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. Sacri Romani imperii vicarii generalis et regni Bohemiae Gubernatoris nobis directas, honore quo decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperii vicarius generalis et regni Bohemiae Gubernator fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelez Salutem et graciam. Dicitur Nobis in personis fidelium nostrorum Michaelis filii Oprissa et alterius Michaelis filii Lucae de inferiori Apsa, quomodo ipsi in dominium portionum eorum possessionariarum in dicta possessione inferiori Apsa vocata in Comitatu Maramorusiensi existente habitarum, ipsos

pleno jure concernentium legitime vellent introire, si contradictio cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Pank de Karacsonfalva, vel Leuka de Farkasrev aut de Zopankha aliis absentibus homo noster ad facies praedictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat eosdem utrumque Michaelem in dominium earundem statuatque et relinquat easdem ipsis Michaeli filio Opriss et alteri Michaeli filio Lucae jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra memoratos Michaelem et alterum Michaelem nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem, Et post haec praemissorum seriem ut fuerit expediens Nominibusque Contradictorum et Citatorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima post festum Paschae Domini. Anno ejusdem Millesimo quadringentesimo septimo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Pank de Karacsonfalva homine ejusdem domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi. nobis voce parili retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beati Georgii Martyris proxime praeteritum ad facies dictarum portionum possessionariarum in praedicta possessione inferiori Apsa vocata in dicto Comitatu Maramarosiensi habita existentium, vicinis et conmetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, ubi legitimis et consuetis diebus permanendo, praefatosque Michaelem filium Oppriss et alterum Michaelem filium Lucae in dominium earumdem introducendo, easdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibus libet eisdem Michaeli et alteri Michaeli jure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas, tenendas et habendas, nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas et roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei statutionis antedictae. Anno Domini millesimo quadringentesimo septimo supradicto.

Conventul din Lelesz. (Protocollum Actorum anni 1765. fol. 20. No. 18.)

83.

1407. 6. Aprilie. Buda. Donaţiunea noua a regelui Sigismund dată nobililor Michail fiul lui Opriş şi Michail fiul lui Luca din Apşa peste trei părţi ale moşiei Apşa de jos, care părţi au fost şi sunt din vechime şi de mulţi ani in posesiunea pacinică a nobililor numiţi, dér literile lor privilegiale, intre altele şi donaţiunea regelui Ludovic s'a nimicit impreună cu căsile lor predate şi arse, cu occasiunea invasiunei Moldovenilor, precum adeveresc literile celor cinci oppide regesci vecini cu dĕnsii.

Nos Sigismundus Dei Gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperii vicarius Generalis et Regni Bohemiae Gubernator. Memoriae Commendamus per praesentes, Quod in Nostram praesentiam venientes Maiestatis fideles nostri Nobiles viri Michael[1]) filius Oppriss, Michael filius Lucae de Apcha, ipsorum in personis retulerunt exponendo dolenter, Quomodo olim sinistra fortuna eis accidente, donationis Literae privilegiales felicis recordacionis Domini Lodovici Hungariae et aliorum praedictorum regnorum nostrorum Regis, Patris et soceri Nostri Charissimi et Immediati praedecessoris, eisdem Nobilibus Michaeli filio Oppriz et Michaeli filio Lucae proximis et consanguineis, super portiones tres ejusdem Possessionis Inferioris Apche, in Comitatu Maramarusiensi existentis, ipsorum Iuribus proprietatibus et pertinentiis universis gratiose Concessae, confectae et emanatae, in ipsorum Nobilium domibus Casualiter ex incensione et ex praeconcepta Malitia facta per non nullos nostros et Regni Nostri Hungariae aemulos Infideles, et invasores de Moldauia more Latrocinio procedentes, cum aliis eorundem Nobilium Iuribus et munimentis Copiosis super praemissis Ipsorum Portione Possessionaria-Confectis, inter Caetera Ipsorum Nobilium Bona perdita in praedam deducta, combustae fuissent, mediantibus quibus Literis privilegialibus praedicti Nobiles praenotatas Ipsorum portiones possessionarias pacifice et quiete hactenus tenuissent, habuissent et possedissent, Et quamquam praedicti Nobiles Nostri fideles in reali et Corporali possessione dictorum Bonorum Iuriumque et pertinentiarun eorumdem, a multis temporibus et Annis Continue retroactis fuissent et essent, Timuerunt tamen praedicti Nobiles propter hujusmodi Literarum privilegialium Combustionem et

Carentiam Iurium et munimentorum suorum in futurum turbari posse et molestari. Super quibus quidem expositione et relatione Combustionis Literarum privilegialium praedictorum modo praemisso et nominibus quibus supra Coram nostra Celsitudine facta ut praefertur, ad ostentandam veritatem praemissarum in vim probationis legitimae, literas efficaces Opidorum nostrorum Regalium Sziget, Longiprati, Techeu, Wisk, Huszth, Commetaneorum suorum produxerunt et exhibuerunt, Supplicaveruntque culmini nostrae Majestatis humiliter et devote Nobiles et fideles nostri praedicti, quatenus gratiam eisdem facientes specialem, ipsos in ipsorum Iuribus portionum possessionariarum praedictarum Conservare Gratiosius dignaremur, quem ad modum praefatus Dominus Lodovicus Rex eosdem Nobiles conservasset, Combustione Literarum praedictarum et Carentia jurium praedictorum non obstante, et easdem portiones Inferioris Apche praedictae partes tres cum ipsorum juribus proprietatibus et pertinentiis universis, Ipsis nobilibus eorumque haeredibus et posteritatibus universis novae Donationis Titulo Conferre, et super his Literas Donationis et Collationis hujusmodi novas concedere dignaremur. Nos igitur veritate comperta praemissorum et per litteras Oppidorum nostrorum praedictorum de Combustione literarum praedictarum sufficienter instructi, consideratisque fidelibus serviciis, quibus nobis et Coronae regni nostri praedicti Nobiles in prosperis et adversis hactenus studuerunt Complacere, et in futurum Complacebunt, justis et juri consonis supplicationibus eorumdem Nobilium Michaelis filii Oppriz, et Michaelis filii Lucae de Inferiori Apcha Majestati nostrae porrectis, Regia pietate exauditis pariter et admissis, easdem portiones tres videlicet Inferioris Apche tamquam portiones eorumdem possessionarias cum ipsorum juribus proprietatibus et pertinentiis universis ipsis Nobilibus Michaeli filio Oppriz, et Michaeli filio Lucae, eorumque haeredibus et posteritatibus universis sub veris et antiquis ipsarum possessionum metis per ipsos Nobiles hactenus legitime possessis Novae donationis titulo, et omni eo jure, quo nostrae incumbit Collationi, dedimus, donavimus et in aevum contulimus, praesentiumque vigore damus donamus et pleno jure conferimus, per ipsos nobiles, eorumque haeredes posteros, et superstites universos, perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas. Praesentium literarum Nostrarum, quas eis super hoc concedimus ex Gratia speciali Patrocinio mediante, Salvo tamen Iure alieno. Praesentes vero dum nobis fuerint reportatae pro eisdem Nobilibus ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis in formam nostri privilegii redigi faciemus,

Datum Budae feria quarta infra octavas Paschae. Anno Domini Millesimo quadringentesimo septimo. Relatio Pavli Bani[2]).

[1]) In ani 1763—1768. la producţiunea nobililor donatari din Apşa de mijlocu, intre alţi nobili, moşul moşului meu Jonaş Mihai, care a ămblat in causa Apşenilor la Imperetésa Maria Theresia in Posoniu in ḑilele incoronărei ei de Regina Ungariei, a produs donaţiunea acésta impreună cu cea din 1406. 7. Decembre stilizată conform cu asta, mai incolo a produs doue litere de introducere din anul 1407. apoi diplomele din anii 1419., 1426., 1427., 1428., 1429., 1456., 1480. şi altele. Că resultatul acestei producţiuni aflăm in Archivul Comitatului (protocollum productionis Nobilium donatariorum Annis 763—769. elaboratum pag. 29. Urmatóriele:

„Combinatis proinde praedeductis Literalibus Instrumentis, cum eveniet manifestissime 1^{mo} Ivan filium Vladi et Vanna Vankonis, seu Vancsonis, nec non Vancsa filium Slavi sive Slavonis, ac Michaelem filium Oprisa et alterum Michaelem filium Lucae de Apsa penes donationem Sigismundi Regis nemine contradicente dominium Possessionum integrarum Felső- et Középső ac 3^{ae} partis Inferioris Apsa seu apprehendisse seu continuasse, consequenter ipsos Donatarios Nobiles extitisse, uti exhibent Instrumenta N^{ris} 1^{0}, 2^{0}, 3^{0} et 4^{0} signata. — 2^{0} Ivan seu Ioannem filium Vlad cognomen Huzeu ad posteritates postea transmissum assumsisse docent Instrumenta No 6^{0}, 10^{0} et 14^{0} notata; reliquis autem tribus producentibus familiis ad distinctionem linearum more gentis Valachicae Nomen Patris Baptismale pro cognomine assummere solitae, diversa cognomina a diversis donatariis stipibus venisse et quidem familiae Mihaly cognomen hoc Mihaly a Michaele filio Opris, familae Ivancsuk seu Vancsuk a Vancsone, familiae denique Siman a Simeone filio Vancso cognomen adhesisse, ac taliter nomina baptismalia Michael, Vancsuk et Simeon in cognomina transiisse demonstrant instrumenta No 9^{0}, 11^{0}, 16^{0}, 17^{0} et reliqua. Ac proinde penes retentionem praeattactorum cognominum, actuale item bonorum donatorum possessorium et usum Nobilitarem continuam, cupiunt ultranee etiam pro nobilibus donatariis recognosci. Fiscus opponit nihil. — Votum deputationis: Remonstrato in possessionibus Also et Középső-Apsa actuali jure paterno avitico penes donationem Sigismundeam usumque nobilitariam continuam, praenominatas quatuor familias Huzeu, Mihaly, Siman et Vancsuk seu Ivancsuk earumque praespecificatos homines ultro etiam pro nobilibus donatalistis recognosci . . . . .

[2]) Conventul din Lelesz. (Prothocollum Actorum anni 1765. fol. 20. No. 18.)

84.

1407. 28. Mai. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Wana și Sandor fiilor lui Wlad, Wancha fiului lui Zlaw, Wanna fiului lui Wancha d'in Apșa de mijloc in posesiunile Apșa de sus, Apșa de jos și partea posesiunei d'in Apșa de mijloc. Introducerea s'a intĕmplat fără condradicere prin Pank (Panteleimon) d'in Crăciunesci.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Conventus Ecclesie sancte Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras Excellentissimi Domini nostri Sigismundi Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. Sacri romani Impery vicary generalis et regni Bohemie Gubernatoris, nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba: Sigismundus Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Impery vicarius generalis et regni Bohemie Gubernator fidelibus suis Conventui de Lelez salutem et Graciam. Dicitur nobis in personis Wana et Sandor fily Wlady et Wancha fily Zlauonis[1]), nec non Vanna fily Vancha de Apsa mediocri, quod ipsi in dominium quarumdam possessionum Apsa superioris et Apsa inferioris nec non porcionis possessionarie, similiter in possessione tercia Apsa vocatarum, in Comitatu Maramarosiensi existencium, ipsos justo titulo concernentium legitime vellent introire, si contradictio cuiuspiam non obviaret ipsis in hac parte. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Pank de Karachonfalva, Koztha dictus de Ffeyer, aut Papfyakoztha de Leuechey (sic), vel Michael Nemes de Scelistha, sin Ianka dictus de Lezyuga (sic), neve Chodur dictus de Zarwazow, aut Koztha de eadem, alys absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum et porcionis possessionarie vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Vana, Sandor, Vancha nec non Vanna in dominium earundem, statuatque easdem eisdem Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint citet ipsos contra prefatos Vana, Sandor et Vancha nec non Vanna nostram in presenciam ad terminum competentem racionem

contradiccionis eorundem reddituros, et post hec ipsius possessionarie introductionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria tercia proxima post festum corporis Christi. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo Septimo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Pank de Karachonfalva homine ejusdem Domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Iacobum presbyterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi nobis voce concordi retulerunt, quod ipsi in festo visitacionis beate Marie virginis proxime preterito ad facies predictarum possessionum et porcionis possessionarie vicinis et commetaneis suis universis, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ubi ac in quarum possessionum et porcionis possessionarie faciebus ligitimis et consuetis diebus permanendo prefatosque Vana, Sandor et Vancha nec non Vanna in dominium ipsorum intreducendo easdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis eisdem Iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhemnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas et roboratas duximus concedendas. Datum Quinto decimo die diei statucionis prenotate. Anno Domini millesimo Quadringentesimo septimo prenotato[2]).

[1]) Filii Zlawi: acest nume se amintesce rar, un Slav era despot in Bulgaria pe la anul 1222. (Dr. Wertner: Délszláv uralkodók. p. 151.)

[2]) D'in originalul scris pe pergamen; sigilul pendente al conventului lipsesce.

85.

1408. 16. Februar. Sziget. Petru de Peren Comitele Secuilor şi al Maramureşului adeveresce că Lachk şi Draguş din Bărsană au produs inaintea adunărei Comitatului literile lor, din care reese, că strămoşul lor Stanislau Kinezul a primit in donaţiune de la regele Carol in anul 1326. moşia Strĕmtura numită altcum şi Bărsana, dĕnşii au fost introduşi in posesiunea moşiei, pentru acea moşia remăne şi mai in colo a lor.

Nos Petrus de Peren alias Comes Siculorum et inter caeteros Honores Comes Maramarosiensis, memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit universis. Quod in congregatione

Nostra Generali Universitatis Nobilium dicti Comitatus Maramarosiensis feria sexta, proxima post festum purificationis Beatae Marie Virginis prope oppidum Szigeth celebrata, in qua scilicet Congregatione Serenissimus et Magnificus Princeps Dominus Sigismundus Rex Dominus Noster Gratiosus cunctorum Nobilium et aliorum possessionatorum hominum universa litteralia instrumenta et quaelibet possessionaria munimenta revidere et examinare jussit firmiter et districte[1]), Lachk et Dragus de Barczanfalva praesente Magistro Georgio de Bohod Notario et Procuratore dicti Domini Nostri Regis per Ipsum Dominum Nostrum Regem ad dictam instrumentalem revisionem specialiter deputato, ac instrumenta eorum per Ipsos exhibere postulante, personaliter ad Nostram veniendo praesentiam, quasdam duas litteras, unam olim Domini Caroli Regis Anno Verbi incarnati Millesimo Tercentesimo Vigesimo Sexto, Decimo Calendas Octobris, Regni autem sui Anno similiter vigesimo sexto, sub majori et priori sigillo suo dupplici, et aliam Conventus Ecclesiae de Lelesz quinto decimo die feriae quartae proximae post festum Beatorum Tiburtii et Valeriani Martyrum proxime praeteritum ambas privilegialiter editas, Nostrum produxerunt in conspectum. Quarum prima dicti scilicet Domini Caroli Regis Privilegialis littera manifestabat: quod idem Dominus Carolus Rex quandam terram suam Zurdok vocatam in districtu Maramorosiensi existentem, et ad suam Regiam Collationem pertinentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet sub Metis et terminis, quibus usque tunc tenta fuisset et possessa, Stanislao Kynezio filio Leu, et per eum suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus pro ejusdem Stanislai fidelibus servitiis dedisset, donasset et contulisset Jure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam nullo Jure suo in eadem reservato, sed in toto eandem in dictum Stanislaum et suas posteritates more et lege Nobilium Regni sui transferendo. Series autem alterius videlicet dicti conventus modo simili privilegialis litterae praedictos Lachk et Dragus in Dominium dictae possessionis Zurdok alio nomine Barczanfalva vocatae per Regium et dicti conventus homines litteris in eisdem nominatos, et ad Regium litteratorium Mandatum transmissos, praesentibus vicinis et commetaneis ejusdem in praedicta feria quarta ante festum Beatorum Tiburtii et Valeriani Martyrum statutos fuisse declarabat. Quibus exhibitis praefati Lachk et Dragus allegarunt eo modo, ut ipsi essent filii Ivan, filii Rad, filii praedicti Stanislai, filii Leu, dictusque quondam Stanislaus Praedecessor ipsorum alio nomine Borzan fuisset binominatus,

et sic praescripta terra Zurdok appellata, post descensum dicti quondam Stanislai alio nomine Borzan vocati, ab illo nomine Borzan tanquam binominii sumpsisset vocabulum Borzanfalva[2]), et sic eis in praemissis de remedio supplicarunt providere oportuno. Verum quia dicta possessio Zurdok alio nomine Borzanfalva nuncupata per praefatum Dominum Carolum Regem eidem quondam Stanislao, et suis posteritatibus in perpetuum data et collata, ac tandem per dictos Regium et Conventus homines eisdem Lachk et Dragus nemine contradictore apparente statuta fuisse ex praemissis litteris evidenter adinveniebatur, Pro eo Nobilium juratorumque Assessorum nobiscum assedentium inducti Consilio praematuro, possessionem memoratam jam dictis Lachk et Dragus eorumque posteritatibus universis, veluti ex praemissis eis justitia suffragatur, relinquimus, et committimus in perpetuum possidere, salvis juribus alienis. In cujus rei memoriam praesentes concessimus litteras pendentis sigilli Nostri munimine roboratas eisdem Lachk et Dragus justitia suadente. Datum nono die Congregationis nostrae praedictae in loco memorato. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octavo[3]).

[1]) Acésta era prima investigaţiune generale a nobilimei din Comitat. Numerul Nobilor era şi pe atunci aşiă mare, incăt regele a aflat de lipsă se se cerceteze documentele fiesce căruia. Durere! că din acésta cercetare numai dóue litere ne-a remas, asta şi cea urmatóriă, despre dóue moşii vecine. Astfeliu de investigaţiuni s'a făcut apoi adeseori, mai ales in secolul XVIII. după mandatul regelui Carol III. din anul 1735. după desmembrarea Maramureşului de cătră Transilvania, unde era incorporat in decurs de dóue secole. (Decretul anului 1715. art. 92.) Sumarîul elaboratelor (in concepte) se află in archivul comitatului sub aceste titule:

a) Productio nobilium Anni 1752.

b) Protocollum Productionis Nobilium Donatariorum Annis 1763—1768. elaboratum.

c) Protocollum productionis Nobilium Armalistarum annis 1763 -1769. elaboratum.

d) Nova productio in Ao 1767. die 20. Januarii inchoata Armalistarum.

e) Registrum ad uberiorem Probam relegatorum Annis 1763—1768. elaboratum.

Din bună voinţa a archivariului Francisc Örlösy sum in stare se amintesc tóte familiele atinse in aceste protocólle şi anume in Bărsană şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Bărsan (1408.) Rad, Hodor (1491.) Nemes (1450.) Pap alias Petrişor (1673.) in anii 1763—1768. familia: Corul (1326.) N. B. Numerul inchis in parenthese insemnéza anul documentului la care s'au provocat producenţii.

[2]) Strĕmtura şi Bărsană sunt dóue Sate vecine lăngă riul Iza, despărţite de o lalta ăncă de la inceputul secolului XV. (1411.) Inainte de acea erau sub una şi acea-şi stepănire. Sat mai vechiu va fi fost Bărsană, avĕnd in marginea satului

un deal cu un platou larg și frumos, care se numesce si ađi cetățiea. E probabil ca aci era moșia românéscă numită Varalja (sub cetate) amintită in diploma d'in anul 1360. 14. Mai. La Strĕmtura s'au aflat in anul 1885. fragmente de diverse obiecte de bronz, și o massă topită din astfeliu de obiecte.

[8]) S'a publicat prin Fejér. Codex diplom. VIII. 6. pag. 91. și prin N. Densușan. Documente I. pag. 596.

86.

1408. 21. Februar. Sziget. Hank și Vladamer fii lui Vanchuk și Ioan fiul lui Hank români d'in Vâncesci adeverind inaintea congregațiunei Comitatului, drepturile lor la partea de moșiă Waralya altcum numită Vâncesci se introduc in possessiunea acelei moșiă fără contrađicere.

Nos Petrus de Peren alias Comes Siculorum et inter ceteros honores Comes Maramorosiensis memorie commendantes Tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum de congregacione nostra generali universitatis nobilium dicti Comitatus Maramorosiensis feria sexta proxima post festum purificacionis virginis gloriose ex speciali regio edicto prope civitatem Zygeth vocatam, celebrata, ad instantem peticionem Hank et Vladameri filiorum Vanchuk, ac Iohannis fily dicti Hank volachorum de Wanchokfalva, una cum religioso viro fratre Iacobo sacerdote homine Conventus ecclesie de Lelez nostrum videlicet et regium hominem magistrum Stephanum Litteratum dictum de Sempeid ad infrascriptam possessionariam Statucionem duxissemus destinandos, demum ydem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, Quod ipsi die dominico proximo post festum beati Valentini martyris decimo scilicet die congregacionis nostre predicte ad faciem medietatis possessionis Varalya nominate in terra Maramorosiensi existentis, que medietas ut dicitur alio nemine Vanchokfalva nominaretur, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, eandem medietatem cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis memoratis Hank, Vladamero ac Iohanni ipsorumque posteritatibus quibuslibet Iure ipsis incumbenti nullo penitus contradictore inibi apparente Statuissent perpetuo possidendas, de hinc memoratus Iohannes filius Hank suo ac eiusdem Hank et Ladameri

nominibus in huius documentum, ut dicta medietas ante fate possessionis Waralya vocate eorum sit et fuerit hereditaria, Quasdem litteras olym domini Lodovici regis, Anno Domini Millesimo tercentesimo sexagesimo, Sexto Kalendas Iuly, regni antem sui Anno decimo nono editas sub maiori suo sigillo duplici confectas, habentes in se seriem et continenciam aliarum litterarum confirmacionem dicti Domini Lodovici regis patencium, Tyrnavie in festo asscencionis Domini in predicto anno millesimo tercentesimo sexagesimo exortarum, nostro curavit judiciario conspectu exhibere, inter cetera nos eatenus informantes, quod idem Dominus Lodovicus rex medietatem occidentalem dicte possessionis Waralya in terra Maramorosensi adiacentis cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis nove sue donacionis titulo sub suis metis veris et antiquis, memorato olym Wanchok filio Farkstan et per eundem suis heredibus universis sub mere et sincere nobilitatis vocabulo contulisset et donasset perpetuo possidendam, salvis juribus alienis. Quarumquidem litterarum exhibicionibus, ac dictorum nostri et Conventus hominis relacione factis, idem Iohannes filius Hank sibi et alys quibus supra prius inprimisque de medio postulavit providere opportuno, verum quia memoratus idem Dominus Lodovicus rex dictam medtetatem occidentalem annotate possessionis Waralya vocate Iam dicto olym Vanchok filio Farkstan et suis heredibus in perpetuum contulisse nuncque ydem noster et dicti Conventus homines, convocatis vicinis et commetaneis dicte possessionis Waralya universis, dictam medietatem ipsius, antefatis Hank, Ladamero ac Iohanni ac ipsorum successoribus, nemine contradictore apparente, similiter in perpetuum possidendam statuisse ex premissis sufficienter reperiebantur, nobis eciam nunc cunctis ad dictam congregacionem nostram confluentibus et adherentibus publicari et promulgari facientibus, sicut prius sic et nunc nullus possessionarie statucioni predicte contradictor alienabat, pro eo nobilium Iuratorumque assessorum dicte nostre congregacionis quesito et inducti consilio saniori, predictam medietatem occidentalem antefate possessionis Waralya vocate, ut premittitur, memoratis Hank, Ladamero ac Iohanni Statutam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis eisdem Hank, Ladomero ac Iohanni ipsorumque heredibus universis Iure ipsis incumbenti, relinquimus et committimus in perpetuum possidere, tenere pariter et habere, auctoritate nostra Iudiciaria mediante, Salvis juribus alienis. In cuius rei memoriam litteras nostras pendentis sigilli nostri munimine valituras eisdem Hank, Ladamero ac Iohanni duximus concedendas, communi

Iustitia suadente. Datum quindecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato. Anno Domini millesimo quadringentesimo Octavo.

D'in original scris pe pergamen, și provezut cu sigil pendente la Joan Jura. (Veḍi și diploma d'in anul 1360. 14. Mai.) — Din Văncesci și-au produș nobilitatea in anul 1752. familiele: Jura (1508.) Griger (1647.) Vancia (1366.) Godsia (1654.) Danciul (1469.) Draguș (1652.).

87.

1408. 16. Septembre. Magday(?) Mandatul regelui Sigismund cătră Conventul din Lelesz, că de órece Luca fiul lui Laurențiu, Joan, Egidiu și Stefan fiii lui Luca din Baranya au perdut documentele lor atingătórie de moșia lor Baranya, de curtea lor in oppidul Huszt, și de móra lor pe apa Husztului, se se cerce pariele acelor documente, și se se dee numiților in forma de transscript.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani imperii vicarius generalis et Regni Bohemiae gubernator, fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz, Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Lucae filii Laurentii et alterius Laurentii, Ioannis, Egidii et Stephani filiorum ejusdem Lucae de Baranya, quod quaedam literalia eorum instrumenta, factum possessionis ipsorum Baranya praedictae, necnon fundi curiae in Civitate seu oppido nostro Hust vocato habiti, ac molendini in fluvio similiter Hust vocati decurrentis, in Comitatu Maramarusiensi existentium deperdita et alienata haberentur, quorum paria in sacristia seu conservatorio dictae Ecclesiae vestrae more solito reposita haberentur, quae nunc pro tuicione dictorum jurium suorum plurimum forent necessaria, Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus dicta literalia eorum instrumenta, factum jurium praedictarum possessionis, fundi et molendini tangentia, diligenter requirere et reinvenire faciatis, requisitorumque et reinventorum si praefatos Lucam, Laurentium, Ioannem, Egidium et Stephanum rite et legitime tangere agnoveritis, ex tunc tenorem eorundem in transcripto literarum vestrarum concedatis eisdem ad cautelam. Caventes tamen ne fraus et dolus aliqualis eveniat in hac parte. Aliud non facturi. Datum sub castro nostro Magday (?) vocato feria tertia proxima post festum

exaltationis sanctae Crucis. Anno Domini millesimo quadringentesimo octavo. Fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz, pro Luca filio Laurentii de Baranya et aliis infra scriptis. Requisitoriae.

Conventul din Lelesz (Actorum A. 1408. No. 14. B. B. I. pag. 215.)

88.

1409. 22. Sept. Buda. La mandatul regelui Sigismund Nicolau şi Stanislau fiii lui Stanislau, precum şi alt Nicolau şi Dionisiu fiii lui Stefan din Urmezeu se introduc in posesiunea moşiei Urmezeu.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris. Conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz, Salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras excellentissimi Domini nostri, Domini Sigismundi Dei Gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperii Vicarii generalis et Regni Bohemiae gubernatoris (sic) fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz, Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Nicolai et Stanislai filiorum Stanislai, ac alterius Nicolai et Dyonissii filorum Stephani de Urmezeu, quod ipsi in Dominium ejusdem possessionis eorum Urmezeu vocatae in Comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos omni jure concernentis, legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Paulus de Velethe, vel Demetrius de Petnehaza, sin Iohannes filius Naan de Zlathina, seu Thatur[1]) de Ialholth, sive Stahan de Ugla aliis absentibus homo noster ad faciem memoratae possessionis vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum Nicolaum, Stanislaum, alterum Nicolaum et Dyonisium in Dominium ejusdem, statuatque ipsam cum universis suis pertinentiis ejis et eorum haredibus jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra eosdem Nicolaum, Stanislaum ac alterum Nicolaum et Dyonisim nostram specialem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros

et post haec ipsius possessionariae introductionis et Statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint terminoque assignato eidem nostrae speciali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae die Dominica proxima ante festum Beati Michaelis archangeli. Anno Domini millesimo quadringentesimo nono.

Nos igitur mandatis dicti Domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Stan de Uglya Homine ejusdem Domini nostri regis unum ex nobis, videlicet Fratrem Franciscum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi nobis voce parili retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beati Martini confessoris proxime praeteritum, ad faciem memorate possessionis Urmező vocatae, vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus acessissent, ubi legitimis et consvetis diebus permanendo praefatosque Nicolaum et Stanislaum, Nicolaum et Dyonisium in diminium ejusdem introducendo, eandem cum universis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eis et eorum haeredibus jure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhennalem praesentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas, duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei statutionis ante dictae. Anno Domini millesimo quadringentesimo nono praenotato.

[1]) Thatur=Thatomir, Stahan=Stan=Costan.
[2]) Conventul din Lelesz. (Statutoriarum Litera V. No. 224.)

89.

1409. 11. Octobre. Csenger. Palatinul ţerei Nicolau de Gara adeveresce, că Petru şi Nicolau fiii lui Sandrin din Dolha au protestat in contra intenţiunei lui Stanislau, Joan Georgiu şi Bogdan fiii lui Joan din Dolha, ca se medilocésca donaţiune regéscă asupra părţilor lor de moşii in Dolha şi Zadnya.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungariae Palatinus et Judex Cumanorum damus pro memoria, quod Petrus et Nicolaus fily Sandrini de Dolha in suis, et dicti Sandrini patris ac Elenae, Mariae, Annae

et Margarethae sororum ipsorum personis in nostram venientes praesentiam, per modum protestationis et prohibitionis nobis significari curarunt in hunc modum, quomodo Stanislaus, Joannes, Georgius et Bogdan fily Ioannis de eadem Dolha portiones ipsorum possessionarias in possessionibus Dolha praedicta et Zadnya habitas, sub nota seu labe infidelitatis a Regia Maiestate pro se impetrassent, ipsosque de iisdem exclusissent, cum tamen in praedicta labe seu nota Infidelitatis minime reperti extitissent, facta itaque huius modi protestatione Iidem Petrus et Nicolaus in personis quibus supra eosdem Stanislaum, Ioannem, Georgium et Bogdan ac alios quoslibet ab occupatione, detentione dictarum portionum possessionariarum, dictumque Dominum Sigismundum Regem a Donatione et collatione fructuumque et quarumlibet utilitatum perceptione vel percepi factione, se in Dominium quovismodo intromissione factis vel faciendis prohibuerunt et inhibuerunt coram nobis publice et manifeste, praesentium testimonio mediante. Datum in Csenger Feria sexta proxima ante Festum Beaty Galli confessoris. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ nono.

Conventul din Lelesz. (Actor. No. 9. Anni 1409.) Copia de la Georgiu Petrovay.

90.

1410. 8. Januariu. Conventul din Lelesz adeveresce, că Thathamir fiul lui Michail din Ialova și frate seu Petru voind se impărtășéscă in drepturile lor de moșiă pe verul lor Stan fiul lui Miroslav, din iubire frățésca i-au dat pentru totdeuna partea a șiesea din moșia lor Ialova.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris. Conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod Thathomyr filius Michaelis de Ilhocz pro se personaliter, ac pro fratre suo Petro uterino sine literis procuratoriis, onus et gravamen ipsius, si idem in eventu confessioni infrascriptae contradicere, aut quovis modo repugnare attentaret, In se assummente, coram nobis constituto, per eundem in sua et ipsius fratris sui personis, viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, Quod ipsi ob dilectionem

fraternalem[1]) Stan filii Miryslow fratris eorum patruelis, Volentes eundem in juribus eorum possessionariis participem afficere, directam sextam partem praefatae possessionis eorum Ilhocz muncupatae, in Comitatu Maramarosiensi sitae et adjacentis, cum omnibus utilitatibus, et quibuslibet ipsius sextae partis pertinentiis, quomodolibet denominatis et apellatis dedissent, donassent et contulissent, imo praefatus Tatomer coram nobis dedit, donavit et contulit annotato Stan filio Myrizlo et suis haeredibus posteris et posteritatibus universis jure perpetuo et irrevocabiliter, ac in sempiternum possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes literas nostras privilegiales, sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas, Datum feria tertia proxima post festum epiphaniarum Domini. Anno ejusdem 1410.[2])[3]).

[1]) In documentele aceste adese-ori intălnim cu exemple vii ale iubirei frățesci, numai d'in acésta potem ințelege, la ce stare insemnată au ajunsu strămoșii nostri in secolii XIV. si XV.

[2]) Conventul d'in Lelesz. (Actorum anni 1765. Nus. 20.) D'in Ialova și-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele Mihalka (1406.) Biben (1668.) in anii 1763—1768. Familia Cionca (1527.)

91.

1410. 20. Februar. Beregszász. Judele curiei regesci adeveresce, că nobila dómna Margareta, veduа voivodului Stefan din Dolha s'a plăns in adunarea comitatului Bereg in contra lui Stanislau, Bogdan și Georgiu din Dolha, că acestii inainte de opt ani au năvălit asupra căsei ei, și luand tóte din casă, au occupat și părțile ei de moșiă in Dolha și Zadnya. Accusații nu s'-au infățioșat inaintea adunărei, și au remasu judecați.

Nos comes Simon de Rozgon Iudex Curiae Domini Sigismundi Dei gratia Regis Hungariae damus pro memoria, quod in congregatione nostra generali universitatis Nobilium Comitatus de Beregh ex Speciali Regia commissione feria quarta proxima post Festum purificationis Virginis Gloriosae prope oppidum Lumperthzaza celebrata, Nobilis Domina Margaretha vocata, relicta quondam Stephani dicti voyvodae de Dolha, de medio aliorum exurgendo proposuit eo modo,

quomodo Stanislaus, Bogdan et Georgius de eadem Dolha post tempus disturbii secundo die festi Beati Nicolai confessoris, cuius octava praeterisset revolutio annualis ad domum suam propriam iruendo, res et bona ac utensilia Domus omnino asportassent, tandem portiones possessionarias ipsam in dicta Dolha et Zadnya concernentes, pro se ipsis occupassent, occupatasque uterentur de praesenti, eo non contenti unum Iobbagionem non habita licentia de portione sua possessionaria, ad porcionem suam in eadem Dolha habitam deduxissent moratur(um) potentia mediante, ex parte quorum iudicium et iusticiam habere vellet jure admittente, qui quidem Stanislaus, Bogdan, et Georgius per eandem nobilem Dominam legitimis diebus ipsius congregationis nostrae coram Nobis legitime exspectati, ad eandem Congregacionem Nostram in praesenciam non venerunt, neque miserunt, unde ipsos in Iudicio commisimus fore convictos, si se rationabiliter non poterunt excusare. Datum quinto decimo die congregationis Nostrae praedictae in loco antefato Anno domini M⁰ CCCC⁰ decimo.

Conventul din Lelesz. (Actor. No. 23. anni 1410.) Copia dela Georgiu Petrovay.

92.

1410. 20. Februar. Beregszász. In congregaţiunea nobililor din Comitatul Bereg, Petru şi Nicolau fiii lui Sandrin din Dolha s'au plâns in contra lui Stanislau, Georgiu şi Bogdan fiii lui Joan, carii cu potere armată au occupat moşia lor Dolha, pe tatăl lor Sandrin l'au arestat, şi in şepte luni l'au ţinut prins, vestmentele nobilei dómne Marus şi ale sororilor ei le a rupt, şi pagube de o mie floreni li-au făcut; pentru acea sunt citaţi inaintea scaunului regesc.

Amicis suis Reveredis conventui Ecclesie de Lelesz comes Symon de Rozgon Iudex Curie Domini Sigismundi Dei gracia Regis Hungarie amiciciam paratam cum honore. Noveritis quod in congregacione nostra generali Universitatis nobilium Comitatus de Beregh ex speciali regia commissione feria quarta proxima post festum Purificacionis Virginis gloriose prope oppidum Lumperthzaza celebrata, Petrus et Nicolaus fily Sandrini de Dolha de medio aliorum exsurgendo proposuerint eo modo,

Quod Stanislaus filius Ioannis de eadem una cum Georgio et Bogdan fratribus suis post concordiam per Dominum nostrum Regem et suos Barones factam, tercio scilicet die festi Beati Nicolaj confessoris in eandem possessionem ipsorum Dolha manibus armatis et potentiarys irruendo, predictum Sandrinum Patrem ipsorum captivassent, captumque in ipsorum vinculis per septem menses conservassent, eandem possessionem ipsorum pro se ipsis occupando, et in super vestimenta nobilium Dominorum Marus et sororum suarum de collo ipsorum delaniari fecissent, in quo facto mille florenorum damna perpessi exstitissent, ex parte quorum iudicium et iusticiam habere vellent iure admittente, Qui quidem Stanislaus Bogdan et Georgius per eosdem Petrum et Nicolaum de Dalha legitimis diebus ipsius nostre congregationis coram nobis exspectatj ad eandem congregacionem nostram in presentiam non venerunt neque miserunt, sed mediantibus alys nostris Iudiciarys judiciose aggravari permittendo, postulando prefatus Petrus sibi et dicto Nicolao fratri suo ex parte prefatorum in causam attractorum per nos in premissis juris equitatem impertiri. Et quia prefatj Incatti ad praemissa contra memoratos Petrum et Nicolaum evocandi fore videbantur, pro eo vestram Amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mathias de Bolth vel Franciscus de Pethlen, aut Ioannes de Crisano, sive Georgius ab eadem, neve Ladislaus filius Fabiani de Orozy, ceu Ladislaus de Homok, an Bartholomeus de Darouch, seu Valentinus de eadem, alys absentibus, homo regius praefatos Stanislaum, Bogdan et Georgium contra memoratum Nicolaum in praemissis peremptorie responsuros rationemque efficacem reddituros ad octavas Festi Beatj Georgy Martyris nunc venturas regiam evocet in presentiam, et post hec ipsius Evocacionis seriem cum nominibus evocati ad easdem Octavas dicto Domino Regi fideliter rescribatis. Datum sedecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato Anno Domini MCCCC⁰ decimo.

Homo Ladislaus filius Fabianj de Orozy, noster Valentinus feria quarta post festum Mathie Apostoli in Borsua, Datum quinta die.

Conventul din Lelesz. Actor. No. 10. Anni 1410.) Copia de la Georgiu Petrovay.

93.

1410. 27. Juni. Buda. Literile regelui Sigismund, prin carele se adeveresce, că Joan fiul lui Ugrin din Komlos şi Bud fiul lui Michail, fiul lui Nicolae numit Dorman din Vajnag au dat pentru tot de una din iubire frăţéscă lui Tatul, fiul lui Michail din Jalova şi fratilor sei Petru, Stefan, Joan şi Stan moşia Técsőpataka cu dóue părţi ale apelor din Valea acésta, şi cu sesiunile ale lui Dorman, de şi aceste tóte prin congregaţiunea generală a comitatului ţinută la mandatul regesc prin Petru de Peren comitele Maramureşan, s'au judecat in favorul numitilor Joan şi Bud.

Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum rex semper Augustus ac Hungariae etc. Rex memoriae commendamus per praesentes, quod Ioannes filius Ugrini de Komlos, de cuius notitia personali Petrus filius Michaelis de Urmező, aulae nostrae juvenis[1]) nos assecuravit, in sua, item Bud filii Michaelis, filii Nicolai dicti Dorman[2]) de Vajnagh personis, cuius onus et gravamen, si ipse temporis in eventu infra scriptis persistere nollet, in se assumpsit, ab una, parte vero ex altera Thatol filius Michaelis de Ilhocz coram nobis personaliter constituti, per ipsum Ioannem Ugrini confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod licet ipse Ioannes et Bud alias in congregatione generali per fidelem nostrum virum magnificum Petrum de Peren pridem Siculorum nostrorum, nunc vero comitatus Maramarosiensis comitem, universitate nobilium et alterius status[3]) dicti comitatus Maramarosiensis hominum ex nostra Commissione celebrata, quandam possessionem Techōpataka vocatam, cum duabus partibus aquae similiter Techōpataka nuncupatae, et sessionibus dicti quondam Dorman a praefato Tatul juridice obtinuerint, ipsaque possessio cum dictis duabus partibus aquae et sessionibus ipsis per magistrum Ladislaum de Scepus curiae nostrae notarium nostrum, et fratrem Iacobum sacerdotem conventus de Lelesz homines statuta fuerit perpetuo possidenda. Tamen ipsi fraternali ducti amore ipsm possessionem Techőpataka[4]) vocatam cum praedictis duabus partibus aquae et sessionibus memorati quondam Dorman praefato Tatul item Petro, Stephano, Ioanni et Stan fratribus suis carnalibus universis simul cum literis adjudicatoriis praefati Petri de Peren ac quibuslibet ipsius pertinentiis et utilitatibus dedissent, tradidissent et perpetuassent, Imo praefatus Ioannes filius Ugrini in sua et dicti Bud nominibus et

personis dedit, tradidit et perpetuavit coram nobis, per ipsos Tatul, Petrum, Stephanum, Ioannem et Stan ipsorumque haeredes universos jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas, hoc etiam specialiter declarato, quod quandocunque praefati Ioannes filus Ugrini et Bud filius Michaelis aut ipsorum haeredes, contra ipsos Thatul, Petrum, Stephanum, Ioannem et Stan, ipsorumque successores ratione dictae possessionis Techőpataka vocata et praescriptarum duarum partium aquae et sessionum quondam Dorman litem moverent seu suscitarent, ex tunc ante litis ingressum contra ipsos in nonaginta marcis denariorum convincerentur et convinci deberent ipso facto, ad quod se et dictum Bud praefatus Ioannes sponte obligavit coram nobis testimonio praesentium mediante. Datum Budae in festo Beatae Regis Ladislai. Anno Domini 1410. Regnorum autem nostrorum anno Hungariae etc. vigesimo quinto, Romanorum vero secundo.[5][6]

1) Tĕnerul Petru fiul lui Michail din Urmezeu era pagiu seu gardist in curtea regéscă, unde au fost primiți atunci și din Maramureș.

2) Dorman=Damianu.

3) Alterius status homines, — acésta espressiune ne aréta, ca atunci nu numai nobilii, dér și ómeni de alt stat au luat parte la congregațiunile comitatului.

4) După literile metale din anul 1411. și salinele vechi lângă valea Kis-Técső, se țineau de Jalova.

5) Conventul din Lelesz. (Actorum Anni 1765. Nus 20.)

6) Din Vajnag și-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Popovics (1595.) Pap (1627.) Demko.

94.

1411. 5. Aprilie. Cașșovia. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Stanislau fiul lui Joan din Dolha, și a fraților sei Joan, Georgiu și Bogdan in posesiunea moșielor Dolha cu tributul ce se iă acolo, Șarkad, Romanpataka și a muntelui Cuc. Petru fiul lui Sandor din Dolha și Joan fiul lui Ugrin din Komlos oprescu introducerea.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus, ac Hungariae etc. Rex fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et gratiam, Cum nos consideratis praeclaris fidelitatibus universisque

gestis et sinceris complacentys fidelis nostri dilecti Stanislai fily Ioannis de Dolha quasdam Possessiones eorum Dolha praedictam simul cum tributo in eadem exigi consveto, necnon Sarkad, Romanpathaca et Kukhavasa vocatas, in comitatu de Beregh existentes, in quarum Dominio progenitores sui pacifice extitissent, per consequens quaeque forent et ipsae de praesenti, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentys per alias litteras Nostras Donacionales exinde confectas, eidem Stanislao et per eum Ioanni nec non Georgio et Bogdan fratribus suis carnalibus ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis novae nostrae Donationis Titulo in perpetuum contulerimus, Ipsosque in Dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime introduci et statui facere velimus, Ideo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes filius Ioannis dicti Makzem de Kisfalud, vel Georgius filius eiusdem, sin Lucas de Posahaza, seu alter Lucas filius Ioannis, sive Gallus de Guthy, neve Ioannes Parvus ne Georgius de eadem Posahaza, aliis absentibus, homo noster ad facies praedictarum porcionum possessionariarum Vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Stanislaum nec non Ioannem, Georgium et Bogdan fratres suos carnales in Dominium earundem, Statuatque easdem eisdem praemisso novae nostrae Donationis titulo ipsis jure incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Stanislaum nostram in praesentiam ad Terminum competentem, rationem contradictionis eorundem reddituros efficacem. Et post haec ipsorum introductionis et statutionis Seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Cassoviae sub sigillo nostro solito in Dominica Ramis palmarum. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ undecimo.

Nos igitur mandatis vestrae excellentiae obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Gallo de Guth homine vestrae excellentiae unum ex nobis videlicet fratrem Vincentium Presbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominica proxima post festum Beati Georgy Martiris proxime praeteritum ad facies praedictarum possessionum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, in quarum quidem possessionum et tributi faciebus legitimis et consvetis diebus perma-

nendo, praefatos Stanislaum, nec non Ioannem, Georgium et Bogdan fratres suos carnales in Dominium earundem introducendo, easdem eisdem cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinencys praemissae novae vestrae Serenitatis Donationis Titulo ipsis jure incumbenti Statuisset perpetuo possidendas, nullo contradictore apparente. Tandem tamen ante emanationem ipsarum Literarum nostrarum Statutoriarum super ipsa Statutione emanari debendarum Petrus filius Sandor de dicta Dolha et Iohannes filius Ugrini de Komlos in nostri personaliter venientes in praesentiam, Ipse siquidem Petrus filius Sandor a Statucione praescriptae Possessionis Dolha cum Tributo ac Romanpathaka et Kukhavasa vocatis, ipse vero Iohannes filius Vgrini a statutione praedictae possessionis Dolha cum tributo, Romanpataka et Kukhavasa vocatis antelatis Stanislao Ioanni, Georgio et Bogdan fienda prohibuissent contradicendo. Propter quod nos memoratum Petrum filium Sandor et Iohannem filium Ugrini contra annotatum Stanislaum ad Octavas Festi Penthecostes nunc venturas vestrae sublimitatis evocavimus in praesentiam, rationem contradictionis eorundem reddituros. Datum feria tertia proxima post festum Beaty Stanislai Martiris. Anno Domini Supradicto.

Conventul din Lelesz (Statutor. D. No 81. anni 1411.) Copia de la Georgiu Petrovay.

95.

1411. 21. Aprilie. Cașșovia. Regele Sigismund conferesce lui Stanislau fiul lui Joan din Dolha, fraților sei Joan, Georgiu, și Bogdan, verilor sei Georgiu și Andrea fiii lui Joan voivod moșiile Rosalia, Șieu, Strimtura, Botiza, Petrova, Leordina, Poenile de sub munți și Cuhea, mai ales pentru mórtea verului lor Michail, fiul lui Elie căḑut in resbelul contra Polonilor.

Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex Memorie commendamus per presentes, Quod nos habentes debitum respectum ad preclara, multipharia fidelitatis et laudedigna obsequia, ac sinceras complacentias fidelis nostri grate et sincere dilecti Stanislai fily Iohannis de Dolha, Quas Idem a dudum

ad nos et sacram coronam fideliter et constanter sub diversitate locorum et temporum, pro nostri honoris exaltacione se temporum diversis fortune casibus contra nostros emulos, presumptuose ac viriliter exponendo zelo ferventi et solicitudine indefessa, gessit et in futurum laudabiliter anhelat exhibere, presertim vero et potissime pro morte condam Michaelis fily Elie patruelis et condivisionalis fratris ejusdem Stanislai de Ilke in expedicione nostra exercituali adversus Polonos personaliter per nos auspice domino instaurata, eisdem pro tunc nostris emulis et rebellibus universis resistente, ibidem in specialibus et fidelibus nostris servicys per eosdem miserabiliter interempti, volentes sibi, quadam speciali . . . . annuere cum favore, Quasdam Possessiones nostras regias Rozaulya, Sayo, Zwrdog, Batyz, Petrowa, Leorgina, Rwzkopolanya et Kohnya vocatas ad presens apud manus ipsius Stanislai, per consequens fratrum suorum subscriptorum in Comitatu Maramorosiensi ut fertur habitas, simul cum universis eorum utilitatibus et pertinencys, utilitatumque et pertinenciarum integritatibus, sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus . . . . memoratis Stanislao, et per eum Iohanni, Georgio et Bogdan fratribus carnalibus, Item Georgio et Andree, filys condam Iohannis Woyvode patruelibus seu condivisionalibus fratribus eiusdem Ipsorumque heredibus et posteritatibus universis de manibus nostris regys dedimus, donavimus et contulimus, Imo damus, donamus et conferimus nostre Maiestatis in hac parte beneplacito perdurante per ipsos, pro eorum descensu, tenendas possidendas pariter et habendas Salvo Iure alieno, harum nostrarum, quibus sigillum nostrum solitum quo videlicet ut rex Hungarie utimur, impressum, et vigore et testimomio literarum, quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam privilegy nostri redigi faciemus. Datum Cassovie feria tercia proxima post dominicam Quasimodo geniti. Anno domini millmo CCCCmo undecimo.

1) Aceste moşii erau ale lui Joan voda, fiul lui Juga voda, care era frate dulce cu Bogdan voda (veḑi diploma din anul 1353.) Joan voda avea afară de acesti doi fii, şi dóue fiice, una cu nume Stana, măritată după Sandrinu Gherheş din Saraseu, altă după Joan din Dolha, astfeliu Stanislau după muma sa avea drept de hereditate la aceste moşii; după părerea lui Georgiu Petrovay (Turul 1893. pag. 76.) din Georgiu şi Andrea se trag familiele nobile Man şi Dunka din Şieu.

2) Din originalul in Archivul familiei Comiţilor Teleky in Gyömrő (El. XX. F. 1. No 31.)

96.

1411. 22. Aprilie. Cașșovia. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Stanislau din Dolha, a fratilor sei Joan, Georgiu și Bogdan, precum și a lui Georgiu și Andrea fiii lui Joan órecăndva voivod in posesiunea moșielor Rosalia, Șieu, Strimtura, Botiza, Petrova, Leordina, Poenile de sub Munți și Cuhea. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi Fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium Notitiam habituris conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelez Salutem in Omnium Salvatore, Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos Literas Excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti ac Hungariae etc. regis nobis directas honore quo decuit, recepimus in haec verba, Sigismundus Dei gratia Romanorum rex, Semper augustus ac Hungariae etc. Rex Fidelibus nostris conventui Ecclesiae de Lelez Salutem et Graciam. Cum nos pro Fidelibus serviciis Fidelis nostri Stanislai de Dolha eidem et per Eum Iohanni, Georgio et Bogdan Fratribus suis carnalibus, item Georgio et Andrea Filiis condam Ioannis Wayvode, quasdam possessiones nostras Rozavlya, Saio, Zurdugh, Bathyz, Petrova, Leordina, Ruszko-Polyana, Konyha vocatas in comitatu Maramarosiensi, apud manus Ipsorum, ut fertur, habitas, simul cum universis earum utilitatibus et pertinenciis pro descensu Ipsorum nostro dumtaxat beneplacito perdurante, per alias nostras Literas Donationales exinde confectas nostrae Donationis. titulo possiden(das) contulerimus, Ipsosque in Dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime introduci et Statui facere velimus, Fidelitati igitur vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus de Lypse, vel Myk, neve Petrus Danch de Bedehaza, seu Gregorius de Eadem, aut Pank de Karachonfalva, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum vicinis et commetaneis earum inibi convocatis et praesentibus accedendo, introducat prefatos Stanislaum, Iohannem, Georgium et Bogdan, item Georgium et Andream in Dominium earundem, statuatque easdem eisdem praemissae nostrae novae Donationis titulo usque nostrum beneplacitum possiden(das) si non fuerit contra

dictum, Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos Stanislaum, Iohannem, Georgium et Bogdan item Georgium et Andream nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et tandem ipsarum Introductionis et Statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint Terminoque assignato nobis fideliter rescribatis; praesentes Sigillo nostro solito fecimus communiri. Datum Cassoviae. Feria quarta proxima post Dominicam Quasi modogeniti. Anno Domini M° CCCC° undecimo.

Nos igitur Mandatis dicti Domini nostri Regis obdire cupientes ut tenemur, una cum praefato Sandrino de Lipche homine ejusdem Domini nostri regis unum ex Nobis videlicet Fratrem Vincentium Presbyterum ad praemissa peragenda pro Testimonio Transmisimus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, Quod ipsi primo Sabbato proximo post festum Beatorum Philippi et Iacobi Apostolorum proxime praeteritum, ad facies praedictarum possessionum Sayo, Kohnya, et feria secunda tunc subsequentibus ad facies praetactarum possessionum Bathyz, Petrova, Leordina, Ruszko-Polyana vocatarum vicinis et commetaneis inibi convocatis et praesentibus accessissent, in quarum quidem possessionum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, praefatosque Stanizlaum, Iohannem, Georgium et Bogdan, item Georgium et Andream in Dominium earundem introducendo, easdem cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentiis eisdem praemissae novae dicti Domini nostri regis Donationis titulo, usque Ipsius Domini nostri Regis beneplacitum, statuissent possidendas, nullo inibi contradictore apparente. In cujus rei memoriam et Stabilitatem presentes Literas nostras Privilegiales Sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum in Festo Beati Urbani Pape. Anno Domini Supradicto.

Conventul din Lelesz. (Statutor. D. No 55. Anni 1411.) Copia de la Georgiu Petrovay.

97.

1411. 19. Juliu. Buda. La mandatul regelui Sigismund se face reambularea metelor posesiunilor Ternova, Jalova, Uglea şi Neresniţia in favorul nobililor Sandrin fiul lui Erdeu din Ternova, Thathamer, Petru, Stan, Stefan şi Joan fiii lui Michail din Jalova, şi Stan şi Gorzou din Uglea. Metele sa stătoresc fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelez, Salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis Semper augusti ac Hungariae, Dalmaciae, Croatiae etc. Regis, Marchionisque Brandenburgensis etc. nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba:

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex Semper augustus ac Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelez Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis nobilium Sandrini filii Erdeu de Kukenyes, Thathameer, Petri, Sthaan, Stephani, et Iohannis, filiorum Michaelis de Ilhouch, Sthaan et Gorzow de Wglya, quod quaedam possessiones eorum Kukenyes et Ilhouch praedictae ac Wglya et Nereznyche vocatae in districtu Maramorusiensi, apud manus eorum existentes et habitae, legitimis reambulationibus et metarum erectionibus plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo praesente Iohannes de Zlatyna vel Sandrinus de Lypche sive Gregorius de eadem sin Andreas de Farkasfalwa, aliis absentibus homo noster ad facies praedictarum possessionum vicinis et conmetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet ipsas per veras ipsarum metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas relinquat easdem ipsis cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinentiis jure eisdem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Sandrinum et alios supra dictos nostram specialem in

praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hoc huius possessionariae reambulationis, metarumque erectionis et renovationis seriem cum cursibus metarum nominibusque contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato eidem nostrae speciali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria quinta proxima post festum Divisionis apostolorum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo undecimo,

Nos igitur mandatis dicti Domini nostri Regis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Sandrino de Lypche, homine ejusdem Domini nostri Regis unum ex nobis videlicet fratrem Vincentium praesbiterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce parili retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante festum exaltationis Sanctae Crucis proxime praeteritum ad facies praescrptarum possessionum Kwkenyes, Irhoulch, Wglya et Neresniche vocatarum, vicinis et conmetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, easdem per ipsarum metas ac limites et cursus metales taliter reambulassent: Quod primo incepissent a plaga meridionali in loco Thalaborsowa[1] vocato a foveys seu salifodinis ibidem habitis, a capite cujusdam parvi rivuli, inde per decursum ipsius rivuli ad partem occidentalem transeundo venissent ad locum ubi ipse rivulus caderet in fluvium Thalabor nuncupatum, inde per ipsum fluvium Thalabor contra meatum ejusdem sursum tendendo, fore ad medium miliare transeundo attigissent unam metam terream possessionis Darwa nominatae, penes quam aliam novam metam terream erexissent, ab hinc ad septentrionem venissent ad quendam montem, foveam vulpinam vulgo Rauaz Lwgh vocatam, in se continentem, amplius ad eandem plagam attigissent semitam qua itur de dicta possessione Vglya ad dictam possessionem Darwa, ubi penes metam ipsius possessionis Darwa aliam metam terream ipsi possessioni Wglya separantem cumulassent, abhinc ad eandem plagam septentrionis ad magnum spatium per unum Kwzberch transeundo, venissent ad alpem Wglyahavasa[2] vocatam, et ipsam alpem includendo et ad plagam orientis declinando attigissent alpem Kys-Craznahavassa[3] vocatam, de hinc ad eandem plagam orientis attigissent quandam semitam, et per ipsam semitam venissent ad fluvium Tharaz, quem fluvium transeundo venissent ad latus alpis seu montis Apsahavasa nominati, ab hinc declinando ad plagam meridionalem ac per unum Kwzberch, quod Kwzberch continetur inter Fluvios Apsa et Tharaz nominatos, ad valde longum

spatium eundo attigissent quandam viam de dicta possessiona Kwkenyes ad possessionem Apsa ducentem, quam viam saliendo venissent ad caput seu originem unius rivulo Hlwbuka[4]) vocati, ab hinc tendendo ad partem occidentalem venissent ad campum inter pessessiones Kwkenyes praedictam et Krywa vocatas existentem, ubi essent arbores Egerfa nominatae, ubi penes unam arborem Egerfa novam metam terream erexissent, ab hinc ipsum campum transeundo venissent ad praedictum fluvium Tharaz, ubi prope quasdam abores salicum aliam novam metam terream agregassent, unde per ipsum fluvium Tharaz contra meatum ejusdem ad septentrionem fore per medium miliare eundo, et ipsum fluvium Tharaz ad partem occidentalem pertranseundo penes quamdam arborem Egerfa novam metam terream cumulassent, adhuc eandem plagam occidentalem continuando venissent ad rivulum Zaazpathaka, penes quem similiter metam terream erexissent, ubi ipsum rivulum pertranseundo, ad eandem plagam attigissent alium rivulum Zlathynapathaka[5]) vocatum, amplius per ipsum rivulum Zlathynapathaka ascendendo venissent ad caput seu originem ipsius rivuli Zlathinapathaka, de hinc attigissent unum parvum Berch quod Berch pertranseundo venissent ad rivulum Farkaspathaka[6]) vocatum; indeque per ipsum rivulum ad dictam partem occidentalem venissent ad fluvium Kystechew nominatum, quem fluvium pertranseundo attigissent veteres foveas seu salifodinas vulgo Soakna vocatas, postremoque per quandam viam venissent ad praedictum lacum Thalaborsowa nuncupatum ubi primo ipsam rembulationem incepissent, ibique reambulationem et erectionem metarum, praetactarum possessionum, Kwkenyes, Ilhoch, Wglya, et Nereznyche vocatarum terminando et perficiendo, easdem possessiones per distinctiones, et separationes praetactarum metarum ab aliorum possessionariis juribus metaliter separatas, et distinctas sub inclusione earumdem metarum cum omnibus utilitatibus et universis earumdem possessionum pertinentiis ante dictis Sandrino filio Erdew de Kwkenyes, Thathamer, Petro, Sthan, Stefano et Iohanni de Ilhoch, ac Sthaan et Gorzow de Wglya jure ipsis incumbenti reliquissent perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente. In quorum praemissorum memoriam stabilitatemque perhempnalem praesentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum Beati Lucae Evangelistae. Anno Domini supradicto.

[1]) Intr'un tractat scientific, lucrat la inceputul secolului presente, prin ómenii de specialitate, montanisti erariali, al carui titula-e: „Tentamen eruitionis quae

salisfodina Rhonensis ad aetatem regiminis Divi Stephani Imi regis Hungariae coinciderit?" se afirmă, că după semnele şi modul de esploatare, salinele de lăngă satul Talabor au fost lucrate ăncă din secolul IV—VI.

[2]) Uglya havasa=Menciul=Muncel, la izvórele văilor Uglea mare şi Uglea mică; numirea de munte Menciul provine adeseori in părţile rusesci, e format seu difformat din cuventul romănesc Muncel usitat asemene adeseori in ţinuturi romănesci. Afară de acésta mai aflăm si alte numiri topice in hotarul Uglei, de esemplu: Runcul, Carpinov, Termoxa, Ursava, Lupova etc. tot atăte urme de locuitori romăni de óre căndva; altcum se póte dovedi, că nobilii din Uglea şi din Jalova şi Erdeu din Ternova se trag din una şi acea-şi tulpina cu nobilii din Apşa şi Saraseu, adecă din Erdeu voivodul şi fii sei Aprusa şi Marus din Saraseu (veḑi la anul 1345. 1420. etc.)

[3]) Kis Crasna havasa=Kraszna Polonina, dela Menciul cătră rĕsărit.

[4]) Valea Hluboca despărţesce şi astădi hotarele Tirnovei şi ale Krivei; la fundul Hlubocei, ce s'a designat de metă, se află aḑi pometul şi locuinţă de véra a deputatului Michail Rétyi.

[5]) Zaazpatak=Valea Szaszova. Zlathynapatak=Ropa.

[6]) Farkaspataka=Vulchuvcicu.

[7]) Fluvius Kistécső=Tyacsovecz.

[8]) Salinele cele vechi se află la Ocna Kerekhegy, care a stat sub esploatare ăncă şi in secolul presente.

[9]) Dela Egerfa=Arin, se trage numele satului Irholcz unguresce şi nemţesce din Erlenholz, Vulyhuvici rusesce din Vulchuvei, Jalova romănesce din paleoslovenicul Jelche.

[10]) Conventul din Lelesz. Prot. metalium Cottus Maram. No 21.

98.

1411. 27. Juliu. Visegrad. Mandatul regelui Sigismund, pentru introducerea lui Leuke şi Andrei din Vad in moşiile lor Vad şi Tursad. Se introduc fără contraḑicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Conventus Ecclesie sancte Crucis de Lelez, Salutem in omnium salvatore. Ne rerum gestarum series ab humana recedat memoria, sagax habilitatis humane adinvenit pericia, ut gesta temporalium scripturarum patrocinio fulciantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis semper Augusti ac Hungarie etc. regis nobis directas honore

quo decuit recepimus in hec verba, Sigismundus Dei gracia Romanorum rex semper Augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez Salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Leuke[1]) et Andree de Farkasrev, quod ipsi in dominium quarumdam possessionum Farkasrew predicte et Thurzad[2]) vocatarum in Comitatu Maramarosiensi existencium ipsos omnis Juris titulo concernencium legitime vellent introire, si condradiccio cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo presente Sandor vel Gregorius de Lipche, aut Sandor de Crichfalva, sin Tatol de Ialhoch[3]), seu Iohannes de Zlatyna alys absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Leuke et Andream in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Leuke et Andream nostram in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradrccionis eorum reddituros, et post hec ipsarum possessionariarum Introduccionis et statucionis seriem cum nominibus evocatorum et contradictorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad sub sigillo nostro solito feria sexta proxima post festum beate Marie Magdalene, anno domini millesimo quadringentesimo undecimo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Sandor de Lypche homine eiusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Vincencium presbiterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce concordi retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post festum exaltacionis sancte Crucis, proxime preteritum, ad facies predictarum possessionum Farkasrew et Thurzad vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, ubi ac in quarum possessionum faciebus legittimis et consuetis diebus permanendo, prefatosque Leuke et Andream in dominium earum introducendo, easdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys eisdem Leuke et Andree Iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione communitas et roboratas

duximus concedendas. Datum quinto decimo die diey statucionis antedicte. Anno domini millesimo quadringentesimo undecimo prenotato.

[1]) Leuke nume grecesc=Albu, Albin.

[2]) Tur=taur, Zimbru; Tursad e o vale care curge in Iza lăngă Vad; satul Tursad de mult nu există; locul satului (ungouresce: falu dombja) e aprópe de Vad cătră apus; din tradiţiune spun bătrănii din Vad, că satul Tursad era a familiel Codra, dér pentru lucrurile fără de lege, a bună óra din cause politice, prin „nota infidelitatis," s'a confiscat; aḑi e incorporat in hotarul Szigetului.

[3]) Jalhoch=Jalova=Irholcz=Vulyhovici.

[4]) Din originalul lui Vasiliu Codra a Onciului in Bărbesci, scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente.

99.

1411. 27. Juliu. Visegrad. Mandatul regelui Sigismund pentru reambularea metale a moşielor Rosalia, Strimtura, Şieu, Petrova, Leordina, Ruscova, Poenile (de sub munţii) şi Botiza. Reambularea metelor anumite se face fără contraḑicere şi se introduc in possessiunile Stanislau din Dolha cu fraţii sei Joan, Georgiu, Bogdan, şi unchii sei Andrea şi Georgiu.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Conventus ecclesie Sancte Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore, Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas Excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis semper Augusti ac Hungarie etc. Regis honore quo decuit recepimus in hec verba, Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex fidelibus nostris conventui Ecclesie Sancte Crucis de Lelez Salutem et graciam, dicit nobis Stanislaus de Dolha in sua, ac Iohannis, Georgy et Bogdan Uterinorum, nec non Andree et Georgy de Rozavlay fratrum suorum patruelium personis, Quod quedam possessiones ipsorum Rozawlay[1]), Zwrdook, Sayo, Petrowa[2]), Leorgyna[3]), Ruzkowa[4]), Polyna et Bathizhaza vocate in Comitatu Maramarosiensi existentes legitima Reambulacione et novarum metarum ereccione et Renovacione plurimum Indigerent, Super quo fidelitati Vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Sandor vel Georgius de Lypche,

aut Thathal[5]) de Ilhoch, sin Sandrinus de Krychfalwa, Alys Absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum vicinis et commetaneis earumdem universis Inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas Iuxta veteres in locis necessarys erigendo, Reambulatasque et ab aliorum Iuribus possessionarys metaliter separatas et distinctas, statuat et committat eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys (inter lineas) Stanislao, Iohanni, Georgio, Bogdan, Andree et Georgio Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint Evocet ipsos contra Annotatos Stanislaum et Iohannem, Georgium, Bogdan, Andream et Georgium nostram in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsarum possessionarie reambulacionis et novarum metarum ereccionis seriem cum cursibus metarum nominibusque contradictorum et evocatorum, si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad sub sigillo nostro solito feria sexta proxima post festum beate Marie Magdalene. Anno domini Millesimo quadringentesimo undecimo. Nos igitur mandatis dicti domini Regis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Sandrino de Lypche, homine eiusdem domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet fratrem Vincencium presbyterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima post festum exaltacionis sancte Crucis proxime preteritum, et alys diebus ad id aptis et congruis ad facies prescriptarum possesionum Rozawlay, Zurdwk, Sayow, Petrowa, Leorgyna, Ruzkowa, Polyna et Bathizhaza vocatarum in dicto Comitatu Maramarusiensi existencium vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, easdem per metas et Cursus metales earum, novas metas in locis necessarys erigendo, taliter et hoc ordine reambulassent, quod primo incepissent a parte possessionis Barchanfalwa vocate a plaga occidentali penes fluvium Iza vocatum, ubi unum magnum lapidem[6]) pro meta designassent et deputassent, Inde ad septemtrionalem per unum fluvium transseundo venissent ad unam silvam Sigeth vocatam ad locum, ubi est una Arbor Ilicis Wulgo Zepthwlgfa nominata, amplius ad eandem plagam, In vertice cuiusdam montis, a parte possessionis Rona transseundo attigissent fluvium Wizowwyze vocatum, adhuc ad eandem plagam venissent ad fluvium Sebespathaka[7]) nominatum, ubi ipse fluvius

caderet ad predictum fluvium Wizowwyze, deinde ad ipsum fluvium Sebespathaka ascendendo venissent ad Alpem Zephawasa[8]), alio nomine Kraznahawasa vocatum, circumiens seu Includens ipsum Alpem Zephawasa, dehinc declinando ad orientem attigissent fluvium Hamyspataka vocatum, et per eandem plagam transseundo per unum Kuzberch, venissent ad alpem Asthakhawasa, de hinc ad eandem partem venissent ad unum fontem Sthwlbyche vocatum, amplius transseundo per unum Kwzberch, attigissent Alpem Pap Myahawasa[9]) nominatum, deinde per unum Kwzberch venissent ad caput sew originem Rivuli Wardypathaka[10]) nuncupati, et dehinc per unum Kwzberch eundo venissent ad montem Makzemhege vocatum, Inde declinando ad meridiem attigissent predictum fluvium Wizowvyze nominatum, ubi unam novam metam terream erigi fecissent, et trausseundo ipsum fluvium Wizowwyze, venissent ad montem Kewzeshege nuncupatum, Amplius per unum Kwezberch transseundo, attigissent Montem Prysluphege[11]) appellatum, adhuc per aliud Kewzberch transseundo venissent ad unum monasterium Kohnya monostra[12]) vocatum, Indeque venissent ad predictum fluvium Iza, Amplius transseundo attigissent Rivulum Gorbopathaka vocatum, et per ipsum Rivulum attigissent locum ubi ipsum Rivulum transit quedam via de possessione Rozavlay ad possessionem Kohnya vocatam ducens, ubi novam metam terream cumulari fecissent. Indeque per ipsum Rivulum Gorbopathaka ad unum Kwzberch et per ipsum Kwzberch declinando ad occidentem, attigissent montem Opolanka vocatum, quem pertransseundo attigissent alium montem Semerkeskew[13]) vocatum, Indeque transseundo, per unum Kwzberch venissent ad predictum fluvium Iza nuncupatum, ad locum ubi primo ipsam reambulacionem metarum Incepissent, Ibique reambulacionem et metarum ereccionem prescriptarum possessionum Rozavlay, Zwrdwk, Sayow, Petrowa, Leorgyna, Ruzkowa, Polyna et Bathizhaza vocatarum terminando, easdem possessiones, sub Inclusionibus, distinccionibus et limitacionibus prescriptarum metarum et cursuum metalium suprascriptarum, ab aliorum possessionibus et Iuribus distinctas et separatas, cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys, prenominatis Stanislao, Iohanni, Georgio, Bogdan, Andree et Georgio Iure ipsis incumbenti Statuissent et commisissent perpetuo possidendas. Nullo contradictore Inibi apparente, In quorum premissorum memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas nostras privilegiales alphabeto Intercisas sigilli nostri Appensione communitas duximus concedendas, Datum feria quinta proxima ante festum beati

Gally confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo undecimo supra dicto.

[1]) Rozawlay=Rosalia, din serbătorile Rusalelor.

[2]) Petrova=Satul lui Petru, ca Ruscova, Neagova etc. Dér póte fi și anticul Petrodava.

[3]) Leordina din Leurda, aiu selbatic, cuvĕnt probabil dacic.

[4]) Ruzkova=Satul Rusului, locuit și aḑi de Ruși.

[5]) Thathal=Tatăl=Patricie.

[6]) Magnus Lapis e stănca ce se numesce Pétra Țiganilor.

[7]) Sebespatak=Valea Bistri lăngă Petrova.

[8]) Zephavas in diploma anului 1402. se numesce Formos, din acest munte izvoresce valea Frumușéuă. Asthakhavasa=Stog, la izvórele vălcelei Stohoveț.

[9]) Pap Mya havasa=Mihajlik=Michaescu vervul muntelui Petricéua (inalt de 1920. m.)

[10]) Wardy pathaka=Bardi lăngă Poenile de sub Munții.

[11]) Pryslup=transitus=Scara, Scărișóra.

[12]) Din mănăstirea Cuhei neci urma, neci memoria nu există.

[13]) Semerkes kew=Sărmetes derivat d'in numirea poporului Sarmaților; un verv de stăncă in aprópierea munților Totoș, Armenieș, Gutinul etc.

[14]) Din transumptul original al nobililor d'in Petrova, dat dómnei Fothka, sociei lui Georgiu d'in Văncesci, și sororilor ei in anul 1512. Scris pe pergamen, sigillul pendente s'a perdut.

100.

1411. 18. Sept. Fragment care cuprinde designarea și stătorirea metelor moșielor Vad și Tursad de către Văncesci, Bărbesci și Sziget, indeplinită in favorul lui Leucă și Andrei din Vad.

. . . .

Quod ipsi feria quinta proxima post festum exaltacionis sanctae crucis proxime praeteritum, ac aliis diebus subsequentibus ad id aptis, ad facies praedictarum possessionum Farkasrev et Thurzad Vocatarum, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo: easdem a partibus possessionum Vanchykfalva, Barthfalva et Zigeth vocatarum per suas veras metas et antiquas, novas secus veteres in locis necessariis erigendo taliter et hoc ordine reambulassent: Quod primo a parte praedictae possessionis Vanchykfalva

incipissent penes fluvium Iza vocatum a parte meridionali ejusdem fluvii, ubi esset arbor pomi sylvestris, sub qua metam terream novam erexissent, deinde per quendam parvum rivulum seu gurgitem de fonte Kyralkutha[1]) nuncupato scaturientem et egredientem ascendendo, attigissent quandam viam ad dictam possessionem Farkasrev ducentem, ubi penes ipsam viam aliam novam metam terream cumulassent, de hinc saliendo ipsam viam ad dictam partem meridionalem, venissent ad ipsum fontem Kyral Kutha, amplius ad eandem partem transeundo per sylvam Lygeth, venissent ad locum ubi quidam parvus rivulus seu gurges cadit in fluvium Maramaros dictum, quem fluvium Maramaros transeundo attigissent viam ad praedictam villam Barthffalva ducentem, penes quam viam aliam novam metam terream aggregassent, amplius inter meridionalem et occidentalem plagas pergendo venissent ad campum Keeralmezew vocatum, quem transeundo ascendissent quendam montem, de hinc per eandem partem attigissent rivulum Kerekmezew pataka vocatum, eadem parte servata venissent ad campum Kantharmezew nuncupatum, amplius ad eandem partem attigissent montem Kantharzegh[2]) nominatum, ad huc ad eandem partem venissent ad montam Kewhat[3]) vocatum, indeque tendendo ad partem occidentalem attigissent rivulum Thurzad pataka apellatum, quem transeundo attigissent unum campum Kwerthvelyes mezew[4]) dictum, ubi in latere ipsius campi a parte meridionali in arbore pyri silvestris unam metam terream erexissent, amplius ad ipsam partem occidentalem Venissent ad montem Muzsdalhege . . . . vocatum, indeque attigissent rivulum Mylpatak[5]) amplius ad eandem partem venissent ad praedictum fluvium Iza, quem transeundo secus arbores unam Gyertyanfa et aliam Kewresfa novam metam terream accumulassent, de hinc per eundem rivulum Danpataka[6]) vocatum ascendendo attigissent viam ad oppidum Zyget ducentem, ubi aliam novam metam terream agregassent, amplius per eundem rivulum Daanpataka ascendendo venissent ad montem Hegeheg[7]) vocatum, indeque per quoddam Kewzberch transeundo declinando ad partem meridionalem attigissent rivulum Dyznospatak[8]) nuncupatum, amplius ad eandem partem meridionalem, venissent ad montem Kikesheg vocatum, postremoque venissent ad praedictum fluvium Iza, ad locum ubi prius incepissent, ibique reambulationem et novarum metarum praedictarum possessionum Farkasrew et Thurzad vocatarum terminando, easdem per distinctiones et separationes praefatarum metarum ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas, cum cunctis

ipsarum utilitatibus sub distinctionibus et inclusionibus ipsarum metarum praedictis Leuke et Andreae jure ipsis incumbenti statuissent et commisissent, perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente[9])[10]).

[1]) Kiral kutha=fontăna lui crai, lăngă drumul cătră Văncesci, numit astfeliu probabil dūpă Ludovicu cel mare, care portănd adeseori resbele in contra Moldovei, Galiției și Litvaniei, se va fi recreat din apa limpede al acestei fontăne.

[2]) Kantharmező și Kantarszeg=Cămpul și dealul Caitar.

[3]) Kőhát=Petricea lăngă valea Turțiadel.

[4]) Körtvélyesmező=Éjszak- és Dél Körtvélyes (facia și dosu) de la dealul Solovan cătră amédiadi.

[5]) Milpatak=Méhpatak.

[6]) Danpathak=Nagypatak.

[7]) Hegehegy=Hegyeshegy intre Nagypatak și Rohnișóra.

[8]) Disznópatak=Valea Porcului. Metele de sub No 2—7. sunt adi in marginile orașului Sziget.

[9]) Inceputul, sfĕrșitul și datul acestei diplome lipsesc, dér incepĕndu-se reambularea in 18-a Septembre, se póte conclude că provine d'intru acelu-asi an 1411. din care avem și diploma precedentă, de sub No 98.

[10]) Conventul din Lelesz. (Prot. metalium Cottus Maram. No 27.)

101.

1411. 24. Dec. Csenger. Petru fiul lui Sandrin din Dolha se plănge inaintea adunărei Comitatelor Satmar și Ugocia, ținute prin palatinul Nicolau de Gara, că Stanislau și Petru fiii lui Joan fiul lui Stanislau din Dolha, fiind indemnați prin muma lor au omorit inainte cu 12. ani pe fratele seu Michail. Stanislau și Petru nu s'a infăcioșat, și au fost judecați, déca nu se vor excusa.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungariae Palatinus et Judex Cumanorum, damus pro Memoria, quod in congregatione nostră generali universitaris nobilium Zathmariensis et de Ugocha comitatuum feria quarta proxima post festum beati Andreae Apostoli prope villam Chenger celebrata, Petrus filius Sandrini de Dolha de medio aliorum exurgendo proposuit eo modo, quomodo Stanislaus et Petrus filii Johannis filii Stanislai de eadem Dolha, ex inductione et intentione matris eorum in anno cuius duodecima instat revolutio, Michaelem fratrem suum carnalem miserabili nece interemissent Potentia eorum mediante, in praejudicium ipsius valde magnum, ex parte quorum Judicium et justitiam habere vellent, Iustitia mediante,

qui quidem Stanislaus et Petrus filii Iohannis filii Stanislai per mortem ipsius filii Sandrini de Dolha praedicta congruis diebus dictae nostrae congregationis coram nobis expectati, ad eandem congregationem nostram in praesentiam perhemptorie responsuri non venerunt, neque miserunt unde ipsos in judiciis commisimus fore convictos, si se rationabiliter non potuerunt excusare. Datum vigesimo secundo die congregationis nostrae praedictae in loco ante memorato. Anno Domini Millesimo quadringentesimo undecimo.

Copia simpla din secolul trecut. (XVIII.)

102.

1412. 29. Januar. Karasz. Petru fiul lui Sandrin din Dolha cere in adunarea Comitatelor Szabolcs şi Bereg ţinute prin palatinul Nicolau de Gara, că din cele şiese marce judecătoreşci, la care au fost indătoraţi Stanislau şi Petru fiii lui Joan din Dolha, lui se-i se plătescă dōue marce. La intervenţiunea lui Stefan din Bulciu, procuratoriul lui Stanislau şi Petru, li se dă un termin până la 16. Marţiu.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungariae Palatinus, et Judex Cumanorum. Memoriae commendamus, quod in congregatione nostra generali universitatis nobilium de Szabolch et de Beregh comitatuum, feria secunda proxima post festum epiphaniarum Domini, prope villam Karasz celebrata, Petrus filius Sandrini de Dolha de medio aliorum exurgendo, et exhibitione literarum nostrarum iudicialium in congregatione nostra generali universitatis nobilium Szathmar et de Ugotsa comitatuum, feria quarta proxima post festum B. Andree Apostoli prope villam Csenger celebrata vigesimo secundo die ejusdem nostrae congregationis, Anno in praesenti (sic) emanatarum, contra Stanislaum et Petrum filios Ioannis de dicta Dolha, in sex marcis Iudicialibus, contra se convictos fore declarans, tertiam partem earumdem, videlicet duas Marcas sibi persolvi postulavit coram Nobis per eosdem, quo audito Stephanus de Bulcs pro eisdem Stanislao et Petro cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Lelesz, nostram exurgendo in praesentiam praedictas duas Marcas eisdem actoribus

non ad praesens, sed in termino ulteriori per nos ipsis dando Solvere velle et posse referebat; pro eo his perceptis Judicantes comisimus eo modo: ut annotati Stanislaus et Petrus dictas duas Marcas iudiciales prefato Petro filio Sandrini octavo die diei mediae quadragesimae, nunc venturae, feria scilicet quarta in villa Gyhenes coram uno iudice nobilium dicti comitatus de Bereg per Partes adducto solvere teneantur, Qui Si persoluerint bene quidem, alioquin exactoribus Judiciorum nostrorum serie praesentium conmittimus, ut de rebus et bonis praefatorum Stanislai et Petri dictas duas Marcas Iudiciales extorquere, et dicto Petro satis facere teneantur de iisdem. Datum vigesimo tertio die congregationis nostrae praedictae in Loco Memorato. Anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo.

Copia simpla din secolul trecut.

103.

1412. 6. Septembre. La mandatul și judecata judelui Curiei regesci Sandrinu, fiul lui Balița, și Petru, fiul lui Stefan din Bilke se introduc in dominiul Keneziatului din Lipce și Herince dupa consvetudinea țerei Maramureșului fără considerare la contradicțiunea lui Petru și Elia fiilor lui Nicolae fiul lui Stanislau din Urmező seu a altora.

Omnibus Cristi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Nicolaus prepositus et Conventus eccelesie Sancte Crucis de Lelez, Salutem im omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos reverenter receptis literis Magnifici viri Comitis Symonis de Rozgon, Judicis Curie Excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gracia Romanorum regis semper Augusti ac Hungarie etc. regis, Adiudicatorys modum et formam Judiciarie sue commissionis et deliberacionis in se exprimentibus, Juxta continenciam earumdem una cum Dragh de Chamafalva, homine dicti domini nostri regis, literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Vallentinum ad infra scriptam statucionem Keneziatus faciendam pro testimonio destinassemus, demum ijdem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi in festo beati Augustini episcopi et confessoris

proxime preterito, Ad facies possessionum Lypche et Haryncha seu Zewlewmezew vocatarum in Comitatu Maramarosiensi existencium, vicinis et commetaneis ipsarum universis illic legitime convocatis et presentibus accessissent, Sandrinumque filium Balycza et Petrum filium Stephani de Bylke in dominium Keneziatus ipsarum in pretactis literis memorati Comitis Symonis adiudicatorys denotati et explicati Jure in dictis literis eiusdem Comitis Symonis denotato ipsis imcumbenti, cum ceteris eorum fratribus et consanguineis, quibus ipse Keneziatus cum suis obvencionibus dinoscitur pertinere statuissent, Jure perpetuo et consuetudine dicte terre Maramarosiensis per eosdem tenendum, percipiendum et possidendum, Contradiccione Petri et Elye filiorum Nicolai fily Stanizlai de Wrmezew et aliorum quorumlibet ex racione in eisdem literis ipsius Comitis Symonis contenta et expressa, non obstante. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri Appensione . . . . . roboratas duximus concendendas, Datum feria sexta proxima post festum beati Egidy Abbatis. Anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo.

Din originalul scris pe pergamen, provedut cu sigil pendente, la Valentin Gorzo in Komlos. Copia de la Gabriel Várady.

104.

1412. 2. Octobre. Chepel. Donaţiune nóua a regelui Sigismund dată lui Joan fiul lui Daan d'in Văncesci şi verilor sei peste moşia Nănesci şi dreptul regescu de acolo.

Relacio Stephani de Rozgon
Aule regie militis.

Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster Johannes filius Daan de Wanchokfalusy nostre serenitatis adiens in conspectum propositis et declaratis ac in memoriam nostre celsitudinis reductis preclaris suis fidelitatibus et Serviciorum fidelium laude dignis meritis, et sinceris ac virtuosis complacencys, per ipsum nobis et sacre corone nostre sub locorum et temporum diversitate cum omni devocionis

fervore et fidelitatis constancia, a multis retroactis temporum curriculis non parcendo rebus suis et persone, fideliter et indefesse exhibitis et Inpensis, quandam possessionem suam Nanfalva vocatam et fratrum suorum, uti asseritur nunc habitatoribus destitutam in districtu Maromorosiensi adiacentem, in cuius scilicet dominio progenitores ipsorum et per consequens ipsi hactenus pacifice perstitissent forentque de presenti, simul cum Jure nostro Regali, si quod in eadem habere dinosceremur, a nostra maiestate sibi ipsis denuo et ex novo noveque nostre donacionis titulo dari et conferri postulavit. Nos igitur attentes et in acie nostre mentis propensius revolutis premissisque fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis, memorati Iohannis, per ipsum modo quo supra fideliter nostre oblatis maiestati, dictam possessionem ipsorum Nanfalva vocatam, simul cum jure nostro Regali, si quod in eadem habemus, vel nostram concernere videtur maiestatem, nec non cunctis alys et singulis suis utilitatibus puta rivulis, silvis, montibus, Alpibus et generaliter quarum libet utilitatum eiusdem integritatibus, ad eandem de iure spectantibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus, quibus ipsa per antefatos progenitores ipsorum et per consequens Ipsos hactenus rite tenta fuisset et possessa, mera nostra regia auctoritate et potestatis plenitudine, prelatorumque et Baronum nostrorum consilio, memorato Johanni filio Daan et per eum alteri Johanni et Daan filys Hangh, ac eorum heredibus et heredum Superstitibus denuo et ex novo noveque nostre donacionis titulo, et omni eo Jure, quo eadem quibuscunque ex causis seu racionibus nostre incumbit collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, Ymo damus, donamus et conferimus per Ipsos et eorum heredes Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, Salvo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegy redigi faciemus. Datum in Chepel in dominica proxima post festum beati Michaelis Archangeli. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. vicesimo sexto, Romanorum vero tercio.

Din originalul scris pe pergamen, cu sigil imprimat la Joan Jura.

Din Nănesci si-au produs nobilitatea la anii 1763—1768. familiele: Vancia, Jura, Grigor și Godșia seu Nemeș (1360.)

105.

1412. 14, Novembre. Visegrad. Judecata judelui Curiei regesci in causa lui Sandor fiul lui Baliţa, şi a lui Petru fiul lui Stefan din Bilke, stremoşii cărora romănii Saracen, Valentin, Nicolae şi Luca, fiii lui Crăciun au primit dela regele Ludovic in anul 1350. dóue sate romănesci Lipce şi Herince cu drept de Kenesiat. Tot pe aceste moşii romănul Joan fiul lui Stefan din Urmező a mijlocit donaţiune de la regele Sigismund in anul 1404. Cointeresaţii sei Petru şi Elia din Urmező au allegat, ca dĕnsii prin donaţiune au căscigat nu numai dreptul de Kenesiat, dér deodata şi dominiul acestor moşii, fiind şi introduşi in posesiunea acelora. Cu tóte aceste satele amintite s'au judecat după consvetudinea ţerei Maramureşului, ca drepte moşii ale actorilor Sandor şi Petru din Bilke, carii apoi au fost şi introduşi in posesiunea acelora.

Nos Comes Symon filius Nicolai de Rozgon Judex Curie Serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi Dei gracia Romanorum regis semper Augusti ac Hungarie etc. regis. Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod predicto domino nostro rege hic Cassouie existente, nobisque regni nobilibus pro faciendo Judicio causantibus in sede nostra Judiciaria sedentibus, Sandor filius Balicza de Bylke ac Petrus filius Stephani de eadem, Juxta continenciam literarum nostrarum citatoriarum, ipsam citacionem hic Cassouie in predicta coram nobis facie ad faciem factam fore denotancium, feria tercia proxima post dominicam Judica poxime preteritam in figura nostri Judicy comparendo, contra Petrum et Elyam filios Nicolai fily Stanyzlai de Vrmezew adversus eosdem proposuerant eomodo, quomodo ipsi Petrus et Elyas Kenezyatum ipsorum in possessionibus Lypche et Haryncha aliter Zeleumezew vocatis habitum in Comitatu Maramarosiensi existentem, predecessoribus ipsorum et per consequens ipsis ex donacione condam Serenissimi principis domini Lodouici regis Hungarie collatum plurimum perturbarent, ymo Keneziatu eodem eosdem exclusissent ac ipsius redditus ipsis percipere non dimitterent, in ipsorum preiudicium valde magnum. Cum tamen ipsi de Keneziatu predictarum duarum villarum solum viginti oves seu verres pro censu regie maiestatis usque ad hec tempora dedissent et soluissent, in expedicione autem regalis exercitus, dum

mandatum generale regie maiestatis cunctis nobilibus illius terre pervenisset, ipsi villis de eisdem Cum una lancea servivissent, Jobagiones autem ibidem residentes ipsi semper pacifice sub censibus ac dicis Impositis simul cum alys obvencionibus usque nunc usi extitissent, Et in huius documentum, quod predictus Keneziatus ipsis de Jure attineat, quasdam literas prefati domini Lodovici regis privilegiales duplici autentico suo sigillo vallatas, Anno domini millesimo CCCmo sexagesimo quinto, decimo Kalendas octobris, regni autem sui anno vigesimo quarto confectas, habentes in se transsumtive et confirmative series et continencias aliarum literarum suarum patencium Bude feria quinta proxima ante dominicam quasimodo geniti, Anno domini Millesimo CCCmo quinquagesimo confectarum, nobis curarant demonstrare, nos eatenus informantes, quod idem dominus Ludovicus rex de sagaci procuracione Seracheni, Vallentini, Nicolai et Lucasy filiorum Karachon fidelium Olahorum suorum confidens, quasdam villas suas Olahales Lypche et Zeuleumezew, vocatas in Maramarosio existentes habitatorum multitudine decorare et ad statum uberiorem reformare .... Keneziatum de eisdem ipsis duxisset perpetuo conferendum, Igitur universis populis et Olahis ad dictas villas congregatis et congregandis firmiter precipiendo mandasset, quatenus predictos Serachinum, Nicolaum, Vallentinum et Lucasium tamquam Kenezios et seniores ipsorum in medium ipsorum acceptando, ipsos et eorum successores inter ipsos pacifice conservare ac ipsis et eorum posteritatibus tamquam alys Kenezys obedire deberent et obtemperare, et secus facere non auderent. Quibus exhibitis prefati Sandor et Petrus ex parte prenotatorum Petri et Elye . . . . Juris equitatem pecierant elargiri. Quo audito idem Petrus et Elyas in nostri personaliter exsurgentes presenciam . . . . . derant ex adverso, Quod quamvis antelati Sandor et Petrus predictas possessiones Lypche et Haryncha aliter Zeuleumezew vocatas, per ipsos simul cum Keneziatu occupatas fore retulerint, tamen quia non solum Keneziatum sed et verum dominium predictarum possessionum prefatus dominus noster rex ipsis ac ceteris fratribus ipsorum in perpetuum contulisset, et ibidem in horum verborum suorum comprobationem quasdam literas prefati domini nostri Sigismundi regis privilegiales dupplici autentico suo sigillo vallatas, Anno Domini Mmo CCCCmo nono, decimo Kalendas Octobris regni autem sui anno vigesimo primo confectas, habentes in se transscriptive et confirmative series et continencias quarumdam aliarum literarum suarum patencium, nec non Conventus ecclesie de Lelez, nostrum

Judiciarium in conspectum produxerunt, quarum prime, scilicet domini nostri regis litere patentis series Posony Sabbato proximo ante festum beati Georgy martiris anno domini Mmo CCCCmo quarto emanate declarabat, quod prefatus dominus rex intuitis servicys et fidelitatum obsequiosis meritis Johannis fily Stephani de Urmezew Volahi, inter ceteras donaciones suas quasdam possessiones Lypche et Harincha vocatas in Comitatu Maramarosiensi habitas, eisdem Johanni filio Stephani et per eum Nicolao et Dyonisio uterinis, Item Nicolao et Stanizlao filys Stanizlai condivisionalibus fratribus eiusdem Johannis fily Stephani, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset, donasset et contulisset, tamdiu occupative possidendas et habendas donec ipsis de alys vel alia possessionibus aut possessione duxerit provideri. Series vero alterius earundem literarum videlicet prefati Conventus de Lelez quinto decimo die ferie sexte proxime ante festum beati Ambrosy confessoris, in Anno domini Mmo CCCCmo quinto confecte declarabat, quod regius et eiusdem Conventus homines literis in eisdem nominati, ad regiumque literatorium mandatum transmissi, in predicta feria sexta proxima ante festum beati Ambrosy confessoris ad facies prefatarum possessionum Lypche et Haryncha vocatarum vicinis et commetaneis ipsarum universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo, easdem annotatis Johanni, Nicolao, Dyonisio, altero Nicolao et Stanizlao nullo contradictore apparente, perpetuo possidendas statuissent. Quarum quidem literarum per utrasque partes modo premisso coram nobis productarum exhibicionibus factis, predictis partibus facto in premisso nulla plura Instrumenta preter exhibita habere, nunc vel in futurum exhibere posse referentibus, eedem partes sibi per nos in premissis Juris equitatem impertiri postularant, verum, licet prefatus dominus noster rex in predicto Anno Millesimo CCCCmo quarto antelatas possessiones Lypche et Haryncha annotatis Johanni filio Stephani et per eum prenotatis Nicolao, Dionisio ac Stanizlao, nec non Nicolao, patri scilicet eorundem Petri et Elye in causam attractorum sub contradiccione prenotata in perpetuum contulerit, ydemque modo previo in dominium earundem legittime statuti existunt, Ipsi etiam Petrus et Elyas Juxta eorum allegata prenotata, Keneziatum predictum simul cum donacione prefata possidere, redditusque eiusdem Keneziatus pro se reservare et percipere anhelaverint, Tamen quia primo et principaliter annotatus dominus rex in pretitulato Anno domini Millesimo CCCmo quinquagesimo prefatum Keneziatum annotatis Sarachino, Nicolao et Vallentino ac Lucasio filys Karachon

Ipsorumque heredibus universis in perpetuum contulisse ac demum modo antelato virtute sui privilegy confirmasse reperiebatur, nobis igitur et regni nobilibus nobiscum in Judicio pro examine ipsius cause sedentibus predictus Keneziatus annotatis Sandrino et Petro reddi et resignari, fructusque et redditus ipsius Keneziatus more et consuetudine prefate terre Maramarosyensis per eosdem in perpetuum percipere posse cernebatur, pro eo eorundem regni nobilium quesito consilio et assumto, annotatum Keneziatum in pretitulatis possessionibus Lypche et Haryncha seu Zeuleumezev habitum annotatis Sandrino et Petro cum his, quibus congruit, ipsorumque heredibus simulcum fructibus, redditibus earundem secundum consvetudinem et morem assvetum ceterorum Keneziorum prescripte terre Maramarosiensis in perpetuum percipere ac possidere, Salvo tamen Jure regali, annotatis Johanni, Stephano et fratribus eiusdem antelatis per ipsam regiam maiestatem modo antelato collatis, eisdem in causam attractis cum hys quibus congruit, convenit, possessionibus in eisdem remanentibus committentes, ac in eiusdem Keneziatus dominium prenominatos Sandrinum et Petrum cum ceteris eorundem fratribus et consanguineis quibus congruit vice iterata restatui decernentes, amiciciam prefati Conventus de Lelez literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infra declarandus ad facies prefatarum possessionum Lypche et Haryncha seu Zeuleumezew vocatarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis illic legittime convocatis et presentibus accedendo (introduceret) statueretque annotatos Sandrinum filium Balicza et Petrum filium Stephani in dominium Keneziatus ipsorum antedicti, sub premisso Jure ipsis incumbenti cum ceteris eorum fratribus et consanguineis, quibus ipse Keneziatus cum suis obvencionibus eisdem dinoscitur pertinere perpetuo, Jure et consvetudine terre Maramarosyensis, per eosdem tenendum, percipiendum et possidendum, contradiccione prenotatorum Petri et Elye et aliorum quorum libet previa racione non obstante, Et post hec ipsius Statucionis seriem, uti fuerit expeditum, ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturi, domino nostro regi fideliter rescriberet Conventus prenotatus, tandem ipsis octavis festi beati Michaelis Archangeli instantibus prefati Sandrinus et Petrus personalem in nostram venientes presenciam, literas sepefati Conventus de Lelez super premissis privilegialiter confectas nobis presentarunt hunc tenorem continentes: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 103.) Quibus presentatis quia ex serie earundem

regius et annotati Conventus homines termino in prefixo ad facies prescriptarum possessionum Lypche et Haryncha vocatarum presentibus vicinis et commetaneis ipsarum accessisse, ac prefatos Sandrinum et Petrum in dominium Keneziatus earundem duarum villarum sub premisso Jure ipsis incumbenti contradiccione quavis non obstante statuisse et commisisse reperiebantur, pro eo prefatum Keneziatum annotatarum duarum villarum simulcum suis obvencionibus et utilitatibus, predictum Keneziatum respicientibus prenominatis Sandrino fillo Balicza et Petro filio Stephani de Bylke cum hys quibus congruit, Jure eis imcumbente relinquimus et committimus in sempiternum possidere, tenere pariter et habere. Salvo jure alieno, auctoritate nostra Judiciaria mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes annotatis Sandrino filio Balicza et Petro filio Stephani concessimus literas nostras privilegiales, pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Vissegrad quadragesimo die octavarum festi beati Michaelis Archangeli predictarum. Anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo.

Din transscrisul Conventului din Lelesz de dato 10. Mai. 1417. Acest document ne arétă, că dreptul de Kenesiat nu a incetat, nu s'a schimbat neci in acel cas, cănd regii ar fi conferit tot acele moşii altor persóne prin donaţiuni. De aci vedem şi acea, că cel cu dreptul de Kenesiat se folosea de tóte venitele moşii sale cu dătorinţa a servi in armata regelui in cas de resbel, şi a presta in ḑile de pace o parte din venitele in naturalie in favorul erariului.

106.

1413. 18. Febr. Visegrad. Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Lelesz, ca se cercetezo plănsórea lui Nicolae şi Jacob fiii lui Luca numit Kun de Rosal in contra lui Stanislau şi Georgiu din Dolha castellanul din Huszt şi Georgiu din Lipce, carii cu potere armată au laut şi au mănat de la jobagii lor din Ötvösfalva 32. de vite, şi au făcut tóte căte au vrut. Plănsórea s'a aflat adeverată, făptuitorii sunt citaţi inaintea scaunului regesc.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex Semper augustus ac Hungarie etc. Rex fidelibus suis Conventui Monastery de Lelez Salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Nicolai et Jacobi filiorum Luce dicti Kun de Rozal, quomodo Stanislaus et Georgius de Dolha Castellanus de Huszt et Gregorius de Lipche in anno proxime elapso ad

possessionem ipsorum Nicolaj et Jakobj Wthusfalva vocatam irruendo, ibique triginta duo pecora et pecudes jobbagionum ipsorum in eadem commorantium potentialiter aufferri et depelli et quod ipsorum placuisset voluntati fecissent, in prejudicium eorum valde magnum, super quo fidelitatj vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Elias vel Ladislaus fily Martini de Velethe, aut Paulus Fogas, sin Bartholomeus de eadem alys absentybus homo noster scita premissarum mera veritate, evocet prefatos Stanislaum, Georgium et Gregorium contra annatatos Nicolaum et Iacobum nostram in presentiam ad terminum competentem, racionem de premissis reddituros, litis pendentia si qua foret inter ipsos, non obstante. Et post hoc ipsarum inquisicionis et evocacionis seriem cum nominibus evocatorum terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad feria quinta proxima post festum Beatj Valentini martiris. Ao D. M. $C^{0}C^{0}C^{0}C^{0}$ tredicimo.

Nos igitur Mandatis vestre Excellencie obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Elia de Velete homine vestre Maiestatis, hominem nostrum videlicet magistrum Jodocum huius Eccelesie nostre conventualem ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis corcorditer retulerunt, quod ipsi in comitatu Zathmariensi pariter procedendo, a quibus decuisset et licuisset habita diligente inquisitione, talem de premissis scivissent et comperissent veritatem, quod prefatj Stanislaus et Georgius de Dolha ac Gregorius de Lipche in anno proxime preterito ad dictam possessionem prefatorum Nicolaj et Jacobj irruendo, ibique quedam pecora et pecudes Jobbagionum ipsorum Nicolai et Jacobj in eadem residentium potencialiter aufferri et depelli et que sue placuisset voluntatj fecissent, in prejudicium eorundem Nicalaj et Jacobj valde magnum, peractaque Inquisitione Sabbatho proximo ante festum Beatorum Tiburcy et Valeriani martyrum proxime preteritum, prefatos Stanislaum et Georgium de Dolha ac Gregorium de Lipche in portionibus eorum possessionarys in possessione Kamlod vocata, habitis contra annotatos Nicolaum et Jacobum de Rozal ad octavas festj Beatj Georgy Martyris nunc venturi vestre Sublimitatis evocassent in presenciam, racionem ob premissos reddituros, litis pendencia Si qua foret inter ipsos non obstante. Datum octavo die diei evocacionis Ao. Do. Supradicto.

Conventul din Lelesz. Actorum No 31. anni 1414. Copia dela Georgiu Petrovay.

107.

1413. 17. Juliu. Sandrinu şi Elia fiii lui Georgiu voivodul impreună cu mulţi fraţi impărţitorii ai lor vĕnd şepte părţi din moşia Macaria in Comitatul Bereg pentru 700. fl. consăngenului lor Stanislau fiul lui Joan din Dolha şi fiului seu Ladislau.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et Conventus Ecclesie sancte Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore, Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod Sandrino et Elya filys Georgy wayvode, Ladislao filio Iwan parvi, et Petro filio Stechk de Makarya[1])[2]), de quorum scilicet Elie, Ladislai et Petri Noticia prefatus Sandrinus, ac Briccius filius Balk de dicta Makarya et Stephanus filius Konye de Bwlcho nos assecurarunt, pro se personaliter, ac pro Michaele filio suo, ipso Sandrino et Paulo filio ipsius Elye, eodem Elya, Item pro Iohanne et Buda uterinis, nec non Stephano et Iohanne filys Gregory patruelibus fratribus eorumdem, eisdem Sandrino et Elia nec non pro Koztha, Elya, Mychaele, Stanizlao et Ozthaz[3]) fratribus uterinis suis prefati Ladislai fily Iwan parvi, eodem Ladislao, nec non pro Theodoro, Stanislao, Clemente, Luca, Mychaele et Mathya uterinis fratribus memorati Petri fily Stechk, eodem Petro ac pro Koztha, Gregorio, Clemente et Sandrino filys Iwan magni de dicta Makarya, prefatis Sandrino et Elya filys Georgy wayvode, nec non cunctorum et singulorum fratrum, filiorum, proximorum et generacionis eorum hominum ad subscripta Inconcusse, illibate et inviolabiliter observanda, onera et gravamina eorum generaliter in se assumpmentibus, coram nobis constitutis, per eosdem suis et aliorum quorum supra in personis viva voce spontaneaque eorum voluntate confessum extitit nostri in presencia pariter et relatum, quod ipsi ob dileccionem consanguineitatis et proximitatis linee unionem Stanislai fily Iohannis de Dolha et Ladislai fily eiusdem, quibus ipsis attinerent et annexi haberentur, tum eciam pro Septingentis florenis centenarys, nove monete regalis, plene habitis ab eisdem et receptis, porciones eorum possessionarias totales in dicta possessione Makarya vocata, in Comitatu de Beregh existente habitas, septem videlicet partes eiusdem possessionis Makarya, directas et coequales, exclusa porcione possessionaria, et suis utilitatibus prefati

Briccy fily Balk de prefata Makarya in eadem habita, octava videlicet parte eiusdem directa et eidem Briccio ac ipsius heredibus Iure perhempnali Salva et illesa remanente, cum omnibus ipsarum porcionum possessionariarum seu septem parcium dicte possessionis Makarya utilitatibus et pertinencys universis, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, pratis, fenilibus, silvis, nemoribus, vallibus, aquis aquarumque decursibus, piscinis et aquis piscatorys, molendinis et locis molendinorum, Et generaliter cunctis ipsarum septem parcium pretacte possessionis Makarya utilitatibus et utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo censitis, vocitatis, denominatis et appellatis, sub earum veris et antiquis terminis, limitibus, cursibus metalibus, quibus ipsi hactenus et usque modo easdem usi fuissent, tenuissent et possedissent, dedissent, donassent et contulissent et vendidissent, ac prefati Sandrinus et Elyas fily Georgy wayvode ac Ladislaus filius Iwan parvi nec non (Petrus filius) Stechk nominibus et in personis quorum supra, coram nobis dederunt, donaverunt contulerunt et vendiderunt memoratis S(tanislao) filio Iohannis de Dolha et Ladislao filio eiusdem ipsorumque heredibus et heredum eorum successoribus, posteris et posteritatibus (universis) Iure perpetuo irrevocabiliter, ac in ewum et sempiternum, possidendas tenendas et habendas. Assumpmentes nichilominus ydem Sandrinus et Elias fily Georgy wayvode ac Ladislaus filius Iwan parvi necnon Petrus filius Stechk in suis et predictorum (nominibus) prenominatum Stanizlaum filium Iohannis de Dolha et Ladislaum filium eiusdem ac heredes et posteritates eorumdem in dominio pretactarum porcionum possessonariarum seu septem parcium possessionis Makarya antedicte ipsis datarum et venditarum contra (quem) libet signanterque fratres filios proximos consanguineos et generacionis ipsorum homines conservare, protegere defensare et manutenere . . . . . proprys laboribus et expensis, prefatus vero Briccius filius Balk de prescripta Makarya uti premittitur, coram nobis personaliter astando hiuc fassioni, dacioni, collacioni et vendicioni pretactarum porcionum possessionariarum seu septem parcium pretitulate possessionis Makarya, dempta dumtaxat et excepta octava parte eiusdem possessionis Makarya et ipsius utilitatibus porcionis . . . . consensum prebuit pariter et assensum, patrocinio presencium mediante. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales alphabetoque intercisas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum beate Marie Magdalene. Anno domini millesimo quadringentesimo Tredecimo.

[1]) Macaria numită după un proprietariu al ei cu acelu-aş nume.
[2]) Stechk=Stefan.
[3]) Osthaş=Eustratie.
[4]) Din originalul scris pe pergamen, proveḑut cu sigil pendente al Conventului.

108.

1413. 6. Octobre. Karay. Pipo de Ozora comite Timişan dăruesce magistrului Petru de Dece in recompensa Servi-ţiilor sale Kenesiatul moşiei Orbagy in districtul Mehadiei.

Nos Pipo de Ozora Comes Themesiensis memorie commendamus per presentes, Quod nos consideratis servicys et fidelitatibus ac fidelitatum et sincerum serviciorum gratuitis meritis quibus Egregius vir magister Petrus de Decse serenissimo domino nostro Sigismundo Romanorum ac Hungarie etc. Regi et per consequens nobis non parcendo persone et rebus studuit complacere, anhelatque in futurum, Volentes eidem occurrere cum favore, Kenesiatum possessionis Regalis Orbagy vocate in districtu Mihald existentis, cum universis suis pertinencys et utilitatibus, sub veris antiquis limitibus ac metis habitis, more et ad instar aliorum Kenesiatuum, in eodem districtu habitorum predicto magistro Petro de Decse suisque heredibus et posteritatibus universis dedimus, conferimus et contulimus, ymo damus, conferimus et contulimus perpetuo, salvo tamen Iuribus alienis, annuimus eciam ut quicunque libere condicionis homines ad eandem possessionem Orbagy morandi Causa advenerint, secure veniant et tute commorant, et a die adventus ipsorum, qui in locis desertis edificia construxerint, septem annorum, qui vero in promptis domibus descenderint trium annorum libertatibus pacifice perfruantur in quarumlibet Coll . . . . . . s . . . . . Infra prescriptos annos, eosdem Supportando, et suppor . . . . presencium . . . . mediante. Quocirca vobis Castellanis nostris in Castro de Mihald constitutis, presentibus scilicet et futuris firmissime mandamus, quatenus prefatum magistrum Petrum de Decse premisse nostre donacionis et . . . . . . formam nullo modo impedire audeatis, sed pocius ipsum suosquo heredes, Kenesios predicte possessionis Orbagy vocate et populos in eadem residentes in omni tranquilitatis pace conservare debeatis, nostra in persona secus

facere non ausuri, presentes perlectas reddite presentanti. Datum in . . . . . . tercio die festi beati Francisci confessoris anno Domini millesimo quadringentesimo Tredecimo.

Acésta diploma nu se referesce la Maramureş, dér după ce s'a afllat intre actele familiei Petrovay, am cugetat de bine, a o da cu astă dată publicităţei. Din originalul la Gabriel Várady scris pe pergamen cu sigil imprimat dér desolat.

109.

1414. 14. Marţiu. Sziget. Magistratul comitatului adeveresce, că de o parte Tatul din Ialova şi Sandor fiul lui Erdew din Ternova, de altă parte Ivaşko din Dolha s'au impăcat in privinţia zestrei sociei lui Ivaşko, după ce in districtul Maramureşului nu este obiceai se se deă fetelor posesiuni, fără numai lucruri mişcătórie.

Nos Stanislaus de Dolha vice Comes Maramarosiensis et Quatuor Iudices nobilium, Universique nobiles Comitatus de eadem damus pro memoria et significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quod cum fuissemus in sede nostra Iudiciaria, venientes coram nobis Nobiles viri scilicet ab una parte Tatol de Ilholcz et Sandor filius Erdew de Kekenes, parte vero ex altera Iwascho[1]) de Dolha, proposuitque idem Iwascho causam suam contra annotatos Tatol et Sandor, quomodo ab ipsis porcionem possessionariam pro rebus parafernalibus sue conjugis exsequebat, Nos Vero tali modo in venimus, quod in districtu Maramarosiensi non sit mos talis exsecucionis, quia filiabus nostris non possessione tenemur sed rebus, Super quibus contra annota (sic) inter annotatos Tatol et Sandor hac (sic) ipsum Iwascho concordiam fecimus, ita quod ipse Iwascho eosdem super idem misit fore liberos et expeditos. Imo eciam partes adverse sese coram nobis tali modo obligaverunt, quod quicunque aliqua pars dictam causam movere voluerit, extunc ante litis ingressum parti aliene Quinquaginta marcas deponere teneatur, Salvo Iure alieno. Super quod concessimus ipsis Tatol et Sandor literas nostras patentes, harum testimoniis mediante. Datum in Zygeth, Tercio die festi beati Gregory pape. Anno domini Mmo CCCCmo quartodecimo[2])[3]).

[1]) Ivasko=Joan.

[2]) Din originalul provezut cu 5 sigille imprimate in archivul Comiţilor Teleky in Gyömrő. (El. XX. F. 1. No. 50.)

[3]) Din Tĕrnova şi-a produs nobilitatea la anul 1752. familia Várady aliter Szatmáry (1626.)

110.

1414. 1. Juliu. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru reambularea metelor moşielor Nănesci, Văncesci, şi Valea Porcului, in favorul lui Joan Hanc din Văncesci. Metele se stătoresc şi Joan Hanc se introduce fără contraḑicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter ac futuris praesentium notitiam habituris Nicolaus Praepositus et Conventus ecclesiae Sanctae Crucis de Lelesz Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras Excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum regis semper Augusti ac Hungariae Regis nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariae Rex fidelibus nostris Conventui Sanctae Crucis de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Ioanis Hank de Vancsfalva, quomodo quaedam possessiones suae Nanfalva, Vancsfalva, et Disznopatak in comitatu Maramarosiensi existentes habitae legitimis reambulationibus metarumque erectionibus ac renovationibus plurimum indigerent, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Petrus de Gyulafalva, seu Andreas de Farkasrev, nec non Ioannes de Szlatina, vel Petrus de Szarvaszo aliis absentibus homo noster ad facies praedictarum possessionum, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis ac praesentibus accedendo, reambulet ipsas per veras ipsarum metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus possessionariis separatas et distinctas relinquat ipsas annotato Ioanni, jure eidem incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra antedictum Ioannem Hank Personalem in nostram praesenciam ad terminum competentem,

rationem contradictionis eorum reddituros, et peractis hujusmodi possessionariis reambulationibus cum cursibus metarum, nominibusque contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Budae octavo die festi nativitatis beati Ioannis Baptistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo quarto decimo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum praefato Andrea de Farkasrev homine Domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet fratrem Iacobum praesbiterum ad praemissa peragenda pro testimonio exmisimus, qui deinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi die decima septima post festum ad vincula beati Petri Apostoli proxime praeteritum ad facies praedictarum possessionum Nanfalva, Vancsfalva et Disznopataka nuncupatarum in praedicto Comitatu Maramarosiensi adjacentium, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, per veras metas ac cursus metales earumdem, novas metas in locis necessariis erigendo taliter in hoc ordine reambulassent ac progresissent. Quod primo incipitur a parte possessionis Farkasrev praedictae secus fonticulum Kiraly Kutja vocatum, quem pro meta deputassent, dein pergendo ad plagam septentrionalem attigissent fluvium Fejer Iza nominatum, quem transeundo ad eandem plagam septentrionalem per longum spacium eundo, attigissent montem Musdalhegy nominatum, in cuius vertice metam terream erexissent. Deinde ad plagam occidentalem declinando attigissent quandam viam de dicta possessione Disznopataka ducentem ad Kiraly Kutja, inde versus dictam plagam septentrionalem pergendo attigissent rivulum Disznopataka nuncupatum, ubi metam terream aggregassent, quem transeundo attigissent rivulum Hatarpataka nuncupatum, et in eodem rivulo Hatarpataka sursum usque caput seu originem ascendendo. Dehinc superius pergendo attigissent lacum Kerekto nuncupatum, ubi rursus attigissent lacum Sostho apellatum, declinando versus plagam orientalem reperissent stagnum Bierek vocatum, ab hinc plagam ad eandem pergendo attigissent originem seu Caput cuiusdam rivuli, ubi metam terream accumulassent, hinc ad dictam plagam orientalem bonum spatium transeundo attigissent montem Borek nuncupatum, ubi ipsa meta terrea de novo cumulata ac ipsum montem Borek transiendo attigissent quandam viam de dicta possessione Disznopataka ad salis fodinas ducentem, ulterius eadem plaga orientali continuata bonum spatium procedendo attigissent rivulum Kosztapataka nominatum, quem transpassando per bonum spatium

eundo, attigissent quendam montem Koborek nominatum, quem montem quadam via pertransiit, et ab eo ad plagam meridionalem eundo attigissent rivulum Fenyvespataka vocatum, quem prope originem seu caput ejusdem transeundo, ulterius pergendo attigissent rivulum Szarvaspataka alio nomine Cserbovapataka, ab hinc semper dicta plaga meridionali servata per meatum eiusdem rivuli Szarvaspataka bonum spatium pergendo attigissent praedictum fluvium Fejer Iza. Dein per decursum ipsius fluvii Fejer Iza per medium eundo . . . . sent locum Szurdok vocatum, ubi rivulus Monostorpataka nominatus cadit in dictum fluvium Fejer Iza, declinando ad dictam plagam meridionalem per eundem rivulum Monostorpataka vocatum sursum ascendendo, attigissent montem quendam, ubi in cacumine montis ipsius ipse rivulus Monostorpataka finitur, hinc in monte Borek ad eandem plagam occidentalem longum spatium transeundo, attigissent locum seu Campum Dobritze mezeje nominatum, quem pertranseundo dehinc ulterius per eandem plagam occidentalem per quemdam campum Gyurkemezeje pertranseundo, attigissent quendam rivulum Egrespataka alio nomine Szarazpataka vocatum, ubi per meatum ejusdem inferius attigissent locum ubi ipse rivulus cadit in fluvium Maramaros vize appellatum. Postremoque ipsum rivulum relinquendo, ac per silvam bonum spatium eundo versus dictum fonticulum Kiraly-Kutja appellatum, ad locum ubi prius ipsa reambulatio metarum incipisset, ibique reambulationes et metarum erectiones praescriptarum possessionum Nanfalva, Vancsfalva et Disznopataka vocatarum terminantur. Includendo easdem possessiones inclusionibus, distinctionibus ac limitationibus praescriptarum metarum ac cursuum metalium, ac ab aliorum possessionum juribus distinctas ac separatas cum omnibus ipsarum pertinenciis ac utilitatibus praenominato Ioanni Hank jure ipso incumbenti statuissent ac commisissent perpetuo possidendas nullo contradictore inibi apparente. In quorum praemissorum memoriam stabilitatemque perpetuam praesentes litteras nostras privilegiales, sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Festo exaltationis Sanctae Crucis. Anno Domini millesimo, quadringentesimo quarto decimo.

Din copia defectuosă intre actele procesului urbarial al comunelor Nănesci, Văncesci şi Valea Porcului la tribunalul din Sziget.

111.

1415. 21. Juniu. Nagy-Ida. Mandatul de introducere prin care trămisul conventului d'in Lelesz și Gorzo fiul lui Dobrozlav d'in Ferescі ca homo regius introduc pe Ivanka și pe Georgiu fiul lui Ivanka in posesiunile Hernicescі și Crăcescі fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Nicolaus Praepositus, et Conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz, Salutem in Omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras magnifici viri Comitis Petri de Peren Iudicis Curiae Excellentissimi Domini nostri Sigismundi Dei gratia Romanorum regis semper Augusti ac Hungariae etc. regis nobis directas honore et reverentia, quibus decuit recepimus in haec verba: Amicis suis reverendis Conventui de Lelesz Comes Petrus de Peren Iudex Curiae Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungariae etc. regis amicitiam paratam cum honore, dicitur nobis in personis Ivanka et Gyula filiorum Dragomer ac Georgii filii Ivanka de Hernechfalva quomodo ipsi in dominium ejusdem possessionis Hernechfalva et Karachfalva vocatae in Comitatu Maramarosiensi existentis ipsos omnis juris titulo contingentis legitime vellent introire, si contradictio cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Gorzo filius Dobrozlo de Fejerfalva et Petrus Nemes de Gyulafalva, Danch Ivan de Vanchokfalva, neve Ladislaus de Nemethfalva aliis absentibus homo regius ad facies praefatarum possessionum Hernechfalva et Karachfalva vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Ivanka et Gyula filios Dragumer ac Georgium filium ejusdem Ivanka, in dominium earundem, statuatque easdem eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Ivanka et Gyulam, regiam in praesentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros et post haec ipsarum introductionis et statutionis

seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato dicto Domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Nagy-Ida feria quarta proxima ante festum B. Joannis Bapt. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo.

Nos igitur petitioni memorati comitis Petri de Peren annuentes ut tenemur, una cum praefato Gorzo filio Dobrozlo d Fejerfalva, homine dicti Domini nostri regis unum ex nobis, videlicet fratrem Valentinum presbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, demum iidem exinde ad nos regressi, nobis voce parili retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post dictum festum Sancti Ioannis Baptistae proxime praeteritum ad facies praeadtactarum possessionum Hernechfalva et Karachfalva vocatarum, in dicto comitatu Maramarosiensi adjacentium, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, in quarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, praefatosque Ivanka, Gyula et Georgium in dominium ipsarum introducendo, easdem ipsis cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys, terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, nemoribus, montibus, alpibus, aquis aquarumque decursibus, et generaliter quibusvis utilitatum integritatibus, ad easdem de jure spectantibus praemisso jure ipsis incumbenti, statuissent perpetuo possidendas; nullo contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perennalem, praesentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum vigesimo quinto die dictae statutionis ante dictae, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quintodecimo praenotato.

Veḑi processul productional din annul 1785. al vicecomitelui Stefan Rednik d'in Giulesci, in archivul Comitatului III. 1785/45.

112.

1415. 16. Septembre. Nagy-Ida. La mandatul Judelui Curiei regesci Tatul, Petru, Stephan şi Ioan fiii lui Michail din Ialova se introduc fără contraḑicere in posesiunea moşcenită Kis-Técső.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Nicolaus praepositus ac conventus ecclesiae

Sanctae crucis de Lelesz, salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri comitis Petri de Peren judicis curiae excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis semper augusti ac Hungariae etc. Regis nobis directas, reverenter recepimus in haec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelesz comes Petrus de Peren judex curiae domini Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis semper augusti ac Hungariae etc. regis, amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Tatoui, Petri, Stephani et Ioannis filiorum Michaelis de Ilhocz, quomodo ipsi in dominium cujusdam possessionis Kis-Tecs vocatae in Comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos jure haereditario concernentis, legitime vellent introire, si contradictio cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandor de Lipcse, vel Gregorius de eadem, seu Naan de Slatina, aliis absentibus homo regius ad faciem praefatae possessionis Kis-Tech vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Thatou, Petrum, Stephanum et Ioannem in Dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem, praemisso jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos Thatou, Petrum, Joannem et Stephanum regiam in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsius possessionariae introductionis et evocationis seriem, cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato, Domino nostro Regi fideliter rescribatis. Datum in Nagy-Ida, tertio die festi exaltationis Sanctae Crucis. Anno Domini 1415. Nos igitur petitioni annotati comitis Petri de Peren annuentes ut tenemur, una cum praefato Gregorio de Lipcse homine dicti domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Ioannem presbyterum, ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus. Demum iidem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum omnium sanctorum proxime praeteritum ad faciem praedictae possessionis Kis-Tech nominatae, in praedicto Comitatu Maramarosiensi existentis, vicinis et commetaneis universis, inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, ubi legitimis et consuetis diebus permanendo, praefatosque Thatou, Petrum, Stephanum et Ioannem filios Michaelis de Ilhocz in Dominium eiusdem intreducendo, eandem

cum omnibus ipsius utilitatibus et pertinentiis universis, eisdem praemisso jure ipsis incumbenti, statuissent, perpetuo possidendam, nemine contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes literas nostras, privilegiales sigilli nostri munimine roboratas, duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei Statutionis ante dictae. Anno Domini supra dicto.

[1]) Tatou=Tatul=Tatumir=Patricie.

[2]) Kis-Técső=Técsőpataka=Tyacsovetz e valea ce curge din hotarul Jalovei către salinele Kerekhegy.

[3]) Conventul din Lelesz. (Actorum anni 1765. Nus 20.)

113.

1415. 18. Decembre. La mandatul judelui Curiei regesci Nicolau fiul lui Stanislau din Urmező, cu fiii sei Petru, Elie, Joan, Georgiu, apoi Stanislau fiul lui Stefan din Urmező se introduc fără contraḑicere in moşiile Urmező, Lipche, Harincha, Berezna, Ökörmező, Drăguesci, Négova, Ganea, Apşa de sus, Rona de jos, Bărbesci, Călinesci şi Balotesci.

Omnibus Christi . . . . Ecclesiae sanctae . . . . Salutem et gratiam . . . . . quod nos literas magnifici . . . . Comitis . . . . judicis curiae Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia . . . semper augusti ac Hungariae etc. regis nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in haec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelesz, Comes Petrus de Peren Iudex curiae domini Sigismundi Dei Gratia Romanorum Regis Semper augusti, ac Hungariae etc. Regis. Amicitiam . . . . cum honore. Dicitur nobis in personis Nicolai filii Stanislai de Ewrmezew Petri, Eliae, Iohannis . . . Georgii filiorum ejusdem, nec non Stanislai filii Stanislai ac Nicolai filii Stephani de E . . . . . quomodo ipsi in Dominium quarumdam possessionum Vrmezew praedictae Lipche, Harincha, Berezna, ... Wkermezew, Kewezliget, Negova, Ganyafalva, Felső-Apsa, Also-Rona, Bardfalua, Kalinfalua et Balotafalua vocatarum, in Comitatu Maramarosiensi existentium, ipsos jure haereditario ac novae regiae majestatis donationis titulo concernentium legitime vellent introire, si contradictio

cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo vestram Amicitiam praesentibus petimus diligenter, Quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandor de Lypche, vel Gregorius de eadem, aut Laurentius de Baranya seu . . . . . de eadem, sive Andreas filius Ladislai de Hethen, an Ivan de Zlathyna aliis absentibus homo regius, ad facies praescriptarum possessionum Wrmezew, Lypche, Harincha, Berezna, Wkermezew, Kewesliget, Negova, Ganyafalua, Felsew-Apsa, Also-Rona, Bartfalua, Kalinfalua et Balotafalua, vicinis et conmetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos . . . . . . et alios praescriptos in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem, praemisso jure ipsis perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum . . . . et alios praescriptos regiam in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsorum possessionariarum introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato dicto Domino Nostro Regi fideliter rescribatis. Datum in Nagh-Ida, tertio die festi exaltationis sanctae crucis Anno Domini millesimo quadringentesimo quinto decimo. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelesz pro Nicolao filio Stanislai de Wrmezew et aliis intra scriptis, introductoriae et Statutoriae.

Nos igitur petitioni memorati Comitis Petri de Peren annuentes ut tenemur, una cum praefato Georgio de Lipche, homine dicti Domini nostri Regis unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem presbyterum dictum Papochy, ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi, nobis voce concordi retulerunt, quod ipsi feria tertia proxima post festum omnium sanctorum proxime praeteritum ad facies praedictarum possessionum Wrmezew, Lypche, Harincha, Bereznamezew, Wkermezew, Kewesliget et Negova, ac aliis diebus subsequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies praescriptarum possessionum Ganyafalua, Felsew-Apsa, Also-Ronya, Bardfalua, Kalin-falua, et Balota-falua nuncupatarum et in dicto Comitatu Maramarosiensi existentium, vicinis et conmetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, in quarum quidem possessionum praetactarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, praefatosque Nicolaum filium Stanislai, Petrum et Eliam, Iohannem, Thompus et Georgium filios ejusdem, nec non Stanislaum, filium Stanislai ac Nicolaum filium Stephani in dominium earundem

introducendo, easdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eisdem praemisso jure ipsis incumbenti statuissent, perpetuo possidendas, nemine contradictore inibi apparente. In quorum praemissorum memoriam Stabilitatemque perhemnalem praesentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante festum Beati Thomae apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo quintodecimo supradicto.

[1]) Hethény in Comitatu Ugocia lăngă Tisa.

[2]) Balotafalva lăngă Sĕrbi.

[3]) Déca Nicolae din Urmezŏ s'a introdus in părţile moşielor Rona de jos, Bărbesci, Călinesci, a trebuit se fie fost din némul famililor de acolo.

[4]) Conventul din Lelesz. (Statutorianum Littera V. 233.)

114.

1416. 2. Juliu. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Petru şi Nicolau fiii lui Sandrin din Dolha in jumetatea moşielor Dolha şi Zadnya; Joan, Bogdan, Stanislau şi Georgiu fiii lui Joan din Dolha protestédia, pentru acea sunt citaţi inaintea scaunului regescu.

Excellentissimo Domino ipsorum Domino Sigismundo Dei gracia Romanorum Regi semper augusto ac Hungarie etc. Regi Nicolaus Prepositus et conventus Ecclesie sancte Crucis de Lelez, oraciones in Domino pro ipsius vita pariterque salute. Literas vestre Serenitatis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba. Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie etc. Rex Fidelibus suis conventui Ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Petri et Nicolai filorum Sandrini de Dolha, quomodo ipsi in Dominium directarum medietatum quarundam possessionum Dolha et Zadnya vocatarum in comitatu de Beregh existencium ipsos jure hereditario concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus vel Ioannes aut Emericus sive Stephanus seu Ugrinus seu Sandor de Komlos, seu Elias neve Petrus Bolond de Bilke, an Joannes de eadem, seu Sandor de Liptse sive Joannes de Bagy, alys absentibus homo noster ad facies dictarum medietatum annotatarum

possessionum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Petrum et Nicolaum in Dominium earundem, statuatque easdem eisdem, cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentys quibusvis jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra prefatos Petrum et Nicolaum nostram specialem in presentiam ad terminum competentem racionem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post hec ipsius possessionarie introductionis et Statutionis seriem, cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato eidem nostre speciali fideliter rescribatis Majestati. Presentes autem propter absentiam venerabilis Patris Domini Eberhardi Episcopi Ecclesie Zagrabiensis aule nostre cancellary, et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum, sigillo eiusdem fecimus consignari. Datum Bude in festo visitationis virginis gloriose. Anno domini M⁰ CCCC⁰ sedecimo. Nos igitur mandatis vestre excellentie obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Stephano de Komlos, homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet Fratrem Joannem Presbyterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante festum decollationis Beati Ioannis Baptiste proxime preteritum, ad facies dictarum medietatum Possessionum predictarum Dolha et Zadnya vocatarum, vicinis et commetaneis earundem universis, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, cumque ipsi memoratos Petrum et Nicolaum in Dominium earundem introducere, easdemque eisdem cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentys universis premisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas Statuere voluissent, tunc Joannes et Bogdan fily Joannis de jam dicta Dolha illic pariter adherentes suis, item Stanislay et Georgy fratrum ipsorum in personis ipsos a statucione predictarum medietatum possessionum jam fatarum antelatis nobilibus fienda, prohibuissent contradicendo, propter quod ipsi in die et locis in eisdem prelibatis Stanislaum, Georgium, Joannem et Bogdan de Dolha contra annotatos Petrum et Nicolaum filios Sandrini de eadem ad octavas Festi Beati Michaelis Archangeli nunc venturas vestre sublimitatis specialem in presenciam evocassent, racionem contradictionis eorum reddituros. Datum octavo die diei evocacionis antedicte. Anno domini prenotato.

Conventul din Lelesz. (Statut. D. No 259. anni 1416.) Copia de la Georgiu Petrovay.

115.

1416. 9. Novembre. Buda. Mandatul regelui Sigismund ca se se cerceteze plănsórea veduvei ducelui Theodor şi a fiicelor sale Annuska şi Maria, in contra lui Stanislau din Dolha, care a oprit pentru sine venitele lor din Maramureş, şi astfeliu le-a pagubit cu 500. fl. de aur.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie etc. Rex Fidelibus suis conventui Ecclesie de Lelez Salutem et graciam. Dicitur nobis in personis magnifice Domine relicte condam Theodori ducis, ac Nobilium puellarum Annuska et Maria vocatarum filiarum suarum, quod Stanislaus de Dolha in anno cujus secunda intraret revolucio, contra voluntatem et absque consensu ipsarum collectam et proventus, ipsis in Maramarusio provenire debentes, pro se recipiendo, eisdem quingentorum florenorum auri dampna intulisset, potentia mediante, in prejudicium ipsarum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus vel Valentinus de O-Began sin Georgius vel Martinus de Kerepech, sin Ioannes de Harabor, vel Georgius de Homok sin Michael de Geche aliis absentibus homo noster scita premissorum mera veritate, evocet prefatum Stanislaum contra ante dictas Dominas nostram in presenciam, ad terminum competentem, racionem ob premissos redditurum, litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Et post hec ipsarum inquisitionis et evocationis seriem cum nomine evocati terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima ante Festum B. Martini confessoris. Anno domini M^{0} CCCC^{0} sexto decimo.

Noster frater Valentinus suo modo in Beregh feria tercia post Thome in Kejos ad Epiphaniarum Domini.

Conventul din Lelesz. (Actorum No. 11. anni 1416.) Copia de la Georgiu Petrovay.

116.

1417. 3. Februariu. Buda. Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea Dómnei vedue Valha şi a fiicei Annuş remase după Theodor ducele Opuliei in contra lui Stanislau şi Georgiu din Dolha, carii in ḑilele acele, cănd districtul Maramureşan se ţinea de ducele, au luat dela jobagii lui una mie floreni de aur şi 600. pei de vezure in valóre de 600. fl. şi au maltratat pe ómenii ducelui in posesiunea Makaria. După relaţiunea conventului tóte se adeveresc, afară de valórea lucrurilor luate.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex, semper augustus ac Hungarie etc. Rex Fidelibus suis conventui Ecclesie de Lelez Salutem et gratiam, Dicitur nobis in personis magnifice Domine Valha relicte ac puelle Annus vocatarum, filie condam Theodori Ducis Opulie[1]) (sic) quod Stanislaus et Georgius de Dolha una cum Demetrio et Stephano Kever familiaribus eorum, dum Districtus Maromorosiensis erga ipsum Ducem exstitisset[2]) a Iobbagionibus in dicto Maramoros et eius pertinentys commorantibus mille Florenos auri et sexingentas pelles mardurinas sexingentos florenos novos valentes recepissent, et quod eorum placuisset voluntati fecissent. Insuper prefati Stanislaus et Georgius una cum predictis Stephano et Demetrio circa Festum Omnium Sanctorum proxime preteritum Petrum nece miserabili ac alios quam plures Familiares earumdem Domine et puelle in possessione Makaria repertos prorsus innocentes, diris et acris verberum et vulnerum plagis sauciari fecissent, potencia mediante, in preiudicium earundem et dampnum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Ioannes filius Michaelis de Davidhaza, vel Georgius de Kerepech, aut Valentinus de O Began, sive Ioannes de Halabor aliis absentibus homo noster scita premissorum mera veritate, evocet prefatos Stanislaum et Georgium contra easdem Dominam et puellam Palatinalem in presentiam ad terminum competentem, racionem de premissis reddituros, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Et post hec ipsarum Inquisitionis et evocationis Seriem cum nominibus evocatorum terminoque assignato Eidem Palatino more solito rescribatis. Datum Bude secundo die Festi Purificacionis Virginis gloriose.

Anno Domini M⁰ CCCC⁰ decimo septimo. Noster frater Ioannes suo modo in Beregh feria sexta ante Valentini in Macaria ad octavas Cinerum datum quinto die. Quod premissa, dempto dumtaxat et excepto certo numero et valore rerum ablatarum, suo modo facta fuissent et perpetrata, prout tenor literarum dicti Domini nostri regis contineret prescriptarum, habitāque Inquisitione feria sexta proxima ante festum B. Valentini Martyris proxime preteritum, prenominatos Stanislaum et Georgium de Dolha in predicta possessione Makaria vocata, porcionibus videlicet eorum contra annotatas Dominam relictam et puellam filiam Theodori Ducis ad octavas diei Cinerum nunc venturas vestre magnitudinis in presenciam evocassent, racionem de premissis reddituros, litis pendencia si qua foret inter ipsos, non. obstante Datum quinto die diei Evocationis ante dicte. Anno Domini Supradicto[3]).

1) „Dux Opuliae" = va fi greséla in loc de „dux Podoliae."

2) Erga ipsum ducem extitisset — nu va fi avend alt inţeles, decăt că ducele in anii sei de urmă va fi fost comite suprem seu comite cameral in Maramureş.

3) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo Actorum Anni 1417. Nus 78. B. B. II. pag. 265.) Professorul de universitate din Innsbruck H. I. Biderman in opul seu: „Die Ungarischen Ruthenen I. 8." scrie că ar fi tradiţiune după care Principele Koriatovics ar fi inpoporat Valea Talaborului; eu o astfeliu de tradiţiune n'am audit, neci că am cetit la alţii, ba neci nu o aflu probabilă, de órece ţinutul acesta in tempul ducelui era inpoporat şi era proprietatea altora, cum ne arétă diplómele din colecţiunea acésta; a nume care moşii se fie fost ale ducelui? nu avem date positive. Déca aducea el intr'adever popóre d'in Podlachia, acele mai bine le-a potut aşieḑia in vastele sale dominii dela Munkacs, Zemplin etc. Căt despre originea mult discutată a Ruthenilor, cum e numele lor istoric, seu a Ruşilor, cum se numesc ei, şi cum ii numim noi, — e de primit părerea episcopului modern gr. cat. din Munkács Basiliu Firczák, exprimată in pastorala sa cea dăntăiă după occuparea scaunului episcopescu, că adecă o parte a poporului rusesc a trăit in locurile sale de acum inainte de venirea ungurilor, altă parte a venit cu unguri in ţéra acésta, ér altă parte după acea s'a aşeḑiat in Ungaria. In categoria treia sunt de puşi Huţulii, colonisaţi de abiă d'in secolul trecut in dominiile erariale pe la isvórele riului Tisa şi Taras. Acest popor prin phisionimia sa, portul seu, datinele sale se deosebesce mult de poporul rusesc, se aprópie de cel românesc, intrebuinţănd multe cuvente ale acestui-a, din care motive renumitul philolog şi slavist Miklosich (Wanderungen der Rumunen p. 7—50.) lu-declară de origine română. Despre ethnographia lor veḑi opul: Die Huzulen de Dr. R. Friedrich Kaindl. Wien 1894. Acest professor de la universitatea din Cernăuţiu in anul 1897. a făcut studii ethnographice şi intre Huţulii din Maramureş.

117.

1417. 11. Aprilie. Litere proclamatorie, prin care Bogdan și Georgiu din Dolha in trei tĕrguri au fost provocați in public, ca se se justifice inaintea regelui pentru injuriele causate lui Nicolau fiul lui Sandrin din Dolha, și se plătéscă amenda de treiḑeci de marce, căci in casu contrariu regele insu-și va pune capet in acéstă causă.

Excellentissimo Domino Ipsorum Domino Sigismundo Dei gracia Romanorum regi, semper augusto ac Hungarie etc. regi Nicolaus prepositus ac conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oraciones in Domino pro ipsius vita pariterque salute. Vestra noverit excellencia, quod cum nos iuxta continenciam literarum viri magnifici comitis Petri de Peren Iudicis curie vestre maiestatis, proclamatoriarum pro Nicolao filio Sandrini de Dolha datarum nobisque directarum, una cum Sandor de Komlos homine vestre Serenitatis, literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Egidium Presbyterum ad infra scriptam trinam forensem Proclamacionem faciendam pro testimonio destinassemus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi pariter procedendo primo in festo annunciacionis B. Marie virginis, feria videlicet quinta in villa Vary, ac sabbato in oppido Lamperthzaza, denique feria secunda tunc proxime subsequentibus diebus fori in villa Kazon in tribus scilicet foris comprovincialibus Comitatus de Beregh pro se consequen . . . ebratis, Bogdan et Georgium de dicta Dolha in factis in pretactis literis proclamatorys expressatis, perhemptorie responsuros racionemque efficacem reddituros, ac de Judicys triginta marcarum Iudici et parti adverse satisfacturos contra annotatum Nicolaum filium Sandrini ad Octavas festi Beati Georgy Martyris nunc venturas vestre Sublimitatis in presenciam publice et manifeste fecissent proclamare, insinuassent ibidem ut si ierint et factis In pretactis literis proclamatorys declaratis et expressis se bono modo emundaverint, de dictisque Iudicys Iudici et parti adverse satisfecerint, bene quidem, alioquin non obstante ipsorum absencia et rebbellione, vestra sublimitas finem faceret in causa in dictis literis denotata, pro ut dictaret ordo Iuris, Datum tertio die Festi Pasce Domini Anno eiusdem M⁰ CCCC⁰ decimo septimo.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 49. Anni 1417.) Copia dela Georgiu Petrovay.

118.

1417. 24. Aprilie. Nagy-Ida. Mandatul judelui Curiei regesci cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plânsórea lui Stanislau din Dolha şi a fiilor sei Ladislau şi Michail in contra magnificei Dómne vedua ducelui Theodor din Munkács s'in contra lui Ugron din Komlos şi fii sei, carii cu potere armată au devastat moşiile Romanpataka şi Négyforrás, şi au fugărit pe jobagii lor.

Amicis suis Reverendis conventui Ecclesiae de Lelez Comes Petrus de Peren Iudex Curiae Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis semper augusti ac Hungariae etc Regis amicitiam paratam cum honore, Dicitur nobis in personis Stanislai de Dolha ac Ladislai et Michaelis filiorum eiusdem, quomodo in anno cuius Jam revolutio praeterisset, magnifica Domina relicta condam Theodori Ducis de Munkach missis quibusdam familiaribus suis, ut puta Emerico Guba de eadem Munkach, Endrey, Heleley et Stanislao castellano cum ipsorum complicibus, manibus armatis et potentiarys super possessione sua Romanpataka vocata veniendo, eandem depopulari et desolari faciendo ac populos et Iobbagiones in eadem Romanpataka commorantes affugari faciendo, Item Ugron de Komlos, Nicolaus, Ioannes, Mathias et Sandrinus fily eiusdem cum suis complicibus manibus armatis et potentiarys super possessione ipsorum Negforras vocata veniendo, eandem penitus similiter desolassent, ac etiam universos populos et Iobbagiones inibi existentes repulissent et affugassent, potentia mediante, in praejudicium eorundem valde magnum, Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius seu Simon seu Thomas filius eiusdem de Borsua, sive Philippus de eadem, neve Iacobus de Geche, aliis absentibus homo Regius, ab omnibus quibus incumbit, meram de praemissis experiatur veritatem, quam tandem Domino nostro Regi fideliter rescribatis Datum in Nagida in festo Beati Georgy Martyris Anno dom. M⁰ CCCC⁰ decimo septimo.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 76. Anni 1417.) Copia dela Georgiu Petrovay.

119.

1417. 10. Mai. Conventul din Lelesz la cererea lui Joan fiul lui Draguș din Bilke, a fratelui seu Gorzo, a verilor sei Ivașco, Daan, Gregoriu și Georgiu fiii lui Petru, Elie fiul lui Draguș, Petru fiul lui Stefan, Stețcu, Lațcu și Stefan fiii lui Sandor fiul lui Balița din Bilke transcrie literile judecătoresci in privintia dreptului de Kenesiat din Lipce și Herince de dato 14. Novembre. 1412.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez Salutem in omnium salvatore, Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod Iohannes filius Dragus de Bylke in nostri personaliter accedendo presenciam, sua item Gorzo uterini nec non Iwasko, Daan, Gregory et Georgy filiorum Petri, Elye fily Dragus, Petri fily Stephani, Stechk, Lachko et Stephani filiorum Sandor fily Balycha patruelium fratrum suorum de dicta Bylke in personis, exhibuit nobis literas condam magnifici viri Comitis Symonis fily Nicolai de Rozgon Iudicis Curie regie Serenitatis privilegiales tenoris et continencie subscriptorum, petens nos instanter ut easdem de verbo ad verbum transscribi, transsumptumque literis nostris similiter patentibus privilegialibus inseri faceremus, uberioris rei ad cautelam. Quarum tenor sequitur in hec verba: (vide sub No 105.)

Nos igitur peticioni prenotati Iohannis fily Dragus de Bylke in sua ac aliorum suprascriptorum fratrum suorum personis nobis porrecte et Iusticie annuentes ut tenemur, prescriptas literas pretitulati Comitis Symonis de Rozgon privilegiales nobis exhibitas de verbo ad verbum transscribi, tanssumptumque presentibus literis nostris similiter privilegialibus inseri fecimus pro nobilibus de Bylke supradictis communi Iure requirente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales Sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum feria quarta post festum beati Stanizlai episcopi et martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo decimo septimo.

Originalul scris pe pergamen, provedut cu sigil pendente se află in archivul lui Valentin Gorzo, copia dela Gabriel Várady.

120.

1417. 7. Juniu. Buda. Mandatul regelui Sigismund ca se se cerceteze plănsórea veducei remase după Stefan din Dolha şi a fiicelor ei, carele se plăng pentru acea, că iobagii din Laaz ai nobililor din Ninay au omorit pe Joan şi Michail doi fii ai lui Stefan din Dolha.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie etc. Rex fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam, Dicitur nobis in personis Nobilium Dominarum Magych relicte nec non Anna et Elena vocatarum filiarum Stephani de Dolha ac Sandrini filii ejusdem Elene, nec non Symonis de Helmech, Nicolai, Laurenty et Francisci filiorum eiusdem, quod Zaan et Petrus, Zino, Jaco, Theu, Paulus, Leen, Endre, Thomas, Ivan, alter Ivan ac Ivan Rufus Nitheny in possessione Laaz vocata residentes, Jobbagiones videlicet Blasii fily Cosme, Laurenty fily Joannis, Nicolai Dicti Kereztyn et Clementis fily eiusdem Blasy de Ninay in festo exaltacionis Sancte crucis, cuius jam quinta adveniret revolucio, Ioannem et Michaelem filios dicti condam Stephani, in predicta possessione Laz nullis culpis eorum exigentibus, ex mandato et commissione dictorum dominorum ipsorum nece miserabili interemissent potentia et presumptione eorum mediante, in prejudicium ipsarum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stanislaus vel Albertus de Helmech, sin Demetrius de Homok, neve Laurentius sive Jacobus de eadem, seu alter Laurentius de Bathy, an Ladislaus seu Benedictus ceu Petrus de eadem, aliis absentibus, homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Sanctissimi Corporis Christi. Anno eiusdem M⁰ CCCC decimo septimo.

Homo Laurentius de Bath, noster Stephanus Plebanus de Kapos, suo modo in Ungvariensi, Datum in festo Nativitatis Joannis Baptistae.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 27. Anni. 1417.) Copia dela Georgiu Petrovay.

121.

1417. 30. Novembre. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Stanislau, Joan Georgiu și Bogdan fiii lui Joan din Dolha in posesiunea moșiei Dolha cu tributul de acolo, a muntelui Cuc, a satului Zadnya ce se ține de Dolha, și a moșiei Sarkad și Romanpataka, introducerea se face fără contraḑicere.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie etc. Rex fidelibus suis conventui Ecclesie de Lelez, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Stanislai, Ioannis, Georgy et Bogdan filiorum Ioannis de Dolha, quomodo ipsi in Dominium quarumdam possessionum Dolha predicte ac tributi ibidem exigi consveti, et alpium Kukhavasa et ville Zadnya in tenutis dicte possessionis Dolha adjacentium ac Sarkad appellatarum nec non rivuli Romanpataka vocati in comitatu de Beregh existencium et habitarum, eosdem nove nostre donacionis titulo vigore aliarum Literarum concernencium legitime vellent Introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gallus de Guth, vel Martinus Poshazy, sin Andreas de eadem, an Iacobus de Gessen, ne Georgius de Kisfalus aut Naan an Nicolaus de Ilsva, neve Karachon de eadem, seu Ioannes de Davidhaza, vel Demetrius de eadem, sive Georgius Parvus de Borsua sin Symon de eadem, alys absentibus, homo noster ad facies predictarum Possessionum ac Alpium, Tributi et Rivuli, Vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat ipsos in Dominium earundem, Statuatque easdem eisdem cum omnibus earundem utilitatibus et pertinentys, premisso nove nostre Donacionis Titulo eosdem concernentes, perpetuo possidendas si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eosdem nostram in presentiam ad Terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum Introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria sexta proxima post festum Beate Catharine Virginis Anno Domini M⁰ CCCC⁰ X⁰ septimo.

Homo regius Gallus de Guth noster Ioannes Presbiter, quo ipsi feria tercia proxima post festum Beate Dorothee virginis ad dictam possessionem Dolha vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus acessissent, statuassentque eandem ac tributum et Alpes in tenutis Dolha existentes ac Sarkad nec non rivulum Romanpataka, nullis contradictoribus apparentibus.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. No 45. Anni 1417. Copia dela Georgiu Petrovay.

122.

1418. 17. Februariu. Buda. Mandatul judelui curiei regesci, prin care Georgiu din Dolha se indătoresce se-şi arete la termin prefiptu donaţiunea regéscă privitória la moşia Dolha, care a occupat o dela Nicolau fiul lui Sandrin din Dolha in contra aşezemĕntului făcut prin regele şi baronii sei.

Nos Comes Petrus de Peren Iudex Curie Domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis semper augusti ac Hungarie etc. Regis, Damus pro memoria quod Nicolaus filius Sandrini de Dolha personaliter juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi Epiphaniarum Domini in figura nostry Iudicy comparendo, contra Georgium de dicta Dolha proposuit eomodo, quomodo prefatus Georgius post concordiam per dictum Dominum nostrum Regem et suos Barones factam, tercio scilicet die festi Beati Nicolai Confessoris, eandem possessionem suam Dolha apellatam pro se ipso occupasset et occupatam conservaret de presenti, potentia mediante, in prejudicium suum valde magnum, ex parte cuius Iudicium habere vellet Iure requirente, quo percepto Martinus de Posahaza pro annotato Georgio cum procuratorys literis conventus Ecclesie de Lelez in nostram exsurgendo presenciam respondit ex adverso, quod prefatus Georgius dictam possessionem Dolha potencialiter non occupasset, sed eandem eidem et suis fratribus pro servicys ipsorum Regia serenitas donasset, et super hac Idem Georgius literas haberet donacionales, quas non ad presens sed in termino ulteriori per nos eidem dando coram nobis exhibere promptus esset et paratus. Unde nos his perceptis Iudicantes commissimus eo modo,

ut prefatus Georgius de Dolha dictas literas donacionales si quas super jam dicta possessione Dolha habet, confectas, in octavas festi Beaty Georgy Martyris venturas coram nobis exhibere teneatur, quibus visis Iudicium et Iusticiam facere valeamus inter partes in premissis dictante Iuris equitate. Datum Bude Tricesimo sexto die termini prenotati. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ decimo octavo.

Conventul din Lelesz. (Actorum No. 16. Anni 1418.) Copia de la Georgiu Petrovay.

123.

1418. 6. Mart. Nyaláb. Mandatul comitelui Petru de Peren judelui Curiei regesci către conventul de Lelesz, pentru introducerea lui Thatul din Jalova in posesiunea moșiei Ganyafalva.

Amicis suis reverendis conventui Ecclesiae de Lelez comes Petrus de Peren judex curiae Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum regis, semper augusti ac Hungariae etc. regis. Amicitam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Thathul de Ilhocz, quomodo ipse in Dominium cujusdam possessionis Ganyafalva vocatae in comitatu Maramorosiensi existentis, ipsum omnis juris titulo concernentis legitime vellet introire, si contradictio cujuspiam sibi non obviaret in hac parte, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Gregorius de Lypse, vel Danch de Bedeuhaza, aut Sandor sin Ivasko de eadem, seu Andreas filius Stan de Uglya, sive Ivan de Apsa aliis absentibus, homo regius ad faciem praedictae possessionis vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum Thatul in Dominium ejusdem, statuatque eandem eidem jure sibi incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint evocet ipsos contra annotatum Thatul regiam in praesentiam ad terminum conpetentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsius possessionariae introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato dicto Domino Nostro Regi fideliter rescribatis. Datum in castro nostro Nyalab, in Dominica Laetare. Anno

Domini Millesimo quadringentesimo decimo octavo, amicis suis reverendis, conventui Ecclesiae de Lelesz pro Tathul de Ilhocz introductoriae et statutoriae.

Brevis signatura executionis sic sonat: Homo Andreas de Uglya, noster frater Valentinus, sabbatho post inventionis crucis accessissent et statuissent.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum. No. 108.)

124.

1418. 26. Marțiu. Nyaláb. Mandatul judelui Curiei regesci Petru de Peren, pentru introducerea lui Neen din Saraseu in partea treia a posesiunei Saraseu. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi Fidelibus presentibus pariter el futuris presentium notitiam habituris Nicolaus prepositus et conventus Ecclesie Sancte Crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos Literas magnifici viri comitis Petri de Peren Iudicis Curie Excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei Gratia Romanorum Regis semper Augusti ac Hungarie etc. Regis honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba: Amicis suis reverendis conventui Ecclesie de Lelez Comes Petrus de Peren Iudex Curie Domini Sigismundi Dei Gratia Romanorum Regis, semper Augusti ac Hungarie etc. Regis, amicitiam paratam cum honore, Dicit nobis Neen[1]) de Zarvazov quod ipse in Dominium tertie partis dicte possessionis Zarvazov in Comitatu Maramorosiensi existentis habite, ipsum omnis juris titulo concernentis legitime vellet introire, super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thatol de Ilholch, vel Petrus de Urmezev, aut Naan de Saponcha, sin Andreas de Uglya seu Leke de eadam, sive Stoyka de Crichfalva, aliis absentibus homo regius ad faciem predicte possessionis Zarvazow, et per consequens dicte tertie partis ejusdem, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Neen in Dominium annotate tertie partis prescripte

possessionis Zarwazov, statuatque eandem eidem, jure sibi incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra ipsum Neen Regiam in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictonis eorum reddituros, et post hec ipsius possessionarie introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato dicto Domino nostro Regi fideliter rescribatis. Datum in castro Nyalab, Sabbatbo proximo ante dominicam Ramis Palmarum, Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo octavo. Nos igitur petitioni memorati comitis Petri de Peren annuentes, ut tenemur, una cum prefato Andrea de Vglya homine dicti Domini nostri regis unum ex nobis, videlicet fratrem Vallentinum presbiterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui demum exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi tertio die festi Beati Stanislai Episcopi et Martyris proxime preteriti, ad faciem prescripte possessionis Zarvazow et per consequens dicte tertie partis ejusdem, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ubi legitimis et consvetis diebus permanendo, prefatumque Neen in dominium annotate tertie partis prescripte possessionis Zarvazov introducendo, eandem eidem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis jure sibi incumbenti statuissent perpetuo possidendam, nemine contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes Literas privilegiales sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum Quinto Decimo die Diei statutionis ante dicte. Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo octavo supradicto[2]).

[1]) Neen=Nan=Anania. Numele Neen provine și intr'un citat de B. P. Hasdeu: Etimologicum III. pag. 2987. „Costin Căpitanul de Focșani, feciorul Nenului." pe la sferșitul secolului XVII.

[2]) Din originalul scris pe pergamen, in archivul Comitatului, in theca cu ferestl.

125.

1418. 1. Mai. Conventul din Lelesz adeveresce că Petru, Elia şi Thompuş fiii lui Mic din Urmező in numele lor şi in numele fraţilor lor Joan, Georgiu, Stanislau şi Nicolau fiul lui Stephan, voind se mulţămésca multele bine faceri avute din partea lui Thatul fiul lui Michael din Jalova, au dat lui din gratitudine pentru totdeuna moşia lor aquisită Ganea lăngă ăpă Tarasului.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Nicolaus, praepositus et conventus Ecclesiae sanctae crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Petro, Elia et Thompus[1]) filiis Mik[2]) de Urmezew pro se personaliter, ac pro eodem Mik patre, necnon Ioanne et Georgio uterinis item Stanislao patruele, praeterea Nicolao filio Stephani de dicta Urmezew et aliis fratribus ipsorum condivisionalibus sine literis procuratoriis, onera tamen et quaelibet gravamina eorum, si iidem temporis in eventu confessioni infra scriptae contravenire aut eandem quovis modo irritare, infringere seu inpugnare niterentur, in se ac cuncta bona et haereditates eorum assumpmentibus, coram nobis constitutis per eosdem Petrum, Eliam et Thompus filios Mik suis et aliorum quorum supra in personis viva voce spontaneaque eorum voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod ipsi intuitis, attentis et compensatis multiphariis multique modis beneficiorum et caritativarum rerumque bonorum et expensarum oblationum ac benevoluntiarum exhibitionibus et inpensionibus, quibus Thatol[3]) filius Michaelis de Ilhova ipsis temporum varietate, signanter grandium negotiorum agendorum et necessitatum eorum urgente ingruentia sincero caritatis zelo irremissibiliter affuisset, quasque eisdem pie, liberaliter et indesidue exhibuisset, ipsumqua similia inpensurum non haesitaret in futurum, volentes horum occasione eidem Thatol, filio Michaelis grata vicissitudine occurrere et mutuo gratitudine respondere, quandam possessionem eorum aquisititiam, Ganya nuncupatam in comitatu Maramarosiensi, secus fluvium Taraz adjacentem, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis ipsius possessionis Ganya, quibuslibet universisque et singulis attinentiis, et appendentiis eandem possessionem respicientibus, quomodolibet deno-

minatis et apellatis, dedissent, donassent, tradidissent et contulissent, Imo praefati Petrus, Elias et Thompus filii Mic, nominibus et in personis quibus supra coram nobis dederunt, donarunt, tradiderunt et contulerunt praefato Thatol filio Michaelis de Ilhova, ipsiusque haeredibus, posteris et posteritatibus universis jure perpetuo et irrevocabiliter ac in aevum et in sempiternum possidendam, tenendam, pariter et habendam, nil juris nilque proprietatis et dominii ipsis et eorum successoribus in eadem reservando, imo omne jus omnemque jurisdictionis ac dominii proprietatem quod et quam in ipsa possessione Ganya et utilitatibus ejusdem habuissent, in ipsum Thatol ac ipsius haeredes et posteros effective transferendo, assumpmentes nihilo minus ipsi Petrus Elias et Thompus nominibus supradictis ab omnibus fratribus et generationis eorum hominibus ipsum Thatol et ejusdem successores occasione et praetexto jam dictae possessionis Ganya inpetere, inquietare seu molestare conantibus expedire ac eosdem in ipsius dominio eorum literalibus instrumentis conservare. Adjecto etiam quod in casu quo supradictum Thatol, quod absit, absque haeredibus et haeredum solatio ab hoc luce decedere, in haeredumque successione deficere contingeret, ex tunc saepe dicta possessio Ganya in ipsos Petrum, Eliam et Thompus ac Nicolaum et Stanislaum de Urmező eorundemque haeredes redundare deberet et devolvi ipso facto, ipsis si quidem Petro, Elia et Thompus se personaliter, dictos vero supradictus ad onera in se assumpmentibus sponte ad id coram nobis obligantibus, patrociniis praesentium mediante. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem praesentes literas nostras privilegiales alphabetoque intercisas sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo Beatorum Filippi et Iacobi apostolorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octavo[4]).

[1]) Thompus=Toma.

[2]) Mic=Nicolau.

[3]) Tatul=Patriciu.

[4]) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1418. Nus 5. B. B. II. pag. 355.)

126.

1418. 5. Juniu. Buda. La mandatul regelui Sigismund se face reambularea metale a moşiei Veresmart, in favorul lui Joan fiul lui Sandrin din Veresmart, carele se introduce in posesiunea acea fără contradicere.

Nos Nicolaus praepositus et conventus Ecclesiae sanctae crucis de Lelez memoriae commendamus, quod nos litteras excellentissimi Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum regis semper augusti, ac Hungariae etc. regis nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae etc. Rex, fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelez Salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Iohannis filii Sandrini de Veresmarth, quomodo eadem possessio sua Veresmarth vocata, in districto Maramarosiensi apud manus suas habita, legitima reambulatione et novarum metarum erectione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestre firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Vanch de Vanchfalva, vel Danch de eadem, aut Andreas de Farkasrew, sive Ivank de Gywlafalva, sin Iohannes de Zarvazo, neve Petrus Nemes de eadem, aliis absentibus, homo noster, ad faciem dictae possessionis vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet ipsam per veras suas metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo et sublevando, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatam et distinctam, relinquat eandem eidem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis jure praemisso ipsi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra praefatum Ioannem filium Sandrini nostram specialem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsarum reambulationis, et novarum metarum erectionis seriem cum cursibus metarum, nominibusque contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato, eidem nostrae speciali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Die Dominico proximo post octavum Diem Festi sacratissimi corporis Christi. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo Decimo octavo. Nos igitur mandatis dicti Domini nostri regis obedire cupientes

ut tenemur, una cum praefato Ioanne de Zarvazo homine ejusdem Domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Andream praesbiterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus. Qui demum exinde ad nos reversi nobis voce concordi retulerunt, quod ipsi tertio die festi Beatae Margaretae virginis et Martiris proxime praeteriti, ad faciem praedictae possessionis Veresmarth vocatae in dicto districtu Maramarosiensi existentis, vicinis et conmetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, eandem per metas et cursus metales ejusdem, novas metas in locis necessariis erigendo taliter et hoc ordine reambulassent et peragrassent, quod primo incepissent a partibus possessionum Feyereghaz, Zigeth, Rona, et Karachonfalva vocatarum, a plaga meridionali, penes fluvium Tyciae ubi in ipso fluvio esset quidam magnis lapis erectus quem pro meta designassent et deputassent, ab hinc versus dictam plagam meridionalem parum eundo attigissent viam de dicta possessione Zygeth ad dictam possessionem Veresmarth ducentem, et ipsa via pertranseundo versus dictam plagam meridionalem ad jactum sagittae attigissent antiquam metam terream in quodam antiquo meatu cujusdam rivuli quam renovassent, deinde procedendo venissent ad quendam monticulum Cheresdomb vocatum, quem quadam via pertransiret, abinde ad eandem plagam meridionalem tendendo, attigissent quandam viam de possessione Farkasrew ad praedictam possessionem dirigentem, ipsaque via pertransita eundo, attigissent quemdam campum parvum, ubi novam metam terream elevassent, deinde venissent ad quoddam Berch in latere cujusdam sylvae Lygeth vocatae existens, ab hinc versus saepe dictam plagam meridionalem, quandam Sylvam Bikes nominatam intrando, attigissent Fluvium Rona vocatum, deinde contra meatum ipsius fluvii supra tendendo, attigissent locum ubi quidam rivulus Farkaspathaka nominatus caderet seu intraret in dictum fluvium Rona, ab hinc contra meatum ipsius rivuli Farkaspathaka procedendo attigissent caput seu originem ejusdem penes montem Hegesheg existentem. Ab hinc versus plagam septentrionalem declinando parvum eundo, attigissent locum antiquae fodinae salium[1]). Deinde versus plagam dictam septentrionalem per meatum cujusdam rivuli Sopataka[2]) vocati parvum spatium infra tendendo et de eodem exeundo, in loco ubi in quodam campo esset quidam monticulus Bikkhalma nominatus, in cujus medio novam metam terream egregassent, abinde quasi ad plagam occidentalem ad jactum sagittae eundo, junxissent praedictum fluvium Rona[3]), et ipso fluvio pertransito venissent ad quondam Berch ubi esset quedam via, de praedicta possessione

Veresmart ad possessionem Rona ducens, ubi a parte orientis ejusdem esset meta terrea praedictae possessionis Karachonfalva, secus quam aliam metam terream sublevassent, ad huc ad eandem plagam occidentis de ipso Berch descendendo, venissent ad quendam lacum Ferthew vocatum, ab hinc venissent ad aliam metam dictae possessionis Karachonfalva, in fine cujusdam campi secus quandam sylvam existentem, penes quam aliam metam terream elevassent, Deinceps versus eandem plagam occidentis dictam sylvam pertranseundo, parvum spatium gradiendo attigissent praedictum fluvium Tyciae, ubi in portu ejusdem ex opposito cujusdam montis Sarkanykew nuncupati relinquam metam terream fodissent, postremoque et ultimo per meatum ipsius fluvii Tyciae infra tendendo venissent ad priorem metam, ubi incepissent, et ibi terminaretur. Eandem possessionem Veresmarth sub inclusionibus, distinctionibus et limitationibus praescriptarum metarum et cursuum metalium supra scriptorum, ab aliorum possessionariis juribus distinctam et separatam, cum cunctis ipsius utilitatibus et pertinentiis praenominato Iohanni filio Sandrini jure sibi incumbenti statuissent et commisissent perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente. Datum quintodecimo die Diei Statutionis ante dictae, anno Domini praenotato[4])[5]).

[1]) Alte urme de saline vechi in apropierea dealului Hegyeshegy, nu aflăm; dér s'au găsit tot acolo numuri antice romane; tradiţiunea vorbesce despre un tunel care se sfĕrşeşce cătră resărit in hotarul Rohnei de jos. Sub deal in gradina lui Emil Liederman se află o pétră de 180. cm. inaltă cu literile urmatórie VBHSV.

[2]) Sópatak=Valea serată.

[3]) Aceste mete cuprind un teritoriu cu mult mai larg, decăt cel actual.

[4]) Conventul din Lelesz. Protocollum Metalium No 26.

127.

1418. 15. August. Conventul din Lelesz adeveresce că Vanciu din Slatină, Andrea din Vad, Petru din Jalova şi Georgiu Panth au fost citaţi din locuinţele lor inaintea scaunului palatinal in causa lui Nicolau Kun din Rosal.

Magnifico viro Domino Nicolao de Gara regni Hungariae Palatino et Iudici Cumanorum Domino eorum honorando, Nicolaus prae-

positus et conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz orationum suffragia devotarum, Vestra noverit magnificentia, quod nos honore quo decuit receptis literis Domini nostri Sigismundi regis citatoriis, una cum Thoma de Egri homine dicti Domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbiterum ad infrascriptam citationem faciendam pro testimonio destinassemus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante festum Beatorum Tiburcii et Valeriani martyrum proxime praeteritum Vanch de Zlatina, Andream de Farkasrev, Petrum de Ilhocz ac Georgium Panth in portionibus eorum possessionariis in eisdem habitis, contra Nicolaum Kun de Rosal ad objecta eiusdem responsuros ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas vestrae magnitudinis citassent in praesentiam. Datum decimo die diei citationis ante dictae.

Conventul din Lelesz (Ex fasciculo actorum Anni 1418. Nus 15. B. B. II. Pag. 372.)

128.

1418. 27. Septembre. Relaţiunea Conventului din Lelesz cătră regele Sigismund despre acea, că Bogdan fiul lui Joan din Dolha fiind judecat la perderea averilor sale, trămisul regelui şi al Conventului au eşit la moşiile lui, ţinute cu fraţii sei neimpărţiţi, şi au stătorit valórea acelor moşii, carele sunt situate in Comitatul Beregh; dér când au eşit la moşiile situate in Districtul Maramureş, atunci Georgiu fratele lui Bogdan cu ómenii sei inarmaţi i-a oprit in calea lor, şi déca nu luau la fugă, prin tragerea sagetelor i-ar fi omorit.

Excellentissimo Domino ipsorum Domino Sigismundo Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto, ac Hungariae etc. Regi. Nicolaus Praepositus et Conventus Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelesz orationes in Domino pro ipsius vita pariterque salute. Vestra noverit Excellentia, Quod cum nos iuxta contenentiam literarum Magnifici Viri Comitis Petri de Peren Iudicis Curiae Vestrae maiestatis adiudicatoriarum, una cum Erasmo de Haraszthy homine Vestrae Maiestatis literis in eisdem nominatim inserto, de Curia Vestra per annotatum comitem Petrum ad id specialiter deputato, unum ex Nobis videlicet fratrem

Valentinum Presbyterum ad contenta ipsarum literarum peragenda nostro pro testimonio destinassemus, demum iidem exinde ad nos reversi Nobis concorditer retulerunt: quod ipsi Sabbatho proximo post festum Exaltationis Sanctae Crucis proxime praeteritum, et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies possessionum Bogdan filii Iohannis de Dolha in facto potentiae convicti, nec non Stanislai, Iohannis et Georgii fratrum eiusdem de dicta Dolha nondum inter eos divisarum, vicinis et commetaneis earumdem universis illuc legitime convocatis accedendo, easdem possessiones cum cuntis earumdem utilitatibus et pertinentiis aestimassent lege Regni requirente. Item in possesione Sarkad undecim sessiones Iobagionales populosas et quinque desertas ac sine aedificiis, unam curiam nobilitarem, duas capellas ligneas, unam videlicet Christianorum cum turri lignea, et aliam Ruthenorum, ambas cum cimiterio et sepultura,[1]) terras arabiles ad unum, silvas vero glandinosas ad decem aratra, nec non foeneta, seu prata ad ducenta falcastra. Item in possessione Makaria viginti quinque sessiones iobagionales populosas, terras arabiles ad duo, silvam autem glandinosam ad tria aratra, prata quoque ad ducenta falcastra, duas capellas ligneas, unam videlicet Christianorum et aliam Ruthenorum, ambas cum cimiterio, dictam capellam Ruthenorum cum sepultura, unum locum molendini super fluvio Almaspathaka vocata, Item in praedio Romanpathaka nominato, quinque sessiones iobagionales desertas, aedificiis decoratas, terras arabiles, silvas glandinosas et prata ad unum aratrum. Item in possessione Negforras undecim sessiones iobagionales populosas, terras arabiles ad medium, silvam autem glandinosam ad unum aratrum, mediam partem eiusdem silvae dolabro aptam, ac fluvium Borsva vocatum. Item in praedicta possessione Dolha viginti tres sessiones lobagionales populosas, duas Curias nobilium, capellam ligneam Ruthenorum cum cimiterio et sepultura, tributum in eadem exigi solitum, ac in possessione Zadna sub una inclusione metarum cum dicta possessione Dolha existente, duodecim sessiones iobagionales populosas, terras arabiles, silvas, prata, cum montibus et alpibus ad decem aratra, ac in dicta possessione Dolha molendinum unius rotae, et nunquam per siccitatem cessans, ab inferiori super fluvio Zinke deccurens, ac in dicta possessione Zadna conformiter molendinum unius rotae super fluvio Sebespathaka de super pellens, nec non fodinam lapidum cimenti ac aquas fluentes piscaturae. Item in portione possessionaria in possessione Borsva vocata duodecim sessiones Iobagionales populosas, terras arabiles et silvas glandinosas ad dictam portionem spectantes

ad unum aratrum Regalis mensurae non mensurando, sed visu considerando sufficere, nec non tertiam partem molendini duarum rotarum super fluvio Borsva ab inferiori pellentis, Item similiter tertiam partem loci molendini fluvio in eodem existentis in Comitatu de Beregh existentibus habitas reperissent. Retulerunt denique Vestrae Clementiae et noster homines, quod cum ipsis ad districtum Maramorosiensem ad possessiones eiusdem Bogdan convicti et dictorum fratrum suorum eosdem insimul indivise concernentes videlicet Polyan, Oroszfalu, Leordina, Petrova, Rozavlya, Sajo Bathizhaza, Zurdogh, Belahaza, altera Polyan Ujfalu, Mochyar et Zpin nuncupatas, ac utilitates earumdem accedere voluissent, tunc praefatus Georgius frater dicti Bogdan Convicti, armatis manibus et potentiariis, cum ad se pertinentibus ipsis obviando, eosdem possessiones ad praedictas ac facta in dictis literis adiudicatoriis denotata et explicata perfici debenda, accedere non permississet, imo si fugae praesidio evadere nequivissent, eosdem per emissiones sagittarum interimere voluisset, et sic ipsi absque aliqua perfectione in dictis possessionibus perfici debenda abinde recessissent. Nulli autem tertiam partem iurium possessionariorum ad portionem ipsius Bogdan convicti cedentium redimere se velle asseruissent. Datum in festo Beatorum Cosmae et Damiani Martyrum. Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octavo.[2])

[1]) Dupa datina vechiă crestină morții au fost inmormentați in cimiteriele din giurul besericelor. Era vederea celor de legea apuséna din secolulu de atunci, de a nu privi de creștini pe cei de legea orientale. De aci se esplică starea părăsită a besericei și a popórelor credincióse ei.

[2]) Conventul din Lelesz. (Actorum B. B. II. No. 24 Copia de la Theodor Lehoczky.)

129.

1419. 10. Februar. Posoniu. Regele Sigismund prin mandatul dat cătră toți judecători din țéra, la cererea românului Georgiu fiul lui Joan din Dolha revóca și casséză literile sentenționale date in favorul românilor Petru și Nicolau fiilor lui Sandrin din Dolha in contra românului Bogdan fratelui lui Georgiu; și lu-scutesce pe numitul Bogdan se nu fie ingreunat neci in persóna neci in avere.

Nos comes Petrus de Peren Iudex curie Domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis, semper augusti ac Hungarie etc. Regis memorie commendamus, quod cum in presentibus octavis festi Epiphaniarum Domini quedam littere annotati Domini nostri Regis patentes secreto suo sigillo imperiali consignate ad Relacionem Piponis de Ozora comitis Temesiensis emanate tenoris infrascripti coram nobis in sede nostra Iudiciaria exhibite fuissent et producte, mox Nicolaus filius Sandrini de Dolha personaliter in nostram exurgendo presenciam allegavit eo modo: quod ipse paribus ipsarum Litterarum dicti Domini nostri Regis pro execucione causarum suarum indigeret, petens nos ut tenorem earundem in transumpto Litterarum nostrarum sibi dari dignaremur, quarum tenor talis est: Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex memorie commendamus per presentes; Quod fidelis Noster dilectus Georgius[1]) filius Ioannis Volachus de Dolha aule nostre familiaris, in persona Bogdan fily dicti Ioannis Volachi de eadem Dolha, fratris sui carnalis, nostre exposuit seriose, quomodo nonnulli forent Regnicole nostri, presertim vero Petrus et Nicolaus fily Sandrini similiter Wolachi, qui racione et pretextu factorum potenciariorum puta incendiorum, spoliorum, Dampnorum, hominum interempcionum, Iniuriarum et aliorum quorumlibet malorum et nocumentorum generum quibuspiam infidelibus et emulis nostris, qui tempore disturbiorum Regni nostri, Domino disponente, dudum sedatorum, contra nostre majestatis crimen insurrexissent, per eundem Bogdan nomine et in persona ac verbo et voce quondam Illustris Principis Theodori Ducis Podolie fidelis nostri . . . . . et sincere dilecti in signum inviolabilis fidelitatis, quam ipse pro tunc celsitudini nostre et sacre nostre regie Corone constanter observasset, et de presenti observaret, illatorum et irrogatorum, in presenti Iudicum et Iusticiariorum Regni nostri contra

ipsum Bogdan pro ipsorum parte per terminorum compleciones Litteras Sentencionales et alia gravamina emanari et fulminari procurassent, quarum vigoribus nunc ipsum Bogdan iidem Petrus et Ioannes (sic) in persona, possessionibus ac rebus et Bonis ut plurimum impedire et damnificare niterentur, ad suum preiudicium et dampnum valde magnum. Supplicatum itaque extitit per eundem Georgium Volachum culmini nostre Maiestatis humiliter et devote, ut ipsis circa premissa de Regali remedio providere dignaremur opportuno, et quia nos auditis favorabiliter supplicacionibus ante faty Georgy Volachi ipsum Bogdan sicuti ceteros nostros fideles per huiusmodi terminorum compleciones minime impedire volentes, pro ipsius Georgy et dicti Bogdan premissis fidelibus servicys per eos maiestaty nostre exhibitis et impensis, et in futurum exhibendis, premissas sentencias, terminorum compleciones et alia gravamina ex inde secuta contra annotatum Bogdan per antefatos Petrum et Nicolaum modo premisso racione dictorum factorum potenciariorum fulminatas et aggregata, quoad omnes ipsorum continencias et articulos revocamus, cassamus et annulamus, nulliusque vigoris esse pronunciamus, harum nostrarum vigore et Testimonio Litterarum mediante. Quo circa vobis fidelibus nostris magnificis Palatino et Iudici curie nostre vestrisque vices in iudicatui gerentibus, cunctis etiam alys Regni nostri Iudicibus et Iusticiarys Ecclesiasticis videlicet et secularibus, nec non universis et singulis birsagiorum exactoribus tam nostris, quam aliorum quorumvis presentibus et futuris, presentes visuris firmissime precipimus et mandamus, quarum . . . . acione prima prefatum Bogdan ad prefatorum Petri et Nicolai Filiorum Sandrini et aliorum quorumlibet instanciam intra et extra Iudicium in persona, possessionibus ac rebus et Bonis suis universis impedire, molestare, seu quomodolibet aggravare et perturbare nullatenus presumpmatis, nec sitis ausi modo aliquali gracie nostre sub obtentu, presentes eciam post eorum lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Posony in festo Beate Scolastice virginis et Martyris, Anno Domini M⁰ CCCC⁰ X⁰ nono, Regnorum nostrorum anno Hungarie trigesimo secundo Romanorum vero — Nos igitur peticionem prefati Nicolai per ipsum nobis modo quo supra porrectam, iustam fore agnoscentes, tenorem prescriptarum Litterarum annotati Domini nostri Regis de verbo ad verbum sine diminucione augmento aliquali presentibus Litteris nostris patentibus inseri et transcribi faciendo eidem Nicolao duximus concedendas, communi justicia suadente. Datum in Alba Regali sexagesimo nono die termini prenotati. Anno domini M⁰ CCCC⁰ X⁰ nono. [2] [3]

[1]) In diploma din anul 1413. 18. Februar sub No 106. acest Georgiu e amintit ca castellan din Huszt; din cuventul „Burggraf" formându-se cuventul unguresc şi românesc „Porcolab" şi Georgiu din Dolha porta numirea acésta. Prin diploma presente lu-vedem ca om de curte, bărbat de incredere al regelui, avĕnd influinţa destulă a meḑiloci revocarea şi annularea unei sentenţie finale.

[2]) Joan din Dolha avĕnd de socià pe fiica voivodului Joan din Jánosvajdafalva (Rosalia) fili lor au succedat in moşiile lui Joan voivód anume: Petrova, Leordina, Ruszkova şi Poenile de sub munţi. Unul din acesti fii Bogdan aseḑĕndu-se in Petrova a devenit intemeiătorul familiei Petrovay (Petrovan), din care in decursul secolilor până in ḑilele nóstre au eşit mulţi bărbaţi de frunte atât in comitat, cât şi a fară de comitat. Amintim dintre acestii pe Georgiu Petrovay (1667.) căpitan al castrului Tokaj, din care se trag Petrovenii cei din alte comitate, anume Georgiu Petrovay in Nagy-Kürü, Comitatul Jász-Nagykun-Szolnok, Joan Petrovay in Fényes-Litke, Comitatul Szabolcs proprietari mari etc. mai amintim pe Seraphin episcopul greco oriental al Maramureşului in anul 1715., pe colonelul Petrovan care in resboiul ultim cu Turcii in armata română lângă Plevna a căscigat lauri neperitori; pe Gabriel Petrovay numit şi până astăḑi „cavaleriu de la crăiésă" care trămis fiind prin comitat a fost aplicat ḑece ani (1767—1776.) ca gardist la curtea imperătesei-regine Maria Theresia; dĕnsul murind fără descendenţi, in partea lui de moşia a succedat fie ertatul moş al meu după tată ca erede collateral; astfeliu a devenit partea de moşiă a cavaleriului in Rosalia proprietatea mea; scrisorile tot acelui-a se află in archivul fratelui meu Petru Mihályi. Familia Petrovay, din care au esit mulţi vicecomiţi mai ales in secolul XVI. şi XVII. fiind lăţită cu de adĕnsul in satele Petrova, Rosalia, unele ramuri au primit spre deosebire porecle precum: Bilasko, Filipcsuk, Gaboran, Jenci, Ivanic, Mihalca, Netrebiciu, Nicoriciu, Palcuş, Popan, Vasieş, Vlădicaş etc. In linea femeéscă se trag dela Petrovenii familiele: Man, Pap, Jura, Mihalyi, Mareş, Dunka, Gyenge de Csikjenőfalva, Szaplonczay, Vincz etc.

[3]) Conventul din Lelesz. (Actorum No 36. Anni 1419.) Copia dela Georgiu Petrovay.

130.

1419. 18. Februar. Buda. Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze causa processuale a lui Elia, Petru şi Thoma fiilor lui Nicolae din Urmező in contra lui Joan fiul lui Andrea din Drăguesci.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus ac Hungariae etc. Rex Fidelibus suis conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Elie, Petri et Thomae filiorum Nicolai de Urmezew, quod Ivan filius Andreae de Kevesliget

mediantibus quibusdam litteris nostris, sub minori imperiali sigillo nostro emanatis, ipsis filiis Nicolai ita obligatus fuisset, ut quandocunque temporum in processibus ipsis filiis Nicolai in curia nostrae majestatis seu in praesentia cuiuscunque judicis ordinarii litigionarius processus extiterit, tunc idem Ivan, non minus sicut et ipsi, talem litigionarium processum laboribus et expensis ad portionem suam scilicet cedentibus prosequi deberet, ubi autem hoc facere recusaret, tunc portionem suam possessionariam in dicta possessione Kevesliget vocata habitam, alias ab ipsis filiis Nicolai ad manus ipsius Ivan deventam, et in eosdem filios Nicolai eodem jure priori descendi permitteret eo facto, et licet ipse Ivan talem fraternalem concordiam una cum ipsis filiis Nicolai fecerit, tamen idem Ivan ipsam dispositionem violando, diebus noviter elapsis contra eosdem propter quandam certam personam juramentum praestando, ipsis non modicum dampnum intulisset, et facere conaretur de praesenti, in juris praejudicium et gravamen ipsorum filiorum Nicolai valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo praesente Danch de Bede, vel Ioannes de eadem, aut Tathol de Ilhocz, seu Gregorius de Lypche, sive Sandrinus de eadem, sive Martinus neve Stephanus an Ioannes de Baranya, an Andreas vel Ladislaus filii Martini de Velete aliis absentibus, homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de praemissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria quinta proxima post festum Beati Valentini martyris. Anno Domini millessimo quadringentesimo decimo nono.

Fidelibus suis conventui ecclesiae de Lelesz pro Elia filio Nicolai de Urmezev et aliis intra scriptis. Inquisitoriae.

Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1419. Nus 25. B. B. III. pag. 147.)

131.

1419. 14. Marțiu. Alba Regia. Mandatul regelui Sigismund pentru introducerea lui Petriman fiul lui Petru din Șieu in a treia parte a moșiei Șieu, și in jumetatea mórei tot de acolo. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi Fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Nicolaus Praepositus, et Conventus Ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras Excellentissimi Domini nostri Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis Semper Augusti ac Hungariae etc. Regis nobis directas honore ac reverencia quibus decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae etc. Rex, Fidelibus suis Conventui Ecclesiae de Lelesz Salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Pethermani[1]) filii Petri de Sayow, quod ipse in dominium rectae tertiae partis ejusdem possessionis Sajow in Districtu Maramarosiensi existentis, ac rectae medietatis molendini in fluvio Sajov decurrentis, ipsum certo Iuris titulo concernentis legitime vellet introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Lõke vel Andreas de Farkas feo (sic) sive Danch de Bedev, Wanch de Zlathina aliis absentibus homo noster ad faciem praedictae tertiae partis dictae possessionis ac rectae medietatis dicti molendini, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo introducat praefatum Petherman in Dominium ejusdem tertiae partis praedictae possessionis, nec non rectae medietatis molendini in dicto fluvio Sajov decurrentis, statuatque easdem sibi cum omnibus utilitatibus et pertinentiis jure sibi incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eundem Petherman nostram in praesentiam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros. Et post haec ipsarum introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Albae feria sexta proxima ante Dominicam Oculi. Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo nono. Nos igitur mandatis dicti Domini nostri Regis obtemperantes

ut tenemur, una cum praefato Andrea de Farkas Rev, homine ejusdem Domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet Fratrem Michaelem Praesbyterum ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante Dominicam Iudica proxime praeteritam ad faciem prescriptae rectae tertiae partis praeattactae possessionis Sajo, in dicto Districtu Maramarosiensi adjacentis, ac rectae medietatis molendini in dicto Fluvio Sajov decurrentis, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, in quarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, prefatumque Petermann filium Petri in dominium ejusdem tertiae partis praedictae possessionis, nec non rectae medietatis molendini antedicti introducendo, easdem sibi cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis Iure sibi incumbenti statuisset perpetuo possidendas, nemine penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes litteras nostras privilegiales Sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei statutionis praenotatae. Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo nono supradicto[2][3]).

[1]) Din acestu Petriman se trage familia nobilă Man din Şieu, care stepănesce acolo şi aḑi. Din acésta familia a trait pe la sfĕrşitul secolului trecut Stefan Man procuror comitatens; fiul seu Ladislau Man (†1847.) era vicecomite I. fiul acestuia Josif Man (†1876.) comite suprem in Comitat, şi unul d'intre fondatorii „Associaţiunei pentru cultura poporului român din Maramureş" sora acestui-a Juliana Man (†1880) era mama editorelui acestei collecţiuni.

[2]) După părerea lui Georgiu Petrovay (Turul 1893. pag. 76.) familiele nobile Man şi Dunca din Şieu sunt urmaşii in linia bărbătéscă lui Joan voivod din Janosvajdafalva (Rosalia 1349.) nepot de frate dulce al lui Bogdan voivodul Moldovei, ér familiele nobile din Dolha, Petrova şi Leordina şi familia Gerheş, Birtoc sunt urmaşii tot acelui-a pe linia femeéscă.

[3]) Din transscrisul original dat prin requisitorii literilor din mănăstirea Cluşlului la cererea nobililor Petru Man şi Petru Nan din Şieu la anul 1654.

132.

1419. 20. Marţiu. Alba Regia. Litere prorogatorie prin care in processul lui Nicolau fiul lui Sandrin din Dolha se pune terminu, in care Georgiu din Dolha e indătorat se-şi producă actele sale de donaţiune privitórie la moşia Dolha. Georgiu din Dolha nu s'a infăcioşat neci la acest nou termin, pentru acea se citéza din nou.

Amicis suis Reverendis conventui Ecclesie de Lelez, Comes Petrus de Peren Iudex Curie Domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis semper augusti ac Hungarie etc. Regis amiciciam paratam cum honore. Noveritis quod Nicolaus filius Sandrini de Dolha personaliter juxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi Epiphaniarum Domini proxime preteritis in figura nostri Iudicy comparendo, contra Georgium de dicta Dolha proposuerat eomodo, quomodo prefatus Georgius post concordiam per dictum Dominum Regem et suos Barones secutam tercio scilicet die festi Nicolai Confessoris . . . . possessionem suam Dolha apellatam pro ipso occupasset et occupatam conservaret de presenti potencia mediante in preiudicium suum valde magnum, ex parte cuius iudicium habere vellent Iure requirente, quo percepto Martinus de Posahaza pro annotato Georgio cum procuratorys litteris conventus ecclesie de Lelez in nostram exurgendo presenciam responderat ex adverso, quod prefatus Georgius dictam possessionem Dolha potencialiter non occupasset, sed eandem eidem et suis fratribus pro servitys ipsorum Regia Serenitas donasset et contulisset, et super hac idem Georgius litteras haberet donacionales, quas non ad nunc sed in termino ulteriori per nos eidem dando, coram nobis exhibere promptus esset et paratus, unde nos hys perceptis iudicantes commiseramus eomodo, ut prefatus Georgius de Dolha dictas litteras donacionales si quas super iam dicta possessione Dolha haberet, confectas, in octavis festi Beati Georgy Martyris nunc venturis coram nobis exhibere teneatur, quibus visis Iudicium et Iusticiam facere valeamus inter partes in premissis dictante Iuris equitate, A quibus quidem octavis festy Beati Georgy Martyris, dum premissarum litterarum donacionalium exhibicio partes inter easdem secundum series litterarum nostrarum prorogatoriarum ventillanda ad presentes octavas festj Epiphaniarum Domini prorogativa devenisset, ad quas tandem octavas prefatus Georgius de Dolha

per legitimum procuratorem dicti Nicolai in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis expectatus, nostram in presentiam non venit, neque misit, sed mediantibus litteris nostris Iudicialibus exinde confectis in Iudicio aggravari permittendo postulans prefatus procurator dicti actoris eidem ex parte dicti Georgy per nos in premissis juris equitatem impertiri, et quia ipse Georgius ad premissa evocari debebat, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus vel Sandor, sin Stefanus de Komlos, seu Emericus sive Ioannes de eadem, neve Nicolaus de Bega, an Ladislaus Brudy ceu Petrus de Bilke aliis absentibus homo noster memoratum Georgium de Dolha premissas literas donacionales exhibitorias ac de Iudicio trium marcarum nobis et parti adverse satis factur . . . . . . contra annotatum Nicolaum filium Sandrini ad octavas festi Beaty Georgy martyris nunc venturas Regiam evocet in presenciam. Et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas Domino nostro Regi fideliter rescribatis. Datum in Alba Regia sexagesimo sexto die termini prenotati. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ X⁰ nono. Amicis suis Reverendis Conventui Ecclesie de Lelez pro Nicolao filio Sandrini de Dolha contra Georgium de eadem ad octavas festy Beaty Georgy Martyris Evocatoria.

Conventul din Lelesz (Actorum No 27. Anni 1419.) Copia de la Georgiu Petrovay. Partea ântăiă a acestei diplome există și in expeditiune separată cu datul 17. Februar 1418. Buda. Conventul din Lelesz (Actorum No 16. Anni 1418.)

133.

1419. 26. Marțiu. Alba Regia. Mandatul judelui Curiei regesci in favorul lui Nicolau fiul lui Sandrin din Dolha in contra lui Bogdan din Dolha, care pentru acte potențiarie a fost judecat la perderea averei sale, dér când a fost se se prețuéscă părțile sale de moșii, atunci frate seu Georgiu cu alți ómeni ai sei inarmați a impedecat prețuirea legală, pentru acea se trămite alt incredut din Curia regéscă, ca se occupă, se măsóră și se prețuiéscă tóte averile lui.

Amicis suis Reverendis conventui Ecclesie de Lelez Comes Petrus de Peren Iudex curie Domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis

semper augusti ac Hungarie etc. Regis Amicitiam paratam cum honore. Noveritis, Quod quia Bogdan Filius Ioannis de Dolha pro quibusdam factis potenciarys per ipsum patratis et commisis, contra et adversus Nicolaum filium Sandrini de eadem Dolha in facto potencie et ex eo in sententia capitali ac in amissione universorum suorum bonorum et proprietatum, prout id series Litterarum nostrarum sentencialium super inde confectarum plenius declararet et exprimebat, convictus extiterat et agravatus, ad estimandaque iura possessionaria prefati Bogdan racione previa homo regius de Curia regia ac vestrum Testimonium transmitti debuerant, pro eo vestram amicitiam literatorie petiimus diligenter, quatenus Vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo regius infra declarandus de Curia Regia per nos ad id specialiter deputatus ad facies universorum Iurium possessionariorum prefati Bogdan ubilibet existencium, Ipsum solum proprie concernentium, vicinis et commetaneis earundem universis illuc legitime convocatis et presentibus accedendo, ... cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys estimaret, lege regni requirente, si vero prefatus Bogdan aut aly terciam partem dictarum Iurium Possessionariorum ipsius Bogdan in eius estimacione redimere se velle assererent, eisdem octavas Festj Beatj Michaelis Archangeli proxime preteritas pro assumpmendo termino redempcionis earundem deputaret et assignaret. Et post hec ipsius possessionarie estimacionis seriem cum nominibus dicta Iura possessionaria se redimere velle asserencium si qui fuerint, ad easdem Octavas Domino nostro Regi fideliter rescribatis, a quibus quidem Octavis Festi Beati Michaelis Archangeli, dum discussio premissarum partes inter easdem secundum Series Litterarum Nostrarum prorogatorialium ventillando ad presentes Octavas Festi Epiphaniarum Domini prorogativa deventa exstitisset. Tandem ipsis Octavis Instantibus prefatus Nicolaus filius Sandrini personaliter ad nostram veniendo presenciam, Litteras vestras super premissis rescripcionales nobis presentavit, in quibus quia prescripta nostra Iudiciaria commissio eo, quod Georgius frater dicti Bogdan convicti cum suis complicibus manibus armatis et potenciarys contra et adversus Regium et vestrum homines ad executionem premissarum transmissos insurgendo, eandem possessionariam estimationem facere non permisisset. Et ob hoc prefatus Georgius evocari et ad occupanda Iura possessionaria ac afferenda Res et bona dicti Bogdan convicti Regius et vester homines transmitti debebant, pro ea vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedi-

gnum, quo presente magister Ladislaus vel Michael Litteratus de Bakanya, aut Foris de Peterd altero absente, homo regius de Curia Regia per nos ad id specialiter deputatus ad facies universorum Iurium possossionariorum dicti Bogdan, vicinis et Commetaneis necnon filys fratribusque et alys generacionum eiusdem convicti hominibus, legitime convocatis et presentibus accedendo, eadem exclusis porcionibus quorumlibet aliorum de eisdem occupet et in duabus partibus nostris Iudiciarys, in tercia vero parte prefatj Nicolaj partis scilicet adverse manibus tamdiu, quousque eadem a nobis et ipsa parte adversa per hos, quibus ad redimendum magis competerent, redimantur possidenda . . . . statuat et . . . . res eciam et Bona Prefatj Bogdan convictj, si quas et que invenire poterit afferat, et easdem similiter exclusis porcionibus aliorum de eisdem in duobus partibus nostris in tercia vero parte dictj Nicolaj Manibus det et assignet, si qui vero dicta jura possessionaria dicti Bogdan convictj se redimere velle asseruerint in eisdem, ad assumpmendum terminum redempcionis eorundem Octavas festj Beatj Georgy Martiris nunc venturas pro termino coram nobis comparendi deputet et assignet. Occultatores vero dictarum rerum et bonorum prefatj Bogdan si qui fuerint, eosdem ad reddendam occultationis eorum racionem ad dictas octavas Regiam evocet in presenciam, ibidem eciam dicta Iura possessionaria prefatj Bogdan convicti Regali mensura mensurando, vel visu considerando, una cum aliis probis viris, Deum habendo pro oculis, estimet lege regni Requirente. Et post hec ipsius possessianarie occupacionis ac rerum et bonorum estimacionis seriem, cum nominibus evocatorum et dicta iura possessionaria se redimere velle asserencium ad Octavas dicti Festi Beati Georgy Martyris legitime perdurandas Domino nostro Regi fideliter rescribatis. Datum in Alba Regali Septuagesimo die termini prenotati. Anno domini M⁰ CCCC⁰ X⁰ nono.

Conventul din Lelesz (Actorum Nus 29. Anni 1419.) Copia dela Georgiu Petrovay.

Moșiile lui Ioan voivod după metalele din anul 1353. erau Strimtura, Rosalia, Șieu, Botiza, Petrova, Leordina și Poenile de sub munții, pe care moșii Stanislau din Dolha și frații sei au impetrat donațiune nouă in anul 1411.

134.

1419. 20. Mai. Cașșovia. Mandatul regelui Sigismund către magistratul comitatului, ca se cerceteze plănsórea dómnei nobile Anna fiica lui Demetriu din Urmező, vedua lui Georgiu Balitza din Bilke, și a fiicelor sale dómnelor nobile Elena și Nastasia in contra lui Mik din Urmező, care pentru mórtea lui Joan fratelui dómnei Anna, a dat ei partea treia din Urmező, dér apoi a scos o pe ea cu potere din posesiunea acestei părți de moșie.

Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper augustus ac Hungariae etc. Rex fidelibus suis Comiti vel vice comiti et Iudicibus nobilium Comitatus Maramarosiensis nunc constitutis, et in futurum constituendis salutem et gratiam. Nostram veniens in praesentiam nobilis Domina Anna vocata, filia quondam Demetrii de Urmező, relicta scilicet olim Georgii Balicha de Bylke, in sua ac nobilium Dominarum Elenae et Nesthae appellatarum, filiarum suarum personis, tum oretenus tum etenim exhibitione quarundam literarum Stanislai de Dolha, alias vicecomitis et judicum nobilium praedicti comitatus audiente et coram nobis personaliter astante Petro filio Mik de dicta Urmező majestati nostrae proposuit conquerendo, quod quamquam olim pro morte seu interfectione quondam Ioannis filii praedicti Demetrii fratris utputa carnalis dictae Dominae Annae, per dictum Mik facta, coram praedicto Stanislao vicecomite et judicibus Nobilium eiusdem Comitatus sessionem praefati Demetrii patris utputa ipsius Dominae Annae in Dicta Urmező existentem, cum suis cunctis pertinentiis, item rectam tertiam partem ejusdem possessionis Urmező, similiter cum suis utilitatibus ipsae Dominae Annae et suis haeredibus idem . . . . sic dedisset jure perpetuo . . . . se tamen tanden easdem Dominas praedictus Mik et filii sui de dictis sessione . . . . tertia parte possessionis Urmező memoratae potentialiter ejecissent et exclusissent, in ipsarum grande damnum et praejudicium manifestum. Postulans exinde a nostra majestate sibi juris medelam elargiri, quo percepto praefatus Petrus filius dicti Mik nostro adhaerens in conspectu respondit eo modo, quod praefatus Mik pater suus dictam fassionem coram dictis vicecomite et judicibus nobilium minime fecisset, neque praeattactas sessionem et tertiam partem dictae possessionis Urmező memoratae

Dominae dedisset. Quibus auditis volentes de praemissis per vestram fidelitatem a certo edoceri, fidelitati vestrae firmo nostro Regio damus sub edicto, quatenus statim visis praesentibus, universos vicinos et commetaneos dictae possessionis Urmező et alios nobiles praedicti Comitatus conprovinciales per modum proclamatae congregationis in sede judiciaria eiusdem Comitatus convocare et annotatum Mik personaliter coram vobis accessiri faciatis, quibus praesentibus eundem Mik, praesente Petro Bolond de Bilke . . . Ioanne filio Dragus de eadem, aut Leuke de Lepse, sive Mik filio Naan de Olsva aliis absentibus, homine nostro et coram testimonio conventus ecclesiae de Lelesz, quod per eundem ad id presentium serie transmitti jubemus, de eo utrum ipse dictam fassionem coram annotatis vicecomite et judicibus nobilium pro parte praedictae Dominae Annae fecerit et dictam sessionem paternam necnon tertiam partem dictae possessionis Urmező eidem dederit an ne? Interrogare debeatis, qui si hoc fassus fuerit bene quidem, alioquin vos praedictos vicinos et commetaneos dictae possessionis Urmező necnon nobiles conprovinciales eiusdem Comitatus coram eisdem nostro et conventus ecclesiae de Lelesz hominibus ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacrae nostrae coronae observandam tacto dominicae crucis ligno per eos prestitam, de et super omnibus per dictam Dominam Annam ordine praemisso nobis conquestis, mente diligenti et conscientiosa inquisitione interrogare et fateri facere debeatis. Et tandem seriem omnium praemissorum et quid quid in his feceretis cum propriis et possessionum attestantium nominibus, per vos et dictum conventum nostrae fideliter rescribi volumus majestati. Aliud in praemissis nullo modo facere ausuri. Praesentes autem sigillo nostro majori quo ut rex Ungariae utimur fecimus consignari, quas perlectas reddite praesentanti. Datum Cassoviae Sabbato proximo ante festum Beatae Elenae Reginae. Anno Domini millesimo quadringentesimo Decimo nono, Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. trigesimo tertio, Romanorum vero nono. Commissio propria domini Regis. Feria tertia ante Margarethae in Zigeth.

[1]) Bilke e in comitatul Bereg. de acolo s'a ţinut atunci şi Dolha, dér vicecomitele Stanislau avea multe moşii la Rosalia, Petrova, Leordina etc. şi fraţi mulţi tot acolo.

[2]) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1419. Nus 35. B. B. III. pag. 170.)

135.

1419. 10. Juniu. Conventul din Lelesz adeveresce, că fiii magistrului Erdew din Ternova Maneu şi Sandor precum şi Thatul din Jalova au dăruit partea patra din porţiunile lor in moşia Uglea lui Michail şi Brathwr fiilor lui Petru, lui Havrille fiul lui Michail amintit, lui Stan fiul lui Balc, lui Jakcho fiul lui Stefan, lui Michail şi Simon fiii lui Lythwoi din Uglea in recunoscinţia pentru binefacerile lor.

Nos Nicolaus praepositus, et conventus Ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, memoriae commendamus, quod Manko[1]) filio quondam magistri Erdew de Kekenyes Comitatus Maramorusiensis pro se personaliter, ac pro Sandor fratre suo uterino, nec non Thathol[2]) de Ilhuch, onera et gravamina eorundem, si iidem successu temporum confessioni subnotatae contradicere, aut eandem quovis modo infringere seu retractare niterentur, in se assumpmente, coram nobis constituto, per eundem Manko, suo ac dicti Sandor fratris sui nominibus et in personis viva voce, spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in praesentia, pariter et relatum: quod ipsi attentis et consideratis multiphariis ac variis, et diversis beneficiis, et beneficiorum multiphariis generibus ipsis per Michaelem, Brathwr[3]) filios Petri, Havrilla filium eiusdem Michaelis, Stan filium Balk, Iakcho[4]) filium Stephani, Michaelem et Simonem filios Lythway[5]) de Uglya, multi mode exhibitis et impensis, et eisdem gratuite habitis et receptis, considerantes etiam et revera agnoscentes ipsos ad quandam portionem possessionariam in dicta possessione Uglya vocata, in dicto Comitatu Maramarosiensi habita existentem, merum et verum jus habere, et eisdem omnis juris titulo pertinere debere, ideo ipsi eandem portionem possessionariam in jam dicta possessione Uglya habitam directam et quoaequalem, cum cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis universis terris scilicet arabilibus, sylvis, pratis, nemoribus, montibus, alpibus, aquis, aquarumque decursibus, et generaliter quibuslibet utilitatum integritatibus, ad eandem quartam partem portionis ante dictae spectantibus, et de iure pertinentibus, dedissent, donassent et tradidissent, ac praefatus Manko in sua et praescripti Sandor fratris sui personis coram nobis dedit, donavit annotatis Michaeli et Brathowr filiis Petri, Havrilla filio dicti Michaelis, Stan filio Balk, Iakcho filio Stephani, Michaeli, Simoni filiis Lythwai de Uglya, ipsorumque haeredibus posteris et

posteritatibus universis, iure perpetuo in aevum ac irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam, assumpmens nihilo minus ipse Manko suo et dicti fratris sui nominibus ipsos nobiles de Uglya, et eorundem haeredes in dominio ipsius portionis possessionariae ipsis datae, donatae et traditae, contra quoslibet conservare, eorum labore et expensis, ad quod ipse Manko se personaliter, dictum vero fratrem suum sub onere eiusdem in se assumpto sponte obligavit coram nobis. Patrocinio praesentium mediante. Datum Sabbatho proximo ante festum Sanctae et Individuae Trinitatis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Decimo nono. Super quadam portione in Uglya habita, comitatus Maramarosiensis per filios Erdew data et tradita.[6])

[1]) Manko e diminutivul din Emanuel format precum Ivașko, Mihalko, Petrasko etc.

[2]) Thatul=Patriciu.

[3]) Brathwr=Frățile.

[4]) Iakcho=Iacob (diminutiv.)

[5]) Lythwoi=Hippolit, cu suffixul voi precum Radivoi, Branivoi, Dobrovoi, Lucavoi etc.

[6]) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1419. Nus 38. B. B. III. pag. 177.)

136.

1419. 9. August. Sziget. Magistratul comitatului adeveresce, că in urma mandatului regelui Sigismund, Nicolau din Șugatag a fost introdus in posesiunea moșielor amintite in literile regelui Ludovic, după ce Ivanka nu era în stare se-și producă documentele sale.

Nos Andreas Bano alter Ladislaus de Kemeche vicecomites Maramorusienses nec non . . . . . Iudices nobilium de eadem Maramorus cum universis nobilibus memorie comendamus tenore presencium significantes, quod in Anno Domini M[0] CCCC. XIX. Nos receptis literis serenissimi principis domini nostri Sigismundi regis Hungarie, quarum tenor erat talys. Nos Sigismundus Dei gracia rex Hungarie etc. ffidelibus suis comiti vel vicecomiti nec non Iudicibus nobilium, ac universis nobilibus de Maramorus salutem et graciam, Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus regio nostro sub edicto, statim visis literis Inter Nicolaum de Sugatag ex una parte et inter Iwankam, rescita veritate ambarum parcium ipsum Nicolaum ad

predictas possessiones prescriptas in literis domini Lodovici nostri antecessoris, nec non in literis nostris nominatas ipsum introducatis, nullus sit contradictor. Nos propter maiorem cautelam et iusticiam pro Iwanka terminum asignando dedimus ut in tercio termino literas suas privilegiales deponeret, termino vero completo, sicut se obligaverat, literas suas deponere non potuit, prefatus Nicolaus plene et integre deposuit, sicut coram regya maiestate deposuerat. Nos vero receptis literis domini nostri Sigismundi, ut tenemur, predictum Nicolaum ad prefatas possessiones introduximus. Contradictor nullus aparuit. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem patentes literas nostras sigillis nostris sigillatas eidem Nicolao duximus concedendas. Datum in Zygeth in vigilia Laurency predicto anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono.

Din originalul scris pe papir, provedut cu cinci sigille.

137.

1419. 15. August. Conventul din Lelesz adeveresce, că Petru fiul lui Myk din Urmező şi fraţii lui Joan, Thoma şi Georgiu in recunoscinţa serviciclor făcute şi mai asceptate in viitoriu, dăruesc lui Simon fiul lui Vlad Kenezului din satul Négova, fiilor sei Joan şi fiilor acestuia Joan şi Simon jumetatea moşiei Négova lăngă riul Taras, care jumetate au ţinut-o ei şi până acum cu drept de Kenez.

Omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, Nicolaus praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Petro filio Myk[1]) de Urmezew pro se personaliter, ac pro Iohanne, Thoma, et Georgio fratribus uterinis suis, onera et gravamina eorum, si iidem temporis in eventu confessioni subnotatae contradicere, aut eandem quoquo modo irritare, retractare et infringere conarentur, in se assumpmente ab una, parte siquidem ex altera Simone filio Wlad, Kenezio in villa Negova[2]) residente pro se similiter personaliter, ac pro Iohanne et Petro filiis, nec non Monayla[3]), alio nomine Georgio fratre uterino suis, item altero Iohanne, et Simone filiis eiusdem Monayla, onera et quaelibet gravamina eorumdem conformiter in se assumpmente coram nobis constitutis, eundem Petrum filium Myk suo, ac dictorum fratrum suorum

nominibus et in personis, viva voce, spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod ipsi intuitis praescriptis et consideratis servitiis et obsequiis, ac multimodis servitiorum et obsequiorum gratuitis meritis praefatorum Simonis filii Wlad, Iohannis et Petri filiorum ac Monayla fratris suorum, nec non alterius Iohannis et Simonis filiorum ejusdem Monayla, per ipsos eisdem impensis et continue inpendentibus, ac sub conditione continuorum fidelium et licitorum servitiorum et obsequiorum eisdem et eorum haeredibus exhibendorum et impendendorum, directam et coaequalem medietatem praetactae possessionis Negova nuncupatae, penes fluvium Taraz vocatum, in Comitatu Maramorosiensi adjacentem habitam, lineam videlicet ejusdem, in qua usque ad haec tempora more Kenesiatus residentiam fecissent, cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuscunque, terris scilicet arabilibus, aquis, aquarumque decursibus, et generaliter quibusvis utilitatibus, et utilitatum Integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, ad dictam medietatam possessionis Negova antedictae, de Iure ab antiquo spectantibus et pertinentibus dedissent, donassent et contulissent, ac praefatus Petrus filius Myk in sua, et dictorum fratrum suorum personis dedit, donavit et contulit coram nobis praetitulatis Simoni filio Wlad, Iohanni, et Petro alteri Iohanni et Simoni filiis ejusdem Monayla eorumdemve haeredibus et successoribus universis, jure perpetuo ac in sempiternum et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, patrocinio praesentium mediante, assumpmens nihilominus et obligans se praefatus Petrus filius Myk et fratres suos antedictos, jam dictos Simonem et Monayla, ac eorumdem filios et haeredes quoslibet in dominio praetactae medietatis dictae possessionis Negova, ipsis datae et collatae exhibitionibus literalium eorum instrumentorum, factum dictae possessionis contingentium et tangentium contra quoslibet impetitores, causidicos conservare, defensare et expedire. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem praesentes literas nostras privilegiales alphabetoque intercisas, sigilli nostri appensione communitas duximos concedendas. Datum die Dominica proxima post festum Beati Laurentii Martyris. Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo nono.[4])

[1]) Myk=Nicolae.

[2]) Négova dela Nég=Nacu=Nicolae.

[3]) Monaila=Emanuile.

[4]) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1419. Nus 39. B. B. III. pag. 178.)

138.

1419. 5. Novembre. Buda. Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Elia, Petru şi Thoma, fiilor lui Nicolau din Urmező, carii acusă pe Naan şi pe Joan fiii lui Ladomer din Săpĕnţa că au omorit pe fratele lor Joan fiul lui Stefan la locul Kekewmező, unde a ajuns călătorind in comisiunea regelui, şi au luat de la dĕnsul şi servitorul seu tot ce aveau la sine in valóre de 100. fl. de aur, şi au occupat moşia lor Rona de jos.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex Semper augustus, ac Hungariae etc. Rex fidelibus suis conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Eliae, Petri et Thomae filiorum Nicolai de Urmezew, quod cum Iohannes filius Stephani de dicta Urmezeo frater scilicet ipsorum in anno cuius jam plus quam nona praeterisset revolutio annualis, in quibusdam nostris regiis servitiis per nos fuisset allegatus, et cum ad possessionem Kekewmezew vocatam pervenisset, et in eadem hospitium seu descensum habuisset, tunc Naan et Ivan filii Ladomer de Zaponcza in ipsum Ioannem filium Stephani ac homines et familiares suos more latrocinio irruendo, ipsum . . . . miserabili nece interemissent ac omnes res et bona tam eiusdem Ioannis quam familiaris pro tunc in ipso hospitio habitas et reperta ad centum florenos auri se extendentia recepissent, ceterum ipso Ioanne filio Stephani per manus dictorum Naan et Ivan occiso, quandam possessionem tam ipsius Ioannis quam dictorum Eliae, Petri et Thomae Also-Rona vocatam pro se ipsis occupando eaque uterentur de praesenti Naan et Ivan praenotati potentia mediante in praejudicium et gravamen ipsorum valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Danch vel Ioannes de Bede, aut Thatol de Ilholcz, sin Gregorius seu Sandrinus de Lypche, sive Egidius neve Stephanus an Ioannes de Baranya, ceu Andreas an Ladislaus filii Martini aut Barthos vel Petrus de Velethe, sin Bogdan de Dolha, sin Bud de Waynagh, an Iacobus dictus Oros de eadem Vaynagh, aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de praemissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Budae tertio die festi Beati Valentini martyris. Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo nono.

Fidelibus suis conventui ecclesiae de Lelesz pro Elia filio Nicolai de Urmezew et aliis infrascriptis, inquisitoriae.

Relatio Conventus. Frater Ioannes presbyter suo modo in Comitatu Maramarusiensi. Datum feria sexta post Gregorii papae.

Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1419. Nus 5. B. B. 3. pag. 117.)

139.

1419. 12. Novembre. Severin. Regele Sigismund la cererea lui Thatul fiul lui Michail din Jalova intăresce literile sale fassionale despre moșia Técsőpataka, date in anul 1410. 27. Juniu.

Nos Sigismundus Dei gratia, Romanorum Rex Semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex memoriae commendamus per praesentes, quod Thatol filius Michaelis de Ilhocz, nostram veniens in praesentiam, exhibuit nobis quasdam literas nostras fassionales sub minori, secreto nostro sigillo patenter emanatas, tenoris infrascripti, suplicans nostro culmini prece subjectiva, ut easdem ratas, gratas et aceptas habendo, praesentibusque litteris nostris verbaliter inseri et transcribi faciendo, eisdem nostrum regium benevolum consensum praebere dignaremur gratiose pariter et assensum, Quarum tenor talis est, Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum etc. (vide sub No 93.) Unde nos humillimis et devotis suplicationibus praefati Tatul per ipsum modo quo supra nostri humiliter porrectis majestati, benigne inclinati, praetactas literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sed prorsus omni suspicionis vitio carentes, imo verae et sincerae veritatis titulo praepollentes, quoad omnes earundem clausulas, continentias et articulos sine diminutione et augmento aliquali de verbo ad verbum praesentibus literis et singulis articulis in eisdem contentis, nostrum regium benevolum consensum praebuimus gratiose pariter et assensum, quas dum nobis in specie reportatae fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Zewren[1]) die Dominico proximo post festum Beati Martini episcopi et confessoris. Anno Domini 1419. regnorum nostrorum anno

Hungariae etc. trigesimo tertio, Romanorum vero decimo. Comissio propria Domini Regis[2])

[1]) Vedi nota a 3. la anul 1419. 19. Novembre.
[2]) Conventul din Lelesz. (Actorum Anni 1765. Nus 20.)

140.

1419. 19. Novembre. Zemyn. (Muntenia.) Mandatul regelui Sigismund cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Tatul fiul lui Michail din Jalova, carele călătorind din Maramureş cătră Seleuş a fost atacat prin Georgiu Kistherew fiul lui Zovard din Ardow şi despoiat de calul seu, banii sei (300 fl.) şi literile sale. Actul potenţiariu s'a adeverit.

Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex Fidelibus nostris conventui Ecclesiae de Lelez. Dicit nobis Thathul filius Michaelis de Ielchouch, quomodo Georgius Kystherew[1]) dictus filius Zovard de Ardow circa festum nativitatis virginis Mariae in Anno cuius jam . . . instaret revolutio ipsum de comitatu Maramarusiensi ad possessionem magnifici Petri de Peren Zewlews vocatam proficiscentem reperiendo, uno equo quinquaginta florenos novae monetae regalis valente, et uno valisio[2]) simul cum literalibus instrumentis factum jurium suorum possessionariorum tangentibus et trecentis florenis muneris praedicti paratis in pecunia et aliis non nullis rebus suis in eodem valisio habitis spoliasset potentia mediante, in ipsius Thatul praejudicium et damnum valde magnum, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Ivasko filius Naan de Bede, dein Franciscus de Velethe, aut Egidius de Baranya, sin Andreas de Uglya, sive Ivan de Eadem, neve Danch de Zlathyna aliis absentibus, homo noster scita prius praemissorum mera veritate, evocet praefatum Georgium contra memoratum Thatul nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem praemissorum rediturum. Et post haec ipsarum inquisitionis et evocationis seriem cum nomine evocati terminoque assignato nobis fideliter rescribatis Datum in Zemyn in partibus Transalpinis[3]) in festo Beatae Elisabeth viduae. Anno Domini millesimo

quadringentesimo decimo nono. Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. trigesimo tertio, Romanorum vero decimo. Fidelibus nostris conventui Ecclesiae de Lelez pro Thatul filio Michaelis de Ilhoch contra Georgium Kistherew dictum filium Zouard de Ardow. Inquisitoriae et evocatoriae.

Nos igitur mandatis vestrae Excellentiae obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Francisco de Velethe homine vestrae majestatis, unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbyterum ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt quod, ipsi in Comitatu de Ugocha pariter procedendo a quibus decuisset et licuisset palam et latenter habita diligenti inquisitione, Talem de praemissis scivissent et comperissent veritatem, quod praemissa facta potentiaria per praefatum Georgium Kisterew filium Zouard de Ardow, dempto certo numero damnorum illatorum, patrata extitissent, prout tenor literarum vestrae serenitatis contineret praedictarum, factaque inquisitione feria sexta proxima post festum Beatorum Innocentium Martyrum proxime praeteritum, praefatum Georgium filium Zoward in portione sua possessionaria in possessione Rakaz vocata habita contra . . . . Thatul ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas, vestrae serenitatis in praesentiam evocassent, rationem praemissorum redditurum. Datum quarto die diei evocationis ante dictae. Anno Domini praenotato.

In dorso habet. Homo Frater Franciscus de Velethe, noster frater Michael suo modo in Ugocha et Maramaros, feria sexta post Inocentum in Rakaz ad Epiphaniarum Domini[4])

[1]) Georgiu Kistherew era cu locuinția in Rakasz, și drumul cătră Seleuș pe aci treceă.

[2]) Valise in limba francesă insemnéză tașca de pele.

[3]) In acest an a pornit regele Sigismund cu óste in contra Turcilor in Bulgaria și Serbia, și va fi trecut prin țéra romănéscă; in óstea sa a fost și Tatul.

[4]) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1419. Nus 21. B. B. III. pag. 137.)

141.

1419. 3. Decembre. Timişóra. Donaţiune nóuă, prin care regele Sigismund dăruesce românului Valentin fiul lui Thador d'in Ieud, fiilor şi fraţilor lui Valentin, Kenesiatul românilor regesci d'in Ieud intre meşdile vechi, cum s'a ţinut acea moşia prin insu-şi Valentin şi prin stremosii sei.

Relatio Nicolai fily condam Nicolai Bani de Peren.

Nos Sigismundus Dei gracia rex Romanorum semper Augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis et in regalibus precordys diligenter premeditatis multi modis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis et sinceris complacencys fidelis nostri grate dileccionis Valentini[1]) volahi fily Thador[2]) de Iood, per ipsum nobis et sacro nostro regio diademati cum omnis sinceritatis Zelo et solicitudine indefessa, non sine expensarum suarum pluralitate, pro nostri regy honoris exaltacione, plerisque vicibus ac locis temporibusque supreme incumbentibus laudabiliter Iuxta possibilitatis sue exigenciam exhibitis et impensis, exhibereque anhelat eo fervencius in futuris, Et licet ipse nomine et pretextu huiusmodi fidelium suorum serviciorum multo maioribus antedictorum premys per nostram maiestatem esset remunerandus, in aliqualem talem premissorum suorum serviciorum particularem recompensam, ut nostra regia remuneracione premiatus ad servicia nostre maiestatis promcius et solercius incitetur, Kenesiatum Valahorum nostrorum regalium in eadem possessione Iood in Comitatu Maramorosiensi existente residencium, cum cunctis eiusdem possessionis utilitatibus, pertinencys, fructuositatibus quibuslibet et emolumentis et Iurisdictionibus quibuscunque, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub veris metis ipsius possessionis Iood terminis et antiquis limitibus quibus eadem per ipsum Valentinum et suos predecessores tenta fuit rite et possessa[3]), eidem Valentino et per eum Iohanni, Luce, Sandrino et Danchul filys, item Sandrino et Iohanni uterinis, ac Staan filio Iwan nec non Balazer et Thador filys Dragumer de eadem Iood consanguineis fratribus suis eorumdemque heredibus et successoribus universis, ex certa sciencia

nostre maiestatis, prelatorumque et Baronum nostrorum ad hoc accedente consilio prematuro, nove nostre donacionis titulo et eo Iure quo idem Kenesiatus nostre incumbit collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, Imo damus, donamus et conferimus per eundem Valentinum ac filios et fratres suos supra dictos eorumdemque heredes et successores universos Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum et habendum, harum nostrarum patrocinio literarum mediante, sine tamen proprietate Iuris alieni, tali modo ut Idem Valentinus ac fily et fratres sui supra dicti eorumdemque heredes et successores universi, more et instar aliorum Kenesiorum volahorum nostrorum regalium nobis et successoribus nostris servire, de universis quoque proventibus ex parte ipsorum solito more provenire debentibus, Comitibus eiusdem Comitatus Maramorosiensis nunc constitutis et in futuris per nos et eosdem successores nostros in futuris constituendis realiter et effective temporibus successivis debeant et teneantur respondere. Datum in Themeswar[4]) die dominico proximo post festum beati Andree Apostoli, Anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XXXIII. Romanorum vero decimo[5]).

1) Valentin=Bale, cum ne arétă si diploma d'in anul 1435.

2) Thador=Thudor=Theodor.

3) De órece aci se recunósce, că moşia, Ieudului era in possessiunea lui Valentin şi a strămoşilor lui, donaţiunea tot acelei moşie lui Balk şi fraţilor sei d'in anul 1365. va fi remas fără valóre reale; in introducerea d'în anul 1402. nu se amintesce.

4) In anul 1419. regele Sigismund a portat resbel victorios in contra Turcilor pe câmpiile Bulgariei. Diploma fiind datată d'in Timişóra la 3-a Decembre, donatariul Valentin „cu expensele" sale a luat parte in aceste şi in alte bătălii, şi s'a făcut demnu de lauda cuprinsă in acest document.

5) Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil imprimat.

142.

1419. 19. Decembre. Buda. Mandatul regelui Sigismund cătră castellanii cetăţei Munkács ca se cerceteze documentele lui Nicolau românul fiul lui Sandrin, şi décă se va constata, că Kenesiatul moşielor Kusnitza şi Kereczke in adever lui i-se cade, şi că acel Kenesiat cu nedrept a fost occupat prin Theodor órecăndva ducele Podoliei şi gubernatoriul cetăţei Munkács, atunci se-lu restitue lui şi se-lu aperă in folosinţia acelui drept.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex, Semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Fidelibus Nostris Egregys viris Mathye et Emerico de Paloch inter cetera castellanis castri nostri Munkach vocati salutem et Graciam. Nostre majestatis veniens in presenciam Nicolaus Volachus Filius Sandrini de Dolha Nobis Studuit declarare gravi cum querela quomodo temporibus diu preteritis quondam Illustris Princeps Theodorus Dux Podolie gubernator ipsius castri nostri Munkach Keneziatum in Possessionibus Kwchnycha et Kerechke vocatis, in eiusdem castri nostri Munkach pertinencys existentibus habitum, sibi iuridice pertinentem, ab ipso indebite et sine lege recepisset et abstulisset, ipsius in preiudicium et Iuris derogamen valde magnum, cum tamen ipse super dicto Kenezyatu ut idem sibi pertineret, Litteras haberet efficaces, verum nos neminem Regnicolarum nostrorum suis iustis Iuribus indebite destitui, quin pocius quemque suo iusto Iure potiri velimus et gaudere, Vestre igitur fidelitati firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus revisisque et diligenter examinatis dictis Litteris Prelibati Nicolai in facto iam fati Kenezyatus ut dicitur confectis, si ex earundem tenoribus ipsum Kenezyatum eidem rite et legitime pertinere et per dictum Theodorum Ducem ut premittitur, indebite ab ipso receptum agnoveritis, ex tunc eundem Nicolaum in ipso Kenezyatu conservare et mediante iusticia protegere debeatis ab omnibus ipsum in eodem indebite impedire volentibus, Maiestatis nostre in persona, et aliud non facturi, presentes autem sigillo nostro maiori, quo ut Rex Hungarie utimur fecimus consignari, quas post earum lecturam, reddite presentanti. Datum Bude in Vigilia Festi Beati Thome Apostoli. Anno Domini M° CCCC° X°

nono. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. Trigesimo tercio Romanorum vero Decimo.

Relacio Comitis Petri de Peren Iudicis Curie Regie maiestatis.

Conventul din Lelesz. (Actorum Nus 3. Anni 1419.) Copia dela Georgiu Petrovay.

143.

1420. 29. Januariu. Fassiune perennale, prin care Stanislau fiul lui Joan din Dolha și frații sei Joan, Georgiu și Bogdan din dragoste frățésca dau lui Petherman fiul lui Petru din Șieu consăngénului lor de aprópe partea a treia din moșia Șieu, și jumetatea din móra ce se află acolo pe apa Șieului, și se léga al apera pe dênsul in posesiunea acésta cu fatigiile și expensele lor proprie.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Nicolaus prepositus et Conventus ecclesie sancte crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod Stanislao filio Iohannis de Dolha pro se personaliter ac Iohanne, Georgio et Bogdan fratribus uterinis suis sine literis procuratoriis, onera tamen et quelibet gravamina eorumdem ad subscriptam confessionem illibate, Inconcusse et Irrevocabiliter observandam in se ac cuncta bona et hereditates suas assumpmente, coram nobis constituto, per eundem in suo et dictorum fratrum suorum in personis viva voce ac spontanea sua voluntate confessum extitit nostri in presencia pariter et relatum, quod ipsi Zelo fraternalis et proximitatis dileccionis, Petherman fily Petri de Sayow proximi et consanguinei eorum ducti, rectam terciam partem eiusdem possessionis Sayow vocate in Comitatu Maramarosiensi adjacentis, ac rectam medietatem molendini in territorio possessionis Sayow, in fluvio Sayow nuncupato decurrentis, Cum omnibus utilitatibus terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, silvis, pratis, nemoribus ac pascuis, aquis aquarumque decursibus et generaliter quibusvis utilitatibus et utilitatum integritatibus, proventibusque et emolumentis, quovis nominis vocabulo vocitatis, denominatis et appellatis ad eandem terciam partem possessionis Sayow antedicte, et medietatem dicti molendini de Iure spectantibus et pertinentibus, omni eo Iure et Iurisdiccionis

plenitudine, quibus mediantibus dicta tercia pars ipsius possessionis Sayov et medietas molendini ipsis pertinere dinoscuntur, sub titulo serviciorum licitorum eisdem et heredibus eorumdem exhibendorum prelibato Petherman filio Petri proximo et consanguineo eorumdem ipsiusque successoribus universis dedissent, donassent et contulissent, ac prefatus Stanislaus sua ac prescriptorum fratrum suorum personis dedit, donavit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, assumpmens nihilo minus idem Stanislaus se personaliter, annotatos vero fratres suos ad onera eorum supradicta memoratum Petherman filium Petri et heredes suos universos in pacifico et quieto dominio predicte tercie partis possessionis Sayow, ac medietatis molendini antedicti, contra quosvis impetitores, causidicos conservare et defendere proprys eorundem sumptibus, laboribus et expensis. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum die dominico proximo post festum Conversionis beati Pauli apostoli. Anno domini millesimo quadringentesim vigesimo[1][2]).

[1]) Din originalul scris pe papir fără sigil in archivul Comiților Teleky in Gyömrő. (El. XX. F. II. No 1.) Se află și in transscrisul original dat la cererea nobililor Petru Man și Petru Nan din Șieu la anul 1654. prin requisitorii literilor mănăstirei Clușiului.

[2]) Din Șieu și-au produs la anul 1752. nobilitatea familiele Szasz (1528.) Man (1419.) Cotețiu, Vlad (1645.) Muntean (1627.) la anii 1763—1768. familiele Flore (1619.) Dunca (1373.)

144.

1420. 5. Februariu. Conventul din Lelesz adeveresce, că Tatul fiul lui Michail din Jalova in numele seu și al fiilor sei Michail și Joan in numele lui Sandrin fiul lui Erdew din Tĕrnova și al altor neamuri conduși de iubire frățiéscа și de uniunea de aprópe d'intre denșii, au dat pentru totdeuna partea patra din moșia lor Uglea lui Joan, Sandrin, Erdew, Elie și Stan fiilor lui Petru din Uglea.

Nos Nicolaus praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod Thathul filio Michaelis de Ilhoch pro se personaliter ac pro Michaele et Iohanne filiis suis, nec

non Sandrino filio Erdew de Kekenyes ac aliis fratribus et proximis suis onera et gravamina eorum si iidem successu temporis confessioni subnotatae contradicere eandem quoquo modo irritare seu infringere niterentur, in se ac cuncta bona et haereditates suas assummente, coram constitutis per eundem suo ac dictorum filiorum suorum et Sandrini nominibus et in personis viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum: quod ipsi ob amorem fraternalis dilectionis et unionem proximitatis Ioannis, Sandrini, Erdew, Eliae et Stan filiorum Petri de Uglya[1]) directam et coaequalem quartam partem possessionis eorum Uglya praedictae in Comitatu Maramarosiensi existentis, excepta solum modo et exclusa una sessione jobbagionali in medio ejusdem possessionis Uglya a parte occidentale situata, in qua nunc quidam Sandor residentiam faceret et eiusdem utilitatibus, cum cunctis ipsius quartae partis possessionis Uglya antedictae utilitatibus et pertinentiis quibuscunque quovis nominis vocabulo vocitatis et apellatis ad eandem quartam partem de jure spectantibus et pertinentibus dedissent, donassent, et contulissent ac annotatus Thathol nominibus et in personis quibus supra dedit, donavit et contulit coram nobis praefatis filiis Petri ac ipsorum haeredibus haeredumque eorum successoribus universis jure perpetuo et in aevum ac irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam patrocinio praesentium mediante. Datum feria Sexta proxima ante festum Beatae Scholasticae. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo[2]).

[1]) Thatul va fi fost frate dulce cu Petru din Uglea, vedi la anul 1411.
[2]) Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo Actorum Anni 1420. Nus 70. B. B. III. pag. 324.)

145.

1420. 5. Februariu. Inaintea Conventului din Lelesz Dragh fiul lui Stan, fiul lui Radul din Chomalhaza și nepotul seu Thoma fiul lui Stoyan din Kricsova vĕnd partea lor de jumetate in moșia Darva pentru 460 floreni după computul Comitatului Maramureș, vĕnd lui Josif și Jacob fiilor lui Ivan din Dulova, precum și lui Ivan, Sandor, Erdew și Elie fiilor lui Petru din Uglea.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Nicolaus praepositus et Conventus Ecclesiae

Sanctae crucis de Lelesz Salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Dragh filio Stan filii Radul de Chomalhaza onus et gravamen Thomae filii Stoyan de Krichfalva, nepotis sui ad subscriptam confessionem incuncusse observandam in se assumpmente, coram nobis constituto, per eundem Dragh filium Stan viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod ipse grandi necessitate coactus, portionem suam possessionariam in possessione Darva vocata in Comitatu Maramarosiensi habita existentem, medietatem videlicet ejusdem directam, ipsum proprie et praecise contingentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis, terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis, aquarumque decursibus et generaliter quibusvis utilitatibus et utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, ad eandem medietatem possessionis Darva ante dictae ab antiquo et de jure spectantibus et pertinentibus, pro quadringentis et sexaginta florenis computi dicti comitatus Maramorosiensis dedisset, tradidisset et vendidisset, imo dedit, tradidit et vendidit, coram nobis Ioseph et Iakobo filiis Ivan de Dulfalva, necnon Ivan, Sandor, Erdew et Eliae filiis Petri de Uglya, ipsorumque haeredibus et haeredum eorum successoribus universis, jure perpetuo ac in aevum et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam, assumpmens nihilominus, et obligans se idem Dragh et suos haeredes ante dictos Ioseph et Iakobum de Dwlfalva necnon Iwan, Sandor, Erdew et Eliam de Uglya, ipsorumque posteritates et haeredes in pacifico et quieto Dominio dictae portionis possessionariae seu medietatis possessionis ante dictae ipsis venditae, contra quosvis impetitores, pacifice conservare et defendere, propriis laboribus et expensis, quod si facere nequirent, ex tunc eosdem in dominium alterius, vel aliarum portionum eorum possessionariarum, ipsos haereditario jure contingentium, praedictae portioni possessionariae seu medietatis possessionis praelibatae similium, aequalium et aequipollentium utilitatum et proventuum, praemissae venditionis et perpetuationis titulo intromittere et in ejusdem vel ipsorum Dominiis conformiter contra quoslibet impetitores, causidicos conservare et expedire tenerentur, ad quod ipse Dragh de Chomolhaza se personaliter et dictos suos haeredes sponte obligavit coram nobis, vigore praesentium mediante. In cuius rei memoriam, stabilitatemque perhempnalem praesentes litteras nostras privilegiales alphabethoque intercisas sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum feria

sexta proxima ante festum beatae Scholasticae virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo.

[1]) Radul=Hilariu seu Gaudențiu.
[2]) Stoyan=Stephanus.
[3]) Conventul din Lelesz. (Actorum Anni 1420. Nus 19. B. B. III. pag. 239,)

146.

1420. 2. Juniu. Szöllős. La mandatul Judelui Curiei regesci Conventul din Lelesz voind se introducă pe Demetriu fiul lui Ioan din Hetény și pe fiii sei Petru, Grigorie și Elie in possessiunea părței de moșia a lui Paul din Velete in Comitatul Maramureș, Thatul din Ialova a contradis la acésta introducere.

Amicis suis reverendis conventui Ecclesiae de Lelez Comes Petrus de Peren Iudex curiae Domini Sigismundi Dei Gratia romanorum regis semper augusti, ac Hungariae etc. regis. Amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Demetrii filii Ioannis de Hetheny, ac Petri Gregorii et Eliae filiorum ejusdem Demetrii, quomodo ipsi in Dominium portionis possessionariae quondam Pauli de Velete in dicta Velethe in Comitatu Maromorosiensi existente, habitae, legitime vellent introire, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo praesente Ladislaus vel Barthus, neve Bartholomaeus de dicta Velethe, aliis absentibus homo regius ad faciem praenotatae possessionis Velethe et per consequens portionis possessionariae praefati Pauli Vicinis et commetaneis ejusdem universis illuc legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Demetrium et filios suos in Dominium ejusdem statuatque eandem eisdem jure ipsis attinenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos Demetrium et Gregorium de dicta Hetheny regiam in praesentiam, ad terminum competentem (rationem) contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsius introductionis et evocationis seriem cum nominibus evocatorum terminoque assignato Domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in civitate Zelews in festo Sanctae Trinitatis. Anno Domini millesimo quadrin-

gentesimo vigesimo. Amicis suis reverendis conventui Ecclesiae de Lelez pro Demetrio de Hethen et aliis introscriptis introductoria et statutoria.

Nos igitur petitioni annuentes comitis Petri ut tenemur, una cum praefato Ladislao de Velethe homine vestrae majestatis, unum ex nobis videlicet fratrem Thomam presbyterum, ad praemissa peragenda pro testimonio transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi festo sanctae Trinitatis proxime praeterito ad faciem jam dictae possessionis Velethe et per consequens portionis possessienariae annotati quondam Pauli, vicinis et conmetaneis ejusdem universis illuc legitime convocatis accessissent, et cum ipsi praenotatos Demetrium et filios ejusdem in Dominium ipsius introducere, eandem eisdem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam statuere voluissent, tunc Thatul de Ilhocz illic adhaerens, ipsos a statutione dictae portionis possessionariae annotatis Demetrio et filiis suis fienda prohibuisset contradicendo. Propter quod ipsi die et loco in praetactis memoratum Thatul de Ilhoch, contra annotatum Demetrium et Gregorium ad octavas festi nativitatis Beati Ioannis Baptistae nunc venturi, vestrae sublimitatis evocassent in praesentiam, rationem contradictionis suae redditurum. Datum septimo die diei evocationis antedictae, Anno Domini supradicto.

[1]) Velete lăngă oppidul Visk se ţine de Comitatul Ugocia, numai aci provine ca possessiune Maramureşană.

[2]) Conventul din Lelesz. (Statutoriarum. H. Nus 117.)

147.

1420. 31. Juliu. Conventul din Lelesz adeveresce, că Thoma fiul lui Stoian, Michail fiul lui Stoyka din Kricsfalva, Michail, Vazka şi Barla fiii lui Thoma, Drag, fiul lui Stan, fiul lui Radul din Csomalhaza au vĕndut lui Thatol fiul lui Michail din Jalova, şi fiilor sei Michail si Joan jumetatea moşiei Darva pentru 200 floreni computănd un floren cu 100 dinari.

Nos Nicolaus praepositus et conventus Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelesz memoriae Commendamus, quod Thoma filio Stoyan et Michaele filio Sthoyka de Krychfalva pro se personaliter, ac pro Michaele

Vazka et Barla filiis suis, ipso Thoma filio Stoyan nec non Dragh filio Sthan filii Radul de Chamalhaza, eisdem Thoma et Michaele filio Stoyka onera et quaelibet gravamina eorum si iidem temporis in eventu confessioni subnotatae contradicere aut eandem quovismodo infringere seu irritare attemptarent, utrinque in se assumpmentibus coram nobis constitutis per eosdem Thomam filium Stoyan Michaelem filium Stoyka personaliter, in personis vero dictorum filiorum suorum per ipsum Thomam viva voce spontaneaque voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod ipsi quibusdam necessitatibus eorum ipsos ad praesens urgentibus evitandis, portionem eorum possessionariam in possessione Darva vocata in Comitatu Maramarosiensi habita existentem, medietatem videlicet ejusdem directam ipsos proprie et praecise contingentem, cum omnibus suis ubilitatibus et pertinentiis, terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, nemoribus, montibus, vallibus aquis, aquarumque decursibus, et generaliter quibusvis utilitatibus et utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis ad eandem medietatem possessionis Darva ante dictae ab antiquo et de jure spectantibus et pertinentibus pro ducentis florenis praesentis novae monetae regalis, florenum scilicet quemlibet cum 100 denariis novis numerando, plene habitis et receptis, dedissent tradidissent et vendidissent ac praefati Thomas filius Stoyan et Michael filius Stoyka de Kricsfalva nominibus et in personis quibus supra, dederunt, tradiderunt et vendiderunt coram nobis Thatul filio Michaelis de Ilhoch, Michaeli et Ioanni filiis eiusdem, ipsorumque haeredibus et haeredum eorum successoribus universis, iure perpetuo et in sempiternum ac in aevum et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, assumpmentes nihilo minus et obligantes se iidem Thomas filius Stoyan et Michael filius Sthoyka et suos filios scilicet dicti Thomae et eorundem haeredes memoratos Thathul filium Michaelis de Ilhoch, Michaelem et Ioannem filios eiusdem ipsorum posteritates et haeredes in pacifico et quieto Dominio jam dictae portionis possessionariae seu medietatis possessionis Darva antedictae ipsis venditae contra quosvis inpetitores causidicos pacifice conservare et deffendere propriis laboribus et expensis; quod si facere nequirent tunc eosdem in dominium alterius vel aliorum portionum eorum possessionariarum ipsos haereditario jure concernentium, praescriptae portioni possessionariae seu medietatis possessionis antae fate similium coaequalium et aequipollentium, utilitatum et proventuum praemissae venditionis et perpetuationis titulo intromittere et in ejusdem vel ipsorum Dominio consimiliter

contra quosvis impetitores causidicos conservare et expedire tenerentur, ad quae praemissa praefati Thomas filius Stoyan et Michael filius Sthoyka de Kricsfalva se personaliter, dictos vero filios suos idem Thomas sub praemissis oneribus sponte obligarunt coram nobis patrocinio praesentium mediante. Datum feria secunda proxima ante festum ad vincula beati Petri apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo.

Conventul din Lelesz. (Ex fasciculo actorum Anni 1420. Nus 67. B. B. III. 318.) Din acest Stoica se trage şi se numesce familia nobilă Stoica de Kricsfalva, din care a eşit episcopul greco oriental Josif Stoica care in srisórea dată din sinodul ţinut la 1. Januariu 1699. in Drăguesci se intitulézá: „Máramarosi oláh püspök"; Ladislau Stoica era vicecomite in anul 1717. cănd s'a intemplat invasiunea Tatarilor; Sigismund Stoica era episcop romano catolic al Transilvaniei, el a fondatu xenodochiul din Sziget la anul 1761. şi a zidit tot acolo capella romano-catolică dedicătă pastorelui celui bun. Actul de fundaţiune pentru xenodochiul se află in archivul capitlului din Agria. (Acta dioecesim Agriensem et particulares ecclesias et parochias concernentia Nus II. Divisio I. Fasciculus I.) O ramură a familiei Stoica cu predicatul de Szala in a dóua jumetate a secolului a trecut primit baronatul.

148.

1421. 1. Septembre. Buda. Literile judelui Curiei regesci despre impaciuirea stabilită de o parte intre Petru şi Nicolau fiii lui Sandrin din Dolha, de altă parte intre Stanislau fiul lui Joan din Dolha şi fraţii sei Joan, Georgiu şi Bogdan. Acesti din urmă se absolvă de tóte fapte potenţiarie, versare de sănge şi pagubă, actele judecătoresci despre aceste se nemicescu. Petru si Nicolau primescu jumetatea moşielor Dolha, Zadnya si Négyforrás, ér pe de a supra ca satisfacţiune mai primesc cea l'alta jumetate din Négyforrás şi 450 fl. in bani gata.

Nos comes Petrus de Peren Iudex curie Domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis Semper augusti ac Hungarie etc. Regis memorie commendamus, Quod Petrus et Nicolaus fily Sandrini de Dolha personaliter ab una, parte vero ab altera Stanislaus filius Iohannis de eadem Dolha similiter personaliter pro se et pro Iohanne, Georgio et Bogdan fratribus suis carnalibus sine literis Procuratorys onera eorundem et gravamina, si ydem in subscriptis persistere nollent,

super se et cunctas suas hereditates assumendo, coram nobis constituti, sunt confessi in hunc modum. Quod quamvis inter eos hactenus in factis possessionarys et potenciarys diverse lites et controversie mote et suscitate diuciusque ventillate fuerint, ipsi etiam Petrus et Nicolaus contra prefatum Stanislaum et fratres suos predictos sentenciam deffinitivam reportaverint, tamen ipsi cupientes zelo fraternitatis et pacis tranquillitate perpetuo congratulari, per ordinacionem et composicionem nonnullorum proborum et nobilium virorum pacem eorum amancium, in talem pacis et concordie devenissent unionem. Quod prefati Petrus et Nicolaus Sedatis prius omnibus eorum litibus et causis, annotatum Stanislaum et fratres suos super universis factis potenciarys, hominum interfectionibus, sanguinum effusionibus, damnis, injurys, nocumentis et quibusvis maleficiorum generibus usque nunc per ipsos Stanislaum et fratres suos ipsis illatis et irrogatis, nec non Iudiciorum gravaminibus, in quibus ipsi Stanislaus et sui fratres adversus ipsos usque ad hec tempora quoquo modo convicti extitissent et aggravati, expeditos pariter et absolutos reddidissent et commisissent, universasque eorum literas sententionales inquisitionales, protestatoriales, judiciales et alias quaslibet usque ad hec tempora contra prefatum Stanislaum et fratres suos quacumque emanatas vanas cassas et viribus commisissent carituras. E converso vero predictus Stanislaus de Dolha in sua necnon predictorum fratrum suorum nominibus et personis rectas et equalas medietates possessionum Dolha predicte, Zadna et Neegyforras vacatarum in comitatu de Beregh existentium ac tributi, in dicta Dolha exigi soliti, cum cunctis utilitatibus et pertinencys quibuslibet ad easdem medietates spectantibus omni eo jure et titulo quo predictis Stanislao et fratribus suis pertinere dignoscuntur, pretextu quarum inter ipsos premisse litis materia suscitata fuisset, eisdem Petro et Nicolao uti fratribus eorum condivisionalibus tanquam eorum merum Ius hereditarium remisisset resignasset. Insuper in recompensam satisfactionis omnium premissarum residuam partem antefate possessionis Neegyforras puta medietatem eiusdem porcionem scilicet ipsorum propriam in forma vendicionis sepe fatis Petro et Nicolao perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum possidendam, tenendam ét habendam dedisset et commisisset, preterea prefatus Stanislaus quadringentos et quinquaginta florenos novos modo subnotando, ducentos scilicet florenos cum pecudibus, pecoribus et alys animalibus iuxta estimacionem quatuor proborum virorum per partes ad id eligendorum secundum valores . . . . residuam autem partem

, . . . florenorum puta similiter ducentos et quinquaginta florenos novos parata in pecunia pure et simpliciter absque nona et decima partibus in terminis infrascribendis. Centum scilicet florenos novos parata in pecunia ac totidem centum florenos cum animalibus secundum eorundem valores octavo die festi Beatj Michaelis Archangeli, ac centum florenos similiter cum animalibus secundum valorem eorundem octavo die festj Pentecostes, reliquos vero centum et quinquaginta florenos novos similiter parata in pecunia octavo die festj beatj Iacobi Apostoli, terminis scilicet nunc post se connsequenter venturis, semper coram homine nostro per nos ad id deputato in villa Chenger sepefatis Petro et Nicolao dare et solvere assumpsisset, imo prefatj Petrus et Nicolaus prescriptos Stanislaum et fratres suos expeditos pariter et absolutos commiserunt, prescriptasque universas literas eorum vanas, cassas et viribus carituras reliquerunt, prefatus siquidem Stanislaus suo et nominibus quibus supra dictas medietates prenotatarum possessionum eisdem Petro et Nicolao remisit et resignavit ac prescriptam aliam medietatem ipsius possessionis Neegforras dedit et perpetuavit eisdem . . . . ac assumpsit coram nobis tali modo, quod si prefatus Stanislaus et fratres sui prenotati primam solutionem facere nollent vel non possent, ex tunc in duplo prescriptorum ducentorum florenorum novorum scilicet parate pecunie . . . . deberent, si vero primam solucionem facerent et secundam aut terciam facere negligarent, ex tunc ipse prime soluciones pro non solu . . . . habeantur. Assumentes nihilominus prefatus Stanislaus in sua necnon predictorum fratrum suorum nominibus et personis, annotatos Petrum et Nicolaum in pacifico dominio dicte medietatis annotate possessionis Neegforras per ipsos dictis Petro et Nicolao perpetuo et contra quoslibet impetitores suis proprys sumptibus et laboribus indemniter conservare et expedire. In casu vero quo ipsos in dicta medietate antefate possessionis Neegforras tenere et conservare non valerent, ex tunc de aliis juribus ipsorum possessionarys in dicto comitatu de Beregh habitis prescripte medietati in valore et utilitate equivalentem dare debent et tenentur. Adjacerent etiam partes predicte, ut quia pro nunc materia litis in facto cuiusdam possessionis eorum Borswa nuncupate verti dinosceretur, ob hoc si eandem . . . . eorum valerent, tunc eadem inter ipsos in duas rectas et equales partes dividi debent. Voluerunt etiam ipse partes ut si aliquam partem nutu divino absque heredum solacio ab hac luce decedere contingeret, ex tunc universa jura possessionaria hereditaria scilicet et aquisiticia et adhuc in futurum habentia in

partem superviventem devolvi debent et redundarj. Tali vinculo inserto, quod si qua ipsarum partium premissam compositionem inter eos factam in aliqua sui parte retractaret, ex tunc talis pars contra partem alteram premissa observandam in ducentis marcis denariorum et in pena succubitus duelli factj potencia . . . . convince . . . . et convinci debet eo facto. Ad quod prefati Petrus et Nicolaus se antelatus siqidem Stanislaus similiter se sua personalj astancia, dictos vero suos fratres oneribus sub premissis sponte obligarunt coram nobis testimonio presentium mediante. Datum Bude in festo Beati Egidii Abbatis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo primo.

Din transscrisul Conventului din Lelesz din Anul 1668. Copia dela Georgiu Petrovay.

149.

1421. Sziget. Patru judi ai nobililor adeverescu, că Michael din Șugătag s'a invoit cu Joan din Giulesci despre impărțirea moșielor Copaci, Doroszlo și Bărbesci.

Nos quatuor Iudices Nobilium Comitatus Maramorosiensis memorie commendamus, quod nobiles viri condam Iudices Nobilium venientes coram nobis et respondentes tali modo, ut nobiles viros videlicet Michaelem de Suuatac ac Ioannem de Gwlafalva fecerunt concordare tali modo, ut Michaele de Suuatac asignavit sibi unam villam videlicet Copac dictam, et eciam pro una villa mediam partem unius ville prope villa Dorozlo mediam partem, et propter Bardfalua aliquas terras ut qua terra ad ipsum pentineret, et super hoc ambe partes tacuerunt, et ad huc in super talem fortitudinem posuerunt, ut si quispiam in successu temporum moveret vel movere vellet, tunc ante litis ingressum teneatur deponere CC marcas, et super hoc concessimus literas nostras sigillatas. Datum in Zigeth Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo primo.

[1]) Ca cele mai multe litere ale Comitatului, și asta e scrisă in stil culinar al limbei latine; espressiunea: „fortitudo" e chiar o traducere nepotrivită d'in limba maternă a notariului.

[2]) Din originalul scris pe papir provezut cu patru sigille imprimate. Al doile sigil aréta in areă un cap de zimbru cu stea intre córne; judii nobililor nu sunt numiți; proprietariul sigillului va fi fost din familia lui Draguș, intemeiătorul Țerei Moldovei.

150.

1423. 18. Juniu. Conventul din Lelesz adeveresce, că Costa Feyer din Coseu cu fiul seu Joan şi cu verii sei Popa Draguş, Joan şi Radul fiii lui Gostoia din iubire frăţésca dau pentru tot deuna lui Ladislau numit Volad şi Andrei fiii lui Bărle şi lui Petru fiul lui Michail Feketeu şi la alt Michail fiul lui Voic din Coseu in partea lor moşcenită de la moşul lor Bela din moşia Bărbesci partea de cătră amédiădi numită Belafalva.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris. Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez. Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Koztha Feyer de Kozzo Comitatus Maramarosiensis pro se personaliter, ac pro Ioanne filio necnon Dragus Pap, item Ivan et Radul filiis Goztholya[1]) de eadem Kozo patruelibus fratribus suis, quorum onera et quaelibet gravamina, si iidem temporis in eventu confessioni subnotate contradicere, aut eandem quovis modo infringere, irritare seu retractare niterentur, in se ac cuncta bona et haereditates suas assumente coram nobis constituto, per eundem Koztha suo ac dictorum filii et fratrum suorum patruelium nominibus et in personis viva voce spontaneaque voluntate sua confessum extitit nostri in presentia pariter et relatum. Quod ipsi zelo fraternali ducti Ladislai dicti Volad et Andree filiorum Barle[2]) ac Petri filii Michaelis Feketeu necnon alterius Michaelis filii Voyk de dicta Kozzo, fratrum ipsorum patruelium et condivisionalium pro portionibus ipsorum possessinariis hereditariis, eisdem de dicta possessione Kozzo in dicto Comitatu Maramarosiensi habita et ad eandem pertinente provenire debentibus, quandam possessionem seu particulam terre in possessione Bartfalva in dicto Comitatu adjacente, portionem videlicet condam Bela[3]) avi seu predecessoris dictorum Ladislai, Andree, Petri et Michaelis Belafalva vocatam a plaga meridionali existentem a dicta possessione Bartfalva excisam, cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuscumque, terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis aquarumque decursibus et generaliter quibusvis utilitatum integritatibus, ad eandem particulam terre seu possessionem Belafalva

de jure spectantibus et pertinentibus, eisdem Ladislao et Andreae filiis Barle ac Petro filio Michaelis Feketeu necnon alteri Michaeli Voyk, ipsorumque heredibus et successoribus universis jure perpetuo irrevocabiliter ac in evum et in sempiternum dedissent, donassent et contulissent, ac prefatus Koztha Feyer in sua et dictorum filii et fratrum suorum personis, cum dictis oneribus in se receptis dedit, donavit et contulit coram nobis possidendam, tenendam pariter et habendam. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum beatorum Viti et Modesti. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.[4])

[1]) Gostoia=Augustin formațiune slavică dupa norma: Ostoia, Hervoia etc.

[2]) Barle=Varnava, după acestu-a se numesce familia nobilă Birlea lățită pe tot Coseu.

[3]) Bela=Fejér=Alb, Belafalva=Fejérfalva=Feresci.

[4]) Din transscrisul confirmatoriu al regelui Mathia Corvinul din anul 1471. intre actele processului producțional al familiei Moys din Bărbesci (archivul Comitatului III. 1784.57.) Originalul transscrisului se află la preutul Petru Birlea in Bărbesci. Despre Bela kinesul amintesce papa Innocențiu III scriind Aepiscopului din Calocea la anul 1205. „quidam episcopatus (orientalis) in terra filiorum Beleknese consistit" până ce nu va fi determinat cu siguranța țéra fiilor lui Bela kinesul, până atunci vindicăm pe acest Bela kinesul de al nostru. Vedi diploma din anul 1361. sub No. 24.

151.

1423. 24. August. Szigeth. Fassiune perennale prin care nobilii d'in Crăciunesci Gregoriu fiul lui Cristian și Joan fiul lui Bud cedéză inaintea Comitatului o casă și o moșiă nobilitariă in Crăciunesci verului lor Cosma fiul lui Petru d'in Apșa de sus.

Nos Andreas dictus Bano de Luchca et alter Andreas de Guth ac Michael de Kemeche vice comites de Maramoros et quatuor Iudices nobilium dicti Comitatus, videlicet Nan de Giwlafalva, Andreas de Farkasrew, Michael de Sarvassau ac Stanko de Bedew memorie commendamus, quod nobiles viri Gregorius filius Cristiani ac Ivan filius Bud nobiles de Karachonfalwa ab una, parte vero ex altera Kozma

filius Petri de Felse Absa personalem in nostram comparendo presenciam, per eosdem predictos Gregorium et Ivan propositum extitit sponte . . . . quod ipsi volentes eundem annotatum Cozmam fratrem ipsorum patruelem ignobilem ad se ipsos habuisse et ipsum nobilem fecisse, unum fundum eorundem in eadem possessione Karachonfalwa habitum et existentem, videlicet domum in qua Huch filius Oltus residenciam fecisset specialem, eidem prenotato Cozma modo nobilitari cum omnibus utilitatibus et pertynencys eiusdem universis videlicet terris arabilibus cultis et incultis, fenetis, campis, silvis, pratis, nemoribus, montibus, aquis aquarumque decursibus omnibus quibus ipsi possedissent et eorum predecessores possedissent precio vendidissent, et eundem tamquam nobilem ad se habuissent ymo vendiderunt et contulerunt coram nobis ipsi predicto Kozma et per eum filys et filiabus heredumque heredibus Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, nullo et nemine penitus et per omnia contradictum inferente, eo libertate, quo ceteri nobiles suas dinoscuntur possidere possessiones, tali tamen obligamine interposito, quod si quispiam temporum in processu predictum Kozma aut suos posteritates nomine predicti fundi molestare et inquietare vel in causam . . . . . ante litis ingressum quinquaginta marchas gravis ponderis deponere teneatur, quarum pars comitibus presente existentibus ac Iudicibus nobilium dicti comitatus pertineat, alia vero pars dicto adversario remaneat, presencium patrocinio mediante. Datum in Zigeth in festo beati Bartholomei Apostoli. Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo tercio.

Din originalul provezut cu cinci sigille imprimate. La Joan Jura.

152.

1424. 15. Juliu. Buda. Mandatul regelui Sigismund pentru statuirea lui Stanislau, Stephan şi Joan din Bedeu in posesiunea lor Bedeu, precum şi pentru reambularea metelor acelei moşii.

Sigismundus Dei gratia romanorum rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc, Rex fidelibus nostris conventui Ecclesiae de Lelez Salutem et gratiam. Dicitur nobis in

personis Stanislai ac Stephani et Ioannis de Bedewhaza, quomodo eadem pessessio ipsorum Bedewhaza in Comitatu Maramarosiensi existens ipsos omnis juris titulo concernens, legitima reambulatione metarumque erectione et renovatione et sibi ipsis statui factione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Petrus de Zaponcha, Haurilla de Zarvazou, vel Ivan dictus Bank de Eadem, aut Georgius de Lipche, sin Sandor de Voynakhaza, sive Dragus de Kabalapatak, an Andreas de Farkasrew aliis absentibus homo noster, ad faciem praedictae possessionis Bedewhaza vicinis et conmetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras et antiquas metas novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter disjunctam et separatam, statuat eandem eisdem jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos Stanislaum, Stephanum et Iohannem palatinalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hoc huiusmodi possessionariae reambulationis metarumque erectionis, et renovationis cum cursibus metarum inibi erigendarum, nominibusque contradictorum et evocatorum si qui fuerint terminoque assignato eidem Regni nostri palatino rescribatis. Datum Budae in festo divisionis apostolorum, Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. trigesimo octavo Romanorum decimo quarto et Bohemiae quarto fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez pro Stanislao, Stephano, et Ioanne de Bedewhaza, reambulatoria. Signatura executionis talis est: mandatis dicti Domini nostri regis obtemperantes uti tenemur, una cum preafato Petro de Zaponcha homine ejusdem dicti domini nostri Regis unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem Praesbyterum.

Relaţiunea despre efectuirea mandatului lipsesce. Conventul din Lelesz (Protocollum Metalium Cottus Maram. No. 8.) Din Bedeu şi-au produs la anul 1752. nobilitatea familiele : Bedei alias Mihály (1326.) Tivadar (1326.) Márkus (1645.)

153.

1424. 15. Juliu. Buda. Mandatul judelui Curiei regesci către conventul din Lelesz pentru introducerea lui Petru fiul lui Nicolae din Urmező in posesiunea moşielor Bărbesci, Călinesci, Feresci, Balotesci, Coseu, Budesci, şi Vincesci. Introducerea s'a intemplat in 11. August fără contraḑicere, dér pe homo regius Stefan din Bedeu ceteţănii şi hospesii din Teceu fără vina lui l'au omorit şi in 23. August inainte de ce s'au espedat literile statutorie, Joan fiul lui Costa din Coseu a protestat.

Amicis suis reverendis conventui Ecclesiae de Lelez comes Stephanus Compolth de Nana judex Curiae Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. regis amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Petri filii Nicolai de Eurmezeu, quomodo ipse in (dominium) quarumdam possessionum Bardfalva, Kalinfalva, Fejerfalva, Balatafalva, Kozo, Buthfalva et Vinczfalu vocatarum in Comitatu Maramarosiensi existentium, ipsum omnis juris titulo concernentium, legitime vellet introire, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Leuke de Farkasrew, sin Andreas de eadem, seu Ioannes de Zlatina, sive Stephanus de Bedehaza, neve Ivasko de eadem, vel Sandrinus filius Buth, aut Osvaldus de Belethe, neve Andreas de Uglya aliis absentibus homo regius ad facies praescriptarum possessionum Bardfalva, Kalinfalva, Fejerfalva, Balatafalva, Kozo, Buthfalva . . . vocatarum vicinis et conmetaneis universis inibi legitime convocatis, et praesentibus accedendo, introducat praefatum Petrum filium Nicolai de Urmezeu in dominium earundem, statuatque easdem eidem, jure sibi incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra memoratum Petrum filium Nicolai regiam in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post hoc ipsarum possessionariae introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint terminoque assignato dicto Domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae feria tertia sexta, proxima post festum Beatae Margaretae virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae

de Lelez pro Petro filio Nicolai de Urmezeu introductoriae et statutoriae.

Relatio huius mandati executionalis in dorso ejusdem adscripta est sequens:

Homo regius fuit Stephanus de Bedeuhaza, noster frater Michael, secundo die festi beati Laurentii, accessissent et statuissent nullo contradictore apparente. Tandem idem homo noster ad nos regrediens dixit quod praefatus homo regius in suis factis et negotiis expediendis coram eo, scilicet nostro testimonio per cives et hospites regales de Theucheu omni sua sine culpa nece miserabili interemptus extitisset, Tandem in vigilia festi beati Bartholomei apostoli ante emanationem litterarum statutoriarum Ivan filius Kozotha de dicta Kozo prohibuisset, propter quod ad octavas Michaelis. Datum in vigilia festi supradicti.

Conventul din Lelesz. (Portocollum Statutoriarum E. No. 12.)

154.

1425. 2. Juniu. Buda. La mandatul regelui Sigismund Jancu fiul lui Pop din Giulesci cu fii sei Giula și Tătar se introduc in jumetatea posesiunei Giulesci in posesiunea Brebului intreg. Nime nu contradice.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris Nicolaus praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: Quod nos litteras serenissimi principis Domini nostri Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungariae, Bohemie, Dalmatiae, Croatiae etc. Regis nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba:

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex fidelibus suis conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Ianko filii Pap de Gyulafalva ac Gyulae et Tatar filiorum eiusdem Ianko quomodo ipsi in Dominium medietatis possessionis Gyulafalua antedictae ac totalis possessionis Hodhpatakfalua nominatarum in Comitatu Maramorusiensi existentis et habitarum ipsos omnis juris titulo concernentis legitime vellent introiro . . . in hac parte . . . mandamus

. . . quo praesente Demetrius . . . Dragus de Kabolapatak, aut Dancs . . . sin Petrus de Zaponcza aliis absentibus homo noster ad facies praescriptarum dictae medietatis possessionis Gyulafalua ac totalis possessionis Hodpatakfalua vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introdocat praefatos Iohannem filium Pap ac Gyulam ac Tatar filios suos, statuatque easdem eisdem cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis quibuscunque, premisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eundem Ianko nostram in praesentiam ad terminum conpetentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsorum introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Budae sabbato proximo ante festum sanctae trinitatis Anno Domini 1425.

Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obtemperantes ut tenemur, una cum praefato Dragus de Kabolapatak homine eiusdem domini regis unum ex nobis, videlicet fratrem Nicolaum presbyterum ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Tandem iidem exinde ad nos reversi nobis voce concordi retulerunt: quod ipsi feria tertia proxima post festum divisionis apostolorum proxime praeteritum ad facies praescriptarum medietatis possessionis Gyulafalua ac totalis possessionis Hodpatakfalua nuncupatarum in praescripto comitatu Maramarosiensi existentium, vicinis et conmetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, in quarum faciebus legitimis et consuetis diebus permanendo, antelatosque Ianco ac Gyulam ac Tatar filios eiusdem in dominium earundem introducendo, easdemque eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum vigesima quinta die diei statutionis praenotatae. Anno Domini 1425. supradicto.

Folio 84. Protocolli actorum Anni 1764. in conventul din Lelesz, unde s'a transscris acésta diplomă la cererea mai multor nobili din Giulesci, de unde şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Rednik (1317.) Pap (1425.) Pirşa (1494.) Feir (1494.) Bercia (1500.) Czinczaş (1622.)

155.

1426. Invoire frățésca, prin care Pentele fiul lui Costa din Crăciunesci și Gregoriu fiul lui Cristian cedéza una curiă nobilitariă, și dóue sesiuni jobagionale in Crăciunesci lui Thatol fiul lui Ivașco, Huziu Ivan fiul lui Vlad din Apșa de mijloc, și dómnei Maria socia lui Șimon fiul lui Stan din Jépă, carii se declară a fi escontentați in privința pretensiunei lor la a patra parte din Crăciunesci.

. . . .

Quod Penthele, filio Koszta de Karacsonfalva[1]) pro se personaliter, ac pro Gregorio filio Kereszthyn de eadem Karacsonfalva sine litteris procuratoriis, onus tamen et gravamen ejusdem ad subscriptam confessionem inconcusse et inviolabiliter observandam in se assummente ab una, ac Thatul filio Ivasko de Kezepseu-Apsa ex nobili Domina . . . . a vocata, filia condam nobilis Dominae Ilka nominatae, filiae olim Stanislai de praefata Karacsonfalva progenito pro se similiter personaliter, ac pro Petro fratre suo uterino nec non Hoziu Ivan, filio Vlad de dicta Kezepseu-Apsa ex dicta nobili Domina Ilka procreato modo simili absque litteris procuratoriis onera tamen et quaelibet gravamina eorundem ad infrascriptam confessionem inconcusse et illibate observandam conformiter in se recepiente a secunda, Item Simone filio Sztan de Kabolapataka pro nobili Domina Maria nuncupata consorte sua filia videlicet alterius Sztan, fily dicti Stanislai de saepe dicta Karacsonfalva onus, et quodlibet gravamen ejusdem ad subnotatam confessionem inviolabiliter observandam consimiliter in se recipiente, a tertia partibus coram nobis constituti per eundem Penthele[2]) filium Koszta sua et dicti Gregory fily Kereszthyen in personis viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod quanquam praefati alii ipsos praetextu quartae partis praedictae possessionis Karacsonfalva vocatae in Comitatu Maramarosiensi adjacentis, portionis scilicet dicti quondam Stanislai avi ipsorum, in causam seu litem attraxerint, ipsaque lite in curia regia diutius ventillata existente, tandem tamen ipsi per reformationem et compositionem proborum nobiliumque virorum zeloque fraternali ducti taliter inter se se concordassent, ac concordarunt coram nobis. Quod ipsi scilicet Penthele filius Koszta, et Gregorius filius Kereszteyen

pro omnimodo . . . . expeditione et satisfactione curiam propriam jam dicti Stanislai in . . . falva in linea ejusdem a plaga orientali . . . . finem suum versus partem o . . . protendentem ac duas sessiones jobbagionales populosas linea in eadem locatas . . . . cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, sylvis, ... nemoribus, fluvys, aquis aquarumque decursibus, montibus, vallibus, alpibus et generaliter quibuslibet utilitatum integritatibus, ad praetactas curiam nobilitarem et duas sessiones lobbagionales undique de lure spectantibus et pertinentibus, praenominatis Thatol filio Ivasko, Hoziu Ivan filio Vlad,[3]) et nobili Dominae Maria nominatae ipsorumque haeredibus posteris, et posteritatibus universis jure perpetuo et irrevocabiliter, ac in aevum dedissent, donassent et contulissent possidendas, tenendas pariter et habendas, Imo praetitulatus Penthele filius Kosztha in sua, ac memorati Gregorii fily Keresztheyen personis cum praedicto onere in se recepto dedit, donavit et contulit coram nobis, praetitulati vero Thatul filius Ivasko in sua, et dicti Petri fratris sui, nec non Hoziu Ivan Vlad personis ac annotatus Simon filius Sztan in persona dictae Dominae Mariae consortis suae in extradatione dictarum curiae et sessionum contenti exstiterunt, annotatos Penthele et Gregorium, ac eorundem haeredes quietos et expeditos commiserunt coram nobis patrocinio praesentium mediante. In cujus rei memoriam etc.[4])

[1]) Karácson = Crăciun = Serbătórea Nascerei Domnului „festum incarnationis Domini" acésta serbătóre numai in limba româna şi cea ungurésca se numesce astfeliu, deci dovedesce atingerea acestor dóue limbi in têmpul când au primit ungurii legea crestină.

[2]) Pentele = Panc = Panteleimon ; numele Panc e usitat şi adi in Crăciunesci.

[3]) Wlad, Hoziu = Longin sunt şi adi familie nobile in Apşa, Simion asemene familiă nobilă in Jépa.

[4]) Din copia fără dat, in actele procesului producţional al lui Demetriu Szimion din Jépa- (Archivul Comitatului III. 1783/53.) Se află şi la Conventul din Lelesz. (Act. I. K. No 218.) de aci s'a luat anul.

156.

1426—1430. Relațiunea conventului din Lelesz despre cercetarea făcută la ordinul regelui Sigismund in favorul lui Petru, Michail și Stefan Gherheș din Sarascu, al lui Naan și Petru fiul lui Lodomer, Sandrin fiul lui Stan și Toma Litteratul din Săpĕnția in contra lui Paul Priorul claustrului Săntă Mariei după ordul Stului Paul ăntăniul Eremit, pentru că priorul a occupat o parte de pămĕnt.

. . . . . . Vestra noverit Excellentia: quod cum nos honore quo decuit receptis literis vestrae serenitatis praeceptoriis comiti vel vice comiti et Iudicibus nobilium Maramarosiensium loquentibus, ex propria commissione Vestrae serenitatis emanatis, pro Petro dicto Gerhes, Michaele et Stephano similiter Gerhes de Zarvazow, item Naan et Petro filiis Ladamer de Zapancha, nec non Sandrino filio Stan, et Thoma Litterato de eadem Zapancha, contra religiosum virum fratrem Paulum priorem claustri beatae Mariae virginis ordinis beati Pauli primi Heremitae datis et emanatis, formam cujusdam vicinorum et commetaneorum nobiliumque comprovincialium attestationum, possessionariamque infrascriptam restatutionem in se denotantibus, una cum Vanch de Zlatina homine vestrae serenitatis literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Dionisium praesbyterum ad videndas et audiendas series praemissorum nostro pro testimonio destinavissemus fidedignum, tandem iidem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt: quod ipsi feria tertia proxima post dominicam Ramis palmarum proxime praeteritam ad oppidum Zigeth vocatum, locum scilicet sedis judiciariae dicti Comitatus Maramarosiensis, praenominatisque Petro Gerhes ac Michaele et Stephano similiter Gerhes de Zapancha et aliis praedictis actoribus praesentibus, annotato autem fratre Paulo Heremita illuc venire vel mittere legitime vocato non veniente nec mittente accessissent, ubi ipsis praesentibus Ladislaus de Heghmeg, in persona Georgii Dachow Vice comitis, ac Iohannes de Veresmarth, Iwanka de Gyulafalva, Michael Goztholya de Feyerfalva, et alter Michael Korpa de Alsovapsa, Iudices nobilium dicti comitatus Maramarosiensis, universos vicinos et commetaneos praetactae possessionis Zapancha nobilibus . . . . praescripti comitatus per modum proclamatae congregationis . . . . convocatos et congregatos, ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque

. . . . celsitudini et sacro vestro diademati regio observandam, tacto dominicae crucis signo per eosdem praestitam, de eo utrum praefatus frater Paulus Heremita circa festum Nativitatis beatae Mariae virginis proxime praeteritum, associatis sibi nonnullis inciso ribus salium, ad faciem terrarum eorum intra metas praedictae possessionis eorumdem exponentium Zapancha vocatae a parte terrae possessionis dicti Claustri adjacentium, manibus armatis veniendo magnas partes seu quantitates earumdem terrarum, sylvarum et pratorum seu foenilium, ceterorumque usuum ad eandem possessionem ipsorum exponentium ab antiquo rite spectantium, ab ipsis pro se occupasset, et occupari fecisset, occupataque uteretur etiam de praesenti potentia mediante, requisitos habuissent, qui quidem vicini et Commetanei nobilesque comprovinciales infranominati, per ipsos modo requisiti praemisso de factis praemissis modo subnotato attestati extitissent, nomina vero vicinorum et commetaneorum nobiliumque comprovincialium attestantium et possessionum eorumdem sunt haec: Item Sztanko filius Lucae de Bedewhaza, Iothka filius Stephani de eadem Bedewhaza, Thomas filius Stephani de Zarvazow, Iohannes filius Kotharla de eadem, Petrus filius Iwan de Kabolapathak, Michael frater ejusdem . . . .

Fragment fără dat. Conventul din Lelesz. (Protocollum Bercsenyianum fasc. V. Nus XV. pag. 483.)

157.

1427. 3. Februar. Buda. Mandatul regelui Sigismund in urma căruia se introduc Valentin fiul lui Thador d'in Ieud, fiii sei, precum şi Stephan si Michail fiii lui Joan, Thador fiul lui Dragumir, Balasyr fratele acelui-aş, Zemere fiul lui Draguş, Dan fiul altui Dragumir, Ivaşco fiul lui Sandor si fratele seu Gorzo in moşia Ieud fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez Salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos litteras serenissimi principis, domini nostri Domini Sigismundi, Dei gratia Romanorum

regis semper Augusti ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. regis nobis directas, honore et reverencia quibus decuit, recepimus in hec verba: Sigismundus Dei gracia Romanorum rex semper Augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez, salutem et graciam, Dicitur nobis in personis Vallentini fily Thador de Iod, necnon Iohannis, Sandrini, Luce et Danch filiorum eiusdem Vallentini, Stephani et Michaelis filiorum Iwan, Thador fily Dragomer, Balasyr fratris eiusdem, Zemere[1]) fily Dragus, Dan fily alterius Dragomer, Iwasko fily Sandor, et Gorzow fratris eiusdem de dicta Iod, Quomodo ipsi in dominium eiusdem possessionis Iod vocate in Comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos omnis juris titulo concernentis legitime vellent Introire, si contradictio cuiuspiam ipsis non abviaret in hac parte, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iwan dictus Cherges de Wanchikfalwa, vel Petrus de Welethe, altero absente homo noster ad faciem prescripte possessionis Iod nuncupate vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatum Vallentinum filium Thador et alios supradictos, in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem cum universis suis utilitatibus et pertinenciis quibuscunque Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra prefatum Vallentinum filium Thador et alios prenotatos, nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec Ipsarum Introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude secundo die festi Purificacionis beate Marie virginis, Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obtemperantes ut tenemur, una cum prefato Iwan dicto Cherges de Wanchykfalva, homine eiusdem domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Ladislaum presbiterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, tandem ydem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi in festo beati Marcy Ewangeliste proxime elapso, ad faciem predicte possessionis Iod appellate in dicto Comitatu Maramarosiensi adiacentis, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ubi legitimis et consuetis diebus permanendo, prefatumque Vallentinum filium Thador et alios

supradictos, in dominium eiusdem introducendo, eandemque eisdem cum cunctis ipsius utilitatibus et pertinenciis quibuscumque Iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendam, nemine penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales, sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas, Datum vigesimo quinto die diei statucionis ante dicte, Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo prenotato.[2] [3]

[1]) Zemere=Semero=şepte=Septimiu (?); Ivaşco=Joan; Gorzo=Georgiu.

[2]) D'in originalul la familia Balea d'in Ieud scris pe pergamen, provezut cu sigillu pendente. Tot acest document impreună cu cel d'in anul 1435. 20. Marţiu se transscrie şi se intăresce prin regele Uladislau II. in anul 1511. la cererea nobililor români Lazar Bala, Dominic Joan şi Georgiu din Ieud. Originalul transscripţiunei scris pe pergamen şi provezut cu sigil secret se află la Joan Balea d'in Ieud.

[3]) Din Ieud şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Balea (1419.) Ivaşco (1427.) Ivan (1419.) Kindris alias Balea (1459.) Pleş (1592. a Blasio Bale) Florea (1613.) Ilie (1613.) Paşcu (1607.) la anii 1763—1768. familiele Gorzo alias Damian (1427.) Ciceu alias Perţia (1583.) Bilţiu alias Dancuş (1674.) Nemes (1586.) Balea Marchiş (1706.) Balea alias Cudriş, Balea alias Jodi, Tand, Bora, Pap alias Ficzago (1579.)

158.

1427. 1. August. Litere de fassiune perennale prin care se invoescu fraţii Stanislau, Bogdan şi Ivaşco fiii lui Joan d'in Dolha astfeliu, in căt Stanislau absolvă pe fraţii sei de alu rebonifică pentru jertfele sale aduse prin versare de sănge şi prin avere intru căscigarea donaţiunei nóue asupra moşiei lor comune Rosalia, de altă parte Bogdan şi Ivaşco d'in Dolha cedéza fratelui lor Stanislau părtile lor in moşiile Sarkad, Romanpataka şi Zadnya din Comitatul Beregh.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelesz, salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod Stanislao filio Johannis de Dolha ab una, parte vero ab alia Iwasko et Bogdan fratribus eiusdem Stanislai carnalibus de eadem, coram nobis personaliter constitutis propefatus Stanislaus viva voce, spontaneaque sua voluntate

confessum extitit nostri in presencia pariter et relatum, Quod licet ipse cum effusione sui sauguinis plurimisque laboribus, servicys, sumptibus et expensis possessionem Rosalya nuncupatam in Comitatu Maramarosyensi existentem et alias ad eandem pertinentes sub una inclusione metarum existentes a regia serenitate nove sue regie serenitatis donacionis titulo sibi et prescriptis suis fratribus perpetuo Jure dari et conferri impetraverit[1]) tamen ipse zelo fraternali annotatorum Bogdan et Iwasko[2]) ductus, disposicioneque composicione et ordinacione honorabilis viri domini Johannis plebani de Lampertzaza[3]) Stephani fily Konye de Bulczo, Georgy fily Johannis Makzem de Kysfalud, Karachon de Iloswa, Sigismundi de Suran et Georgy fily Johannis de Nogbegan, prefatos Iwasko et Bogdan fratres suos super premissis suis laboribus, sumptibus et expensis ad porcionem eorum cedentibus, reddidisset et commisisset ymo reddidit et commisit quietos et expeditos ac prorsus et per omnia absolutos nostro in conspectu, e converso vero prefati Iwasko et Bogdan de Dolha in omnimodis expedicionem et satisfaccionem premissorum laborum, sumptuum et expensarum totales possessiones Sarkad et Romanpathaka[4]) nuncupatas in comitatu de Beregh existentes, nec non reliquam possessionem Zadnya nominatam, inter metas predicte possessionis Dolha adiacentem, simul cum integro molendino in facie eiusdem possessionis Zadnya, super fluvio Sebespatak decurrenti ac medietate proventus porcorum de silva glandinosa, ad dictam possessionem Zadnya pertinente, provenire debencium, prefato Stanislao de Dolha fratri eorumdem et suis heredibus universis absque ulla divisione, se et suas manus de eisdem excipientes, Jure perpetuo et Irrevocabiliter dedissent, donassent, contulissent et perpetuassent, ymo dederunt, contulerunt et perpetuarunt nostri in presencia possidere tenere pariter et habere. Preterea idem Stanislaus filius Johannis molendinum[5]) in facie dicte possessionis Dolha decurrens annotatis Iwasko, Bogdan et Georgio fratribus suis modo simili totaliter et integraliter perpetuo Jure consensit possidere et habere, coram nobis patrocinio presencium mediante. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo ad vincula beati Petri Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo[6]).

[1]) Stanislau ca nepotul lui Joan voda romănul a căscigat donaţiune nóua in anul 1411. pe moşiile moşului seu.

[2]) Ivaşco=Ivan=Joan; s'a format analog cu Petraşko, Zubaşco.

[3]) Lampertzaza=Beregszász, atăt plebanul căt şi ceia l'alţi numiţi sunt din Comitatul Bereg.

[4]) Numele Roman provine adeseori la români in numirile personale şi locale.

[5]) De aci se vede că fie care sat era proveḑut şi atunci cu móra de macinat, mănata cu poterea de apă.

[6]) Din originalul nobililor din Petrova scris pe pergamen şi proveḑut cu sigil pendente.

159.

1428. 2. Novembre. Fassiune perennale prin care Joan Hwzyw fiul lui Wlad d'in Apşa de mijloc d'in iubire frăţésca cedéză consăngénului seu, lui Joan fiul popei Balotha partea sa din Apşa de mijloc, adecă jumetatea unei 1/3 parte de sessiune, in care locuesce numitul Joan fiul lui Balotha.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Iwan Hozyw filio Wlad de Kezepsew Apsa pro se personaliter ac pro Nicolao, Thoma et Iohanne filys suis, onera et gravamina eorum si idem temporis in processu confessioni subnotate contradicere, aut eandem quovis modo irritare, Infringere seu retractare intemptaverint, per omnia in se assumpmente ab una, parte vero ab altera Ivan filio Balothapap in dicta possessione Kezepsewapsa commorante, simile personaliter coram nobis constitutis, propefatum Iwan Hozyw filium Wlad sua ac dictorum suorum filiorum nomine et in personis, viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit per presencia pariter et relatum, quod Ipsi scilicet Iwan Hozyw et filii sui ob proximitatis, consanguineitatis et affinitatis zelum et amorem pretitulati Iwan fily Balothapap directam et equalem medietatem tercie partis cujusdam sessionis, porcionis scilicet ipsorum in possessione predicta Kezepsewapsa vocata in Comitatu Maramarosiensi habita situate, In qua scilicet sessione annotata Iwan filius Balothapap nunc personalem faceret residenciam, cum cunctis utilitatibus et pertinencys dicte medietatis tercie partis Ipsius sessionis, eidem Iwan filio Balothapap proximo et consanguineo eorum, suisque heredibus posteris et posteritatibus universis jure perpetuo et

irrevocabiliter ac in evum et in sempiternum dedissent, donassent et contulissent. Imo memoratus Iwan Hozyw filius Wlad in sua ac prescriptorum filiorum suorum cum premissis oneribus in se assumptis dedit, donavit et contulit coram nobis possidendam, tenendam pariter et habendam, patrocinio presencium mediante. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tercia proxima post festúm omnium sanctorum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo.

[1]) Numele Balotha=Vlachata–Roman, lu-intelnim in documentul lui Alexandru voivodul Moldovei d'in anul 1431. N. Densusan Documente Vol. I. partea 2. pag. 839.

[2]) De aci se vede că moşiile in Apşa de mijloc nu numai acum sunt fórte parcellate, dér aşia erau şi inainte de 4—5. secoli.

[3]) L'am copiat in anul 1864. 10. Septembre d'in originalul lui Vasiliu Huzeu in Apşa de mijloc.

160.

1428. 2. Novembre. Fassiune perrenale prin care Sandrinu, nepotul lui Ivan d'in Apşa de mijloc cu fraţii sei Costa, Todor, Ivan şi Mic cedéza d'in iubire frăţéscă consăngénului lor lui Ivan fiul popei Balotha a şiesea parte d'in partea lor de moşiă ce o au in Apşa de mijlocu.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Sandrino filio Iwan fily Ivannis de Kezepsewapsa, de cujus personali astancia Iwan Hozyw filius Wlad de eadem Kezepsewapsa et Petrus filius Iwan Hajjas de Kabolapathaka nos certificarunt personaliter, ac pro Koztha, Thader, Ivan et Myk fratribus suis uterinis de jam dicta Apsa, onera et quelibet gravamina eorumdem ad infra scriptam confessionem inconcusse, illibate et inviolabiliter observandam per omnia in se recipiente ab una, parte siquidem ex altera Iwan filio Balothapap in dicta possessione Kezepsewapsa residente, simile personaliter coram nobis constitutis, propefatum Sandrinum filium Iwan fily Ivannis in sua ac dictorum

fratrum suorum personis, viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostra in presencia pariter et relatum, quod ipsi scilicet Sandrinus et fratres sui matura inter se deliberatione prohabita, ob sincere proximitatis consanguineitatis et affinitatis memorati Iwan Balothapap fily amorem et dileccionem, eundem Iwan filium Balothapap in fratres eorum naturales connacionales et condivisionales penes se acceptando accepissent, directam et coequalem sextam partem porcionis eorum possessionarie in predicta possessione Kezepsewapsa apellata, in Comitatu Maramarosiensi habita existentis, cum cunctis utilitatibus et pertinencys ad dictam sextam partem undique de jure spectantibus et pertinentibus, annotato Iwan filio Balothapap et ipsius heredibus et posteritatibus universis, veluti fratribus eorum cognacionalibus et condivisionalibus in forma divisionis Iure perpetuo ac in evum et in sempiternum irrevocabiliterque dedissent, donassent et contulissent. Imo prenominatus Sandrinus filius Iwan fily Iwannis nominibus et in personis quibus supra dedit, donavit et contulit coram nobis possidendam, tenendam pariter et habendam, patrocinio presencium mediante. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tercia proxima post festum omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo.

L'am copiat in anul 1864. 10. Sept. din originalul lui Vasilie Huzeu in Apşa de mijloc.

161.

1429. 23. Octobre. Conventul din Lelesz la cererea lui Draguş nobilul din Saraseu, fiul lui Clemente, fiul lui Draguş şi a multor fraţi ai lui transcrie literile metale ale moşiei Saraseu din anul 1406. 14. Aprilie.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium noticiam habituris Nicolaus praepositus et conventus ecclesiae Sanctae Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod Dragus filius

Clementis filii alterius Dragus Nobilis de Zarvazo in nostram personaliter veniendo praesentiam in sua item Hatyko, Thomae et Georgii filiorum, nec non Iacobi, Ioannis et Michaelis fratrum uterinorum suorum, praeterea Demetrii et Thomae filiorum Dragomery, filii dicti Clementis filii Dragus, Stanislai, Petri, Michaelis et Blasii filiorum Ioan filii praefati Dragus, Simonis, Ioan et Koszta filiorum Sztan, filii saepe dicti Dragus de dicta Zarvazo congenerationalium fratrum suorum de eadem personis, exhibuit nobis literas nostras privilegiales tenoris et continentiae infrascriptorum, petens nos precum cum instantia, ut easdem de verbo ad verbum transscribi et transsumi, transscriptumque et transsumptum Litteris nostris similiter privilegialibus inseri faceremus, uberiorem rei ad cautelam, quarum tenor is est: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No 78.) Nos igitur petitioni praescripti Dragus filii Clementis filii dicti Dragus de Zarvazov, et dictorum aliorum nobilium de praefata Zarvazov nobis porrectae et instantiae annuentes ut tenemur, praedictas Litteras nostras privilegiales nobis exhibitas de verbo ad verbum transsumptum praesentibus litteris nostris inseri fecimus pro nobilibus de Zarvazov ante dictis Communi Iure exigente. Datum die Dominica proxima post festum Beatorum undecim millium virginum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Din Copia collaționată in Sedria Comitatului in 8-a Juny 1782. prin Adam Morvay vice notariul. Din Saraseu și-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele Birtoc alias Gherheș (1360.) și Banc (1429.) la anii 1763—1768. familia Mich (1345.) și la anii 1763—1769. familia Pap alias Tomoiaga (1636.)

162.

1429. 6. Novembre. Transacțiune intre nepoții lui Lodomer din Saraseu de o parte, și intre strenepoții lui Erdő-voda și alți mulți nobili din Jépa de altă parte; aceia recunosc dreptul acestora, li dau una sesiune jobagionale, dau din partea a nóuă din Saraseu ce li se cade a treia parte, și sistănd processul dintre ei, se dechiară de indestulați.

Omnibus Chisti fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Nicolaus praepositus et conventus Ecclesiae

Sanctae Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: Quod Michaele filio Tivadar filii Lodomery de Zarvazo pro se personaliter, ac pro Michaele filio suo, nec non Andrea filio Bank fily dicti Lodomery et Luca filio Ivan, filii Dan de eadem Zarvazo, item Ioanne, Sandrino et aliis filiis annotati Andreae filii Bank, filii Lodomery, onera et quaelibet gravamina eorundem, si iidem temporis in processu fassioni subnotatae contradicere, aut eandem quovis modo irritare, infringere seu retractare niterentur, per omnia in se ac cuncta bona et haereditates suas assumendo ab una, parte siquidem ax altera Dragus filio Clementis fily Dragus Fejer, filii Erdeo Vajvodae et Zemp Ivan filio Sztan fily Dragus de Kabolapathaka pro se similiter, pariter ac pro Hotko, Thoma et Georgio filiis nec non Iacobo, Ioanne, Michaele fratribus uterinis filiis scilicet dicti Dragus fily Clementis, Demetrio et Thoma, filiis Dragomery filii dicti Clementis, Stanislao, Petro, Michaele et Blasio filiis Ivan, altero Ivan et Koszta fratribus carnalibus suis scilicet praefati Zemp Ivan filii Sztan, Elia et Ivasko filiis annotati Iacobi, Michaele et Blasio filiis antelati Ioannis, ac Havrila et Tivadar filiis memorati Michaelis filiorum utputa annotati Clementis, item Ivasko filio suo videlicet dicti Zemp Ivan fily Sztan, Sandrino filio antelati Ivan filii dicti Nikita Sztan et Tivadar, filiis antedicti Stanislai, filii Ivan, Blasio et Erdeo, filiis annotati Petri filii dicti Ivan, Elia et Zemp Ivan filiis memorati Michaelis filii saepe dicti Ivan, prefatis Dragus filio Clementis et Zemp Ivan filio Sztan, onera et quaelibet gravamina eorundem ad subscriptam confessionem inconcusse et inviolabiliter observandam conformiter in se ac cuncta bona et haereditates eorum recipientibus, coram nobis constitutis, per prefatum Michaelem filium Tivadar fily Lomoderii de Zarvazo suo ac dictorum aliorum nominibus et in personis viva voce, spontaneaque voluntate sua confessum extitit nostri in praesentia pariter et relatum, quod quamvis nobiles de Kabolapathaka ipsos scilicet nobiles de Zarvazo praetextu et occasione quarundam portionum possessionariarum in dicta possessione Zarvazo vocata in Comitatu Maramarosiensi habita existentium in curiam Regiam in litem seu causam attraxerint et evocaverint, ipsaque lis seu causa diutius ventilata extiterit; tamen quia ipsi considerantes et revera agnoscentes memoratos nobiles de Kabolapathaka ad dictas portiones possessionarias merum verum et justum jus habere, ideo ipsi utputa Michael filius Tivadary fily Lodomery et Michael filius ejusdem Michaelis de portione eorum possessionaria, videlicet nona

parte saepe dictae possessionis Zarvazo, unam sessionem eorum Iobbagionalem nunc desertam in eadem possessione Zarvazo, in linea ejusdem a plaga meridionali protracta, in medio dictae lineae situatam, in qua alias quidam nomine Vezet resedisset, ac penes quam a plaga orientis arbor Cerasy haberetur, cum quatuor jugeribus terrae arabilis usualibus tribus videlicet eorundem, in quodam loco Zurdokoronpathaka, et tria eorundem jugerum ex opposito dictorum trium iugerum in planitie existentibus, praeterea praetitulati Andreas filius Bank fily Lodomery ac Lucas filius Ivan filii Dan, Ioannes et Sandrinus filii dicti Andreae filii Bank de dicta Zarvazo directam et coaequalem tertiam partem portionum eorum possessionariarum in eadem possessione Zarvazo habitarum cum cunctis eorundem utilitatibus et pertinentys universis, quovis nominis vocabulo vocitatis, denominatis et appellatis, ad dictam tertiam partem spectantibus et pertinentibus saepe dictis nobilibus de Kabolapathaka, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis Iure perpetuo et irrevocabiliter dedissent, donassent et contulissent, imo memoratus Michael filius Tivadar fily Lodomery nominibus et in personis, quibus supra cum praemissis oneribus in se receptis dedit, donavit et contulit coram nobis tenendam possidendam et habendam. E converso vero praenotati Dragus filius Clementis et Zemp Ivan, filius Stan de praescripta Kabolapathaka in ipsorum, ac aliorum praedictorum personis modo simili cum praemissis oneribus in se assumptis saepe dictos nobiles de Zarvazo super datione, donatione et collatione dictarum unius sessionis et tertiae partis portionis possessionariae praedictarum, quoad partem et portionem ut puta ipsorum duntaxat solum, reddidissent et commisissent cognitos et expeditos, ac super datione earundem contenti extitissent. Imo ipse Dragus filius Clementis et Zemp Ivan filius Sztan modo praenotato reddiderunt et commiserunt ac contenti exstiterunt coram nobis, patrocinio praesentium mediante, in quarum praemissarum memoriam stabilitatemque perennalem praesentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum die Dominica proxima post festum beati Emerici Ducis et confessoris. Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Dorso: Ego Thomas filius Dragus de Kabolapathaka emeram istam litteram a Michaele de Dolha sex florenis, testantibus et videntibus nobilibus viris Georgio Peterman, Sandor Bala, Nan de Vizo, Simone de Konyha, Ambrosio de Dolha, Moise de Dombhaza (sine Anno.)

Din processul producţional al familielor Mihaly, Dancs III. 1783/46. Myk III. 1784/50. Blede 1783/51. din Jépa, in archivul Comitatului. Din moşia Jépa şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Danciu (1494.) Mihály (1497.) Offrim (1693.) Cotirla (1693.) Rachiş (1634.) Giurgiu (1630.) Blede, Mih, Onişa, Simion, Somlea şi Pop; la anii 1763—1768. familiele Vida (1636.) Grigor vel Gergely vel Hrihor (1690.)

163.

1430. 19. August. Relaţiunea conventului din Lelesz către regele Sigismund despre acea, că la cererea românului Michail Gherheş, fiul lui Sandrin din Sarasеu sociului nobilei dómne Stana fiica lui Joan órecăndva Voivod din Janosvajdafalva, şi la cererea lui Andrea fratelui lui Michail, a provocat pe Stanislau din Dolha in partea sa de moşia in Rosalia, că se se infăcioşeze inaintea scaunului regescu, şi se producă donaţiunele şi literile sufflurate şi reservate, referitórie la moşiile lui Joan órecăndva voivod.

Excellentessimo Domino ipsorum Domino Sigismundo Dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie, Bohemie, Croacie etc. regi Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oraciones in Domino pro vestra vita pariter et salute. Vestra noverit excellencia, quod cum nos juxta continenciam literarum vestre serenitatis evocatoriarum, pro Michaele dicto Gerhes Wolacho filio condam Sandrini de Zarwazo ex nobili domina Stana vocata filia olim Ioannis Woyvode de Janoswaydafalva progenito, ac Andrea fratre eiusdem carnali de eadem datarum nobisque directarum, unacum Ivasko de Bedewhaza homine vestre Malestatis litteris in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Ladislaum presbyterum ad infrascriptam evocacionem faciendam nostro pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi pariter accedendo, in vigilia festi beati Laurency martyris proxime preteriti Stanislaum de Dolha in porcione sua possessionaria in possessione Rozallya vocata habita, litteras suas donacionales per eundem in facto possessionum et porcionum possessionariarum prefati olim Ioannis Woyvode, a vestra serenitate modo in dictis litteris vestre sublimitatis evocatorys declarato extractas, cum Statucione earundem, nec non omnes et singulas litteras et quelibet litaterlia

Instrumenta factum earundem concernentes et tangencia per ipsum Stanislaum, ut in dictis litteris vestre maiestatis dicitur, suffuratas et reservata exhibiturum ac Iudicium et Iusticiam finalemque decisionem in facto in dictis litteris evocatorys declarato recepturum, contra annotatos Michaelem et Andream ad Octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturas personaliter et non per procuratorem, ac sine omni crastinatione vestre sublimitatis personalem ubi pro tunc Deo duce vestra serenitas fuerit constituta, evocassent in presenciam, insinuassent ibidem eidem Stanislao ut si ierit, et premissas litteras tam donacionales quam alias premissas exhibuerit, in factisque in dictis litteris evocatorys denotatis Iudicium et Iusticiam ac finalem conclusionem receperit bene quidem, alioquin non obstante ipsius absencia et non veniencia vestra celsitudo finem debitum et indilatum faceret in causa in dictis litteris suis evocatorys declerata et expressa pro ut dictaret Ordo juris. Datum Sabbatho proximo ante festum beati regis Stephani. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ tricesimo.

Conventul din Lelesz (Actorum No 7. anni 1430.) Copiă legalisată.

164.

1430. 24. Novembre. Conventul din Lelesz adeveresce că Stanislau și Georgiu nepoții lui Joan voda din Rosalia (Janosvajdafalva) din iubire frățéscă către Michail și Joan fiii lui Sandrin Gurheș din Saraseu, născuți din nobila dómna Stana, fiica lui Joan voda din Rosalia, au dat la acestii pentru tot deuna părțile lor din Poenile Șieului, din Slatióra și dintr'o móră in Șieu, pe apa Șieului, care părți au fost órecăndva ale moșului lor voda Joan, dér după mórtea lui instrăinăndu-se, nobilii din Dolha le au recăstigat.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium noticiam habituris, Nicolaus praepositus et conventus S. Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Stanislao et Georgio filiis Iohannis de Dolha ex condam nobili Domina filia olim Iohannis Voyvodae de

Janos-Vaydafalva propagatis, pro se personaliter ac pro Ladislao, Mi' chaele, Iohanne, Ambrosio et Andrea et Nicolao vel Micul filiis suis annotati Georgii, onera et quaelibet gravamina eorundem, si iidem successu temporum confessioni sub notatae contra dicere aut eandem quovis modo infringere, irritare seu retractare niterentur per omnia in se ac cuncta bona et haereditates eorundem assumentibus ab una-parte siquidem ex altera Michaele, et Iohanne filiis Sandrini Gurhes dicti de Zarvazov ex nobili domina Sthana vocata filia olim dicti Iohannis voyvodae de Janos-Vaydafalva procreatis, pro se similiter personaliter ac pro Georgio, Tivadar et Thoma filiis suis scilicet dicti Michaelis Gurhes, nec non Andrea, Elia et Stephano uterinis fratribus ut puta eorundem Michaelis et Iohannis filiorum Sandrini Gurhes, onera et quaelibet gravamina ipsorum ad infrascripta inconcusse, illibate et irrevocabiliter observanda modo simili in se ac cuncta bona et haereditates ipsorum recipientibus, coram nobis constitutis per praefatos Stanislaum et Georgium filios Iohannis de Dolha in ipsorum ac praedictorum filiorum eorum nominibus et personis viva voce spontaneaque eorum voluntate confessum exstitit nostra in praesentia pariter et relatum, quod ipsi ob fraternalem amorem praescriptorum nobilium de Zarwazov proximorum et consanguineorum eorum ab uno videlicet avo progenitorum, portiones ipsorum possessionarias ipsos in possessionibus Sajo-Polyana et Zlatyna appellatis, in Comitatu Maramarosiensi adjacentibus proprie et praecise tangentes et concernentes, nec non in quodam molendino in superficie dictae possessionis Sayo super fluvio similiter Sayo nuncupato decurrenti et volventi, quae scilicet possessiones seu portiones possessionariae et molendini praetitulati olim voyvodae avi ipsorum praefuissent, mortuoque eodem Iohanne Voyvoda avo eorum, amissae et alienatae extitissent, quas ipsi videlicet nobiles de Dolha a manibus alienis rectificassent et repropriassent, a regia etiam serenitate nove sue regie donationis titulo impetrassent, cum cunctis ipsarum portionum possessionariarum in praescriptis possessionibus Sayo-Polyana et Zlatina nec non molendino habitarum utilitatibus, appertinentiis, proventibus et emolumentis et generaliter quibus vis utilitatibus utilitatumque integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, denominatis et appellatis, ad dictas possessiones et molendinum undique de jure spectantibus et pertinentibus praetitulatis nobilibus de Zarwazov proximis et consanguineis ipsorum, eorundemque haeredibus posteritatibusque et successoribus universis jure perpetuo ac in aevum et in sempiternum irrevocabiliter

dedissent, donassent et contulissent, imo annotati Stanislaus et Georgius filii Iohannis de Dolha in ipsorum ac praedictorum filiorum eorum nominibus et in personis dederunt, donarunt et contulerunt coram nobis possidendas, tenendas pariter et habendas, e converso vero praefati nobiles de Zarwazow in datione, donatione, collatione et perpetuatione praeattactarum portionum possessionariarum et molendini ex parte dumtaxat memorati Stanislai et Georgii filiorum Iohannis de Dolha et filiorum eorundem praedictorum, sufficienter contenti exstitissent, hoc tamen declarato, quod ipsi scilicet nobiles de Dolha annotatos nobiles de Zarwazov proximos et consanguineos ipsorum eorundemque haeredes et successores in dominiis praeattactarum portionum possessionariarum et molendini ipsis datarum collatarum ac perpetuatarum contra quoslibet impetitores, causidicos exhibitionibus litteralium eorundem istrumentorum, factum dictarum portionum possessionariarum et molendini tangentium et concernentium juridice conservare, defensare et expedire teneantur, retulerunt etiam praescriptae ambae partes ut siqui eorum aliqua ratione per amplius in datione, donatione, collacione et perpetuatione jam dictarum portionum possessionariarum et molendini temporis in processu per aliquas requisitiones litem moveret et suscitaret, ex tunc talis contra partem alteram in succubitu duelli facti potentialis convinceretur ipso facto, voluerunt etiam eaedem partes, quod si aliquae lites et litium varietates contentionesque et querelae ratione dictarum portionum possessionariarum et molendini temporibus successivis per quospiam quoquo modo et qualitercunque orirentur et suscitarentur, ex tunc tales et hujusmodi litis et litium varietates, contentionesque et guerras communibus laboribus et expensis penes sese astando continuare, defensare et expedire teneantur, ad quae praemissa partes ante dictae se personaliter, dictus vero filius et fratres eorum ad onera in se praessumpta sponte obligarunt coram nobis patrocinio praesentium mediante, In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem praesentes litteras nostras privilegiales alphabetoque intercisas pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus extradare. Datum feria sexta proxima ante festum beatae Katarinae virginis et martyris. Anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo.

Din transscrisul Capitlului din Agria dat lui Josif Petrovay in anul 1792. Tot acea legătura s'a inchiat intre Joan și Bogdan din Dolha de o parte, ér de altă parte intre Michail și Joan fiii lui Sandrin din Saraseu tot pentru acele părți, cu datul 8. Januar 1431. Se află la Conventul din Lelesz (Actorum No 17. Anni

1431.) se află şi in processul producţional al familiel Giurgiu numit şi Tenchiş In Poenile Şieului (Archivul Comitatului III. 1784/46.) Din Poeni şi-au produs nobilitatea la anii 1763—1769. familiele Muntean (1627.) Hoda (1645.) şi Vlad; la anii 1763—1769. familia Giurgiu (1430.) Din Slatióra şi-a produs nobilitatea la anii 1763—1768. familia Verdeş (1639.)

165.

1431. 6. Februar. Sziget. Magistratul Comitatului adeveresce, că nobilii din Jépa avênd proces cu cei din Saraseu, acestii au resignat şi anume Andrea fiul lui Bank a treia parte; Luca a treia parte din moşia lor in Sarasen, ér Michail a dat un intravillan cu patru pămênte arătóre şi tóte pertinenţiile.

Ego Matthias Barri vice comes et quatuor Iudlium Comitatus Maramarosiensis scilicet Dancs Andreas, Michael Ugl, Kosztuly, Ivan nec non tota communitas nobilium recognoscimus per praesentes, quibus congruit universis et singulis: quod nobiles viri de Kabolapathak scilicet Petrus, filius Ivan et Stanislaus cum fratribus suis de eadem villa, coram nobis in Iudicio nostro cum nobilibus viris de Zarvazo scilicet, quod isti de Zarvazo possessiones ipsorum possedissent, suas vero indi . . . . ad possessionem illam scilicet ad Zarvazo deputatis nostris quidem terras et possessiones ipsorum, ut ipsi mensurarent et providerent, sic vero nobiles viri de Zarvazo fatebantur et dederunt ipsis partem Andreas Bank omnem possessionem suam tertiam partem cum omnibus utilitatibus suis. Item Michael . . . . . de eadem etiam dedit unum fundum et quatuor terras arabiles cum omnibus pertinentiis suis. Lucas de eadem omnem possessionem suam tertiam partem cum omnibus attinentiis suis. Hujus nos rei testes sumus pro majori cautela litteras nostras sigillis nostris duximus concedendas. Datum in Szigeth in die Dorotheae virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo.

Din processul productionale al lui Stefan Danciu din Jépa in archivul Comitatului III. 1783/46.

166.

1431. 22. Februar. La mandatul judelui Curiei regesci Michail, Joan, Andrei, Elia și Stefan fiii lui Sandrin Gurheș din Sarasau și ai Dómnei Stana fiica Voivodului Joan din Janosvajdafalva (Rosalia) se introduc fără contradicere in posesiunea moșielor Poeni și Slătióra și a unor părți in moșia Șieu, și a unei móre pe riul Șieului.

Omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris Nicolaus praepositus et conventus Ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire : quod nos literas magnifici viri Domini Nicolai de Gara Regni Hungariae Palatini et Iudicis Comanorum nobis directas honore et reverentia, quibus decuit recepimus in haec verba. Amicis suis reverendis conventui Ecclesiae de Lelesz Nicolaus de Gara Regni Hungariae Palatinus et Iudex Comanorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Michaelis, Iohannis, Andreae, Elye et Stephani filiorum Sandrini Gurhes dicti de Zarvazou, ex nobili Domina Szthana nominata filia olym Iohannis Vayvodae de Ianosvajdafalva procreatorum nec non Georgii, Thyvadar et Thoma filiorum dicti Michaelis Gurhes ; quomodo ipsi in Dominium possessionum Polyana et Zlatyna nuncupatarum in Comitatu Maramarosiensi habitarum, nec non quarundam portionum possessionariarum in possessione Sayow vocata in dicto comitatu habita ac quarundam portionum molendini, in quodam molendino in facie dictae possessionis Sayou super fluvio similiter Sayou nominato decurrenti et volventi existentium, ipsos omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Petrus Gurhes dictus vel Ioannes de Zarvazov, aut Szthanko sive Ivaskov de Bedeohaza, aliis absentibus homo noster ad facies praedictarum possessionum Polyana et Zlatyna, ac portionum in dictis possessione Sayov et molendino habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum Michaelem Gurhes et alios praedictos in dominium earundem, statuatque easdem eisdem Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum,

contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Michaelem Gurhes et alios praedictos nostram in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsarum possessionariae introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae in festo Kathedre Beati Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo. Nos igitur petitioni annotati Domini Nicolai Palatini annuentes ut tenemur una cum praefato Petro Gurhes dicto de Zarvazov homine ejusdem Domini Palatini, unum ex nobis videlicet fratrem Andream praesbyterum, ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos regressi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante Dominicam Iudica proxime praeteritam, ad facies praescriptarum possessionum Polyana et Zlathyna, nec non portionum in dictis possessione Sayov et molendino habitarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi ligitime convocatis et praesentibus accessissent, in quarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, praetitulatosque Michaelem, Iohannem, Andream, Elyam et Stephanum filios Sandrini Gurhes de Zarvazov, nec non Georgium, Thyvadar et Thomam filios dicti Michaelis in Dominium ipsarum introducendo easdemque eisdem cum cunctis ipsarum utalitatibus, pertinentiis, proventibus et emolumentis universis, Iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas nemine penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhennalem praesentes literas nostras privilegiales alphabetoque inter cisas pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die, diei statutionis prenotatae. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo supradicto.

Din actele processului producţionale al preutului din Saraseu Ananie Gherheş. Actele se află in archivul comitatului.

———

167.

1431. 9. Marțiu. Fassiune perennale prin care Zlawbyrow fiul lui Popysa d'in Apșa de jos conferesce părțile sale de posesiune in Apșa de jos lui Petru fiul lui Nicolae numit Odvarbyrow d'in Apșa de jos și sororei sale Maria in rebonificarea banilor, clenodielor și arginterielor in valóre de peste 400. fl. primite cu occasiunea căsătoriei sale.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et Conventus Ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Iwan Hwzyw filio Wlad de Kezepsewapsa pro Zlaw Byrow dicto filio Popysa de Alsowapsa generationali et condivisionali fratre suo sine litteris procuratoriis, onus tamen et quodlibet gravamen eiusdem, si idem successu temporum confessioni infrascripte contradicere aut eandem quoquo modo infringere, irritare seu retractare attemptaret, per omnia in se ac cuncta bona et hereditates suas assumpmente ab una, parte siquidem ab altera Petro filio Nicolai dicti Odwarbyrow de dicta Alsowapsa pro se personaliter ac pro nobili domina Maria vocata sorore sua carnali, filia videlicet nobilis domine Thotha nominate, filie Olym Agnetis de Zaponcha matris sue ex dicto Zlaw Birow filio Papyza vitrico suo propagata, consorte utputa Petri filii Wanch hominis advene et ignolibis, modo simili sine litteris procaratorys, onus tamen et gravamen ejusdem ad subnotatam confessionem inviolabiliter observandam, conformiter in se recipiente, coram nobis constitutis, per prefatum Ivan Hwzyw filium Wlad de Kezepsewapsa, in persona annotati Zlaw Byrow dicti fily Papysa de Alsowapsa, cum dicto onere in se recepto viva voce spontaneaque sua voluntate confessum extitit nostri in presencia pariter et relatum, quod quia ipse videlicet Zlaw Byrow filius Papysa non modicas res et bona diversi generis, florenos eciam aureos, pecunia, clenodia, argenteria ad valorem quadringentorum florenorum auri puri, in simul computando se extendentes et extendencia, dictorum domine Thotha conjugis et Petri filii Nicolai privigni suorum de domo ejusdem Petri filii Nicolai tempore suarum nupciarum secum assportatas et deportata ad diversas suas necessitates successivis temporibus exposuisset, consumpsissetque et ebursasset. Ideo ipse tam pro

predictis rebus et bonis quadringentorum florenorum auri puri quam in expedicionem et satisfaccionem juris quarte filialis propry prescripte domine Marie filie nec non dotis et rerum parafernalium prelibate domine Thotha consortis suarum, eisdem via nature et de hujus regni Hungarici ritu et consvetudine provenire debentibus, totas porciones suas possessionarias, ipsum scilicet Zlawbyrow filium Papysa de Alsowapsa in eadem possessione Alsowapsa appellata in Comitatu Maramarusiensi habita tangentes et concernentes, cum cunctis ipsorum utilitatibus, pratis, fenetis, silvis, memoribus, montibus, alpibus, wallibus, aquis aquarumque decursibus et generaliter quibusvis utilitum intregritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, denominatis et appellatis, ad easdem undique de Iure spectantibus et pertinentibus, prenominatis nobili domine Marie filie ac Petro filio Nicolai dicti Odvarbyrow privigno suis, Ipsorumque successoribus ac universis heredibus et posteris Iure perpetuo et irrevocabiliter dedisset, donasset, contulisset et perpetuasset, ymo jam fatus Iwan Hwzyw filius Wlad de Kezepsewapsa in persona ipsius scilicet Zlawbyrow fily Papysa, cum premisso onere in se assumpto dedit, donavit et contulit, perpetuavitque possidendas tenendas pariter et habendas, patrocinio presencium mediante. In cujus rei memoriam firmitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales alphabetoque intercisas pendentis sigilli nostri appensione munitas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum B. Gregory Pape. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

D'in originalul scris pe pergamen, ce se află in stare fórte defectuósa la nobilii d'in Apşa de mijloc; se află in stare buna şi la Conventul d'in Lelesz sub No. 32. A. A. III. pag. 289.

Tholha=Theodota.

Huzyu=Hosszu=Longin.

Popysa=Popşa; nume format precum Apşa, Lupşa, Cupşa etc. — D'in Apşa de jos şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Alb (1580.) Marina (1584.) Borca (1609.) Lazar (1648.) Simion (1649.) Vida, Vlaşin, Plantiş, Filip, Hrince, Fede, Pap şi Buga; in anii 1673—1769. familia Pap alias Simon (1649.)

168.

1431. 26. Marţiu. Conventul din Lelesz la cererea lui Petru Gherheş, nepotul după mamă a lui Draguş, transscrie literile regelui Ludovic date din anul 1364. lui Draguş fiul lui Giula in privinţa moşielor Slatina, Breb, Copaciu, Deseşci şi Şugatag.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod Petrus Gwrhes filius Iwan similiter Gwrhes de Zarwazow ex condam Nobili domina Zthana nominata filia olym Dragus fily Gywla de Gywlafalva procreatus in nostram personalem veniens presenciam, in sua nec non Georgy, Symonis, Thome et Thywadar filiorum suorum personis exhibuit nobis literas olym Serenissimi Princypis felicis reminiscencie domini Lodovici Dei gracia regis Hungarie patenter emanatas, tenoris et continencie subscriptorum, petens nos precum cum instancia ut easdem de verbo ad verbum transscribi et trans . . . . . transsumptumque et transscriptum literis nostris privilegialibus inseri faceremus, uberioris rei ad cautelam, quarum tenor sequitur in hec verba: Lodovicus Dei gracia Rex etc. (vide sub No 26.) Nos Igitur peticioni pretitulati Petri Gwrhes fily Iwan de Zarwazow in sua et predictorum filiorum suorum personis nobis porrecte et Iust . . . . annuentes ut tenemur, pretactas literas dicti domini Lodovici Regis patentes nobis exhibitas de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi, transscriptumque et transsumptum presentibus literis nostris inseri fecimus, pro Petro Gwrhes de Zarwazow et filys suis supradictis communi Iure suadente. Datum feria secunda proxima post festum Annunciacionis beate Marie virginis. Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

Din originalul scris pe pergamen, proveḑut cu sigil pendente.

169.

1434. 13. Mai. Erdöd. Dómna Iustina veduva lui Sandri fiul lui Balc, cu fiul ei Joan şi cu nepotul ei Michail dăruescu satul Seculeş, nobilelui Radul in semnu de recompensă pentru diferite servicii, ce i le-a făcut.

Ea, quae manibus aguntur potentum, cum actus quilibet labente tempore decidant, ut a futurorum comprehendantur notitiis, perpetuitatis indigent testimonio roborari. Nos Domina Iustina olim conthoralis Magnifici viri domini Balk Sandrii, nos Ioannes filius ejusdem Magnifici viri et domini, nec non nos Michael filius domini Ioannis filii Balk Sandry bona mente, et animo deliberato, ad perpetuam rei memoriam, coram universis et singulis fatendo recognoscimus praesentium in contextu, quod intuentes fidelitatis servitia per nobilem et fidelem nobis dilectum Redul nobis exhibita saepissime, et adhuc, ut speramus futuris temporibus per ipsum et suos, nobis et nostris haeredibus, animadvertendo prae — maxime (sic) horum servitiorum, nec non pecunii sui nobis concessi, videlicet quadraginta flor. auri, qui versi sunt in nostrum usum, non immemores sibi, et suis haeredibus in restauran . . . dedimus et contulimus, damus et conferimus villam nostram Szakallasfalva tenendam, habendam, pacifice perpetuo possidendam in filios filiorum, cum omnibus ejusdem villae attinentiis, videlicet campis, agris, cum omnibus silvis, virgultis, pascuis, pratis cultis, seu colendis, cum aquis et aquarum decursibus, usibus et fructibus, cum omnibus limitibus, gradibus (!) sicut divisionatum, primaevo suae fundationis a termino, etiam damus et conferimus eandem villam praefato nobili, suis et haeredibus legitimis vel successoribus, cum omni jure et dominio, aut quovis proprietatis titulo, etiam volumus, cum omnibus nostris haeredibus ac posteris nostris, dictum nobilem, suos et haeredes et eorum subditos de praefata villa, summa quavis nos coget (sic) nostros ab omni jugo servitii sint soluti a nobis, et nostris haeredibus et singulis nostris officialibus, et per amplius supportare (!) eosdem nullo modo impedire, vel perturbare. Insuper volumus, quod omnes subditi ejusdem villae dicti nobilis, suorum et haeredum, ab omnibus annualibus et generalibus exactionibus more solito nostris in districtibus capiendis, in dando liberi penitus sint et soluti ita, quod praetactus nobilis, vel sui haeredes hujusmodi exactiones

annuatim, si placuerit, suscipere valeant suis a subditis, in ipsorum proprium melius, vel utile perpetui. Ita et nemo hominum praedictum Redul vel ejus haeredes in praemissis haereditatibus possit, neque valeat qualitercunque juridice impedire. Cassamus et irrita facimus vigore praesentium insuper omnia et singula privilegia vetera praesentibus contraria super praemissis haereditatibus a nobis, aut a nostris praedecessoribus quispium (sic!) emanata. Hanc igitur nostram . . . confirma . . . . ratihabitionis inviolabilis, et conservationis, sigillum nostrae Magnificentiae pro munimine, et sub appens . . . praesentibus nobilibus viris nobis dilectis Ialfolli Ioannes, nec non Ioannes filius Frank. Datum in Erdötzdi anno domini Millesimo quadringentesimo tricessimo quarto tredecima die Mensis May.

Din Colecțiunea comitelui Josif Kemény s'a publicat prin N. Densușian: Documente vol. I. partea 2.

170.

1435. 20. Marțiu. Posoniu. Mandatul regelui Sigismund pentru reambularea hotarelor moșiei Ieud spre partea lui Bale d'in Ieud și a fiilor sei Joan, Sandrin, și Danciu. Se stătorescu meșdile anumite fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et Conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez. Salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod nos literas serenissimi principis domini nostri domini Sigismundi Dei gracia Romanorum imperatoris semper Augusti, ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. regis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba: Sigismundus Dei gracia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex fidelibus nostris Conventui ecclesie de Lelez, salutem et graciam, dicitur nobis in personis Bale de Iod ac Iohannis, Sandrini et Danch filiorum eiusdem Bale, quod eadem possessio ipsorum Iod in Comitatu Maramarosyensi existens apud manus ipsorum pacifice habita, ligitima reambulacione et metarum ereccione plurimum indigeret. Super quo fidelitati vestre firmiter precipi-

endo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Zarwazow, vel Andreas de Farkasrewe, aut Wanch de Zlathyna, seu Stephanus de dicta Zarwazow, seu Petrus de Zaponcha alys absentibus homo noster, ad faciem prefate possessionis Iod vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta vereres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionarys metaliter separatam et distinctam reliquat eisdem Bale, Iohanni, Sandrino et Danch perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos Bale, Iohannem, Sandrinum et Danch nostram in presenciam, ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionarie reambulacionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, nominibusque contradictorum evocatorumque si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Posony in dominica Oculi. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, regnorum nostrorum Hungarie etc. XLVIII^{o} Romanorum XXV^{o} Bohemie XV^{o}, Impery vero secundo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri Regis, obtemperantes ut tenemur, una cum prefato Wanch de Zlathyna homine eiusdem domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet fratrem Dyonisium presbyterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi dominica Ramis palmarum proxime preterita ad faciem prefate possessionis Iod vocate in prescripto Comitatu Maramarosiensi existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, eandemque per suas veras metas et antiquas ex parte possessionis Kohnya appellate regalis reambulassent, reambulatamque et ab eadem possessione Kohnya metaliter modo infrascripto separatam et distinctam, annotatis Bale, ac Iohanni, Sandrino et Danch filys eiusdem Bale premisso Iure ipsis incumbenti reliquissent perpetue possidendam, nullo contradictore inibi apparente, mete autem et cursus metales, quibus ipsi predictam possessionem Iod ex parte annotate possessionis Kohnya et cuiusdam alterius possessionis Dragamerfalwa nobilium de eadem, prout ydem regius et noster homines nobis expresserunt et recitarunt hoc ordine protenduntur. Quod primo incepissent in rippa cuiusdam rivuli Gorbowapathaka[1]) vocati et a parte orientali eiusdem rivuli metam terream de novo

cumulassent, deinde ad eandem plagam orientalem per unum Berch parvum eundo pervenissent ad quandam rippam Melporthya appellatam. Abinde descendendo ad terras arabiles et in eisdem ad eandem plagam vergendo venissent, ad quendam fluvium Iodwyze[2]) nominatum et in rippa ipsius a parte occidentali unam metam terream de novo fodi fecissent, ab hinc per eundem fluvium Iodwyze modicum pergendo ac de eadem exeundo attigissent quendam locum exitum scilicet aque, de hinc ascensive, ad quemdam montem, ad dictam plagam orientalem et per nemora avellanosa bonum spacium eundo pervenissent ad quandam clausuram sepium wulgo Porgolath[3]) dictum, eandem pertransiendo et per rubetum Malnabereg per conpetens spacium girando attigissent aliud Porgolath. Exinde ad eandem plagam orientalem parvum spacium eundo attigissent quandam viam prope rivulum Zlathynapathaka[4]) et sub una arbore Egerfa dicta metam terream circumfodi fecissent, deinde ad eandem plagam parvum eundo reperissent rivulum Zlathyna et per eundem rivulum ad plagam meridionalem, de eodemque exeundo et ad orientem per unum Berch ascendendo in medio ipsius unam metam terream de novo sublevassent, de hinc superius ad eandem plagam ascendendo pervenissent ad verticem ipsius Berch, ubi tres metas terreas fecissent et elevassent, et ibi metarum ereccionem dicte possessionis, a parte ipsius possessionis Kohnya terminassent. Mete eciam quibus ipsi eandem possessionem Iod a parte dicte possessionis Dragomerfalva metaliter separassent, hoc modo protenduntur, quod de predicto Berch ad plagam meridionalem descendendo attigissent quandam semitam parvam penes eandem duas metas terreas de novo erexissent, post hec super eundem Berch bonum spacium ad eandem plagam eundo in fine cujusdam Ligeth reperissent aliam semitam parvam, secus quam duas metas terreas de novo tumulassent, quarum una a occidentali Iod et alia a orientali plagis, Dragomerfalwa possessionibus predictis essent separantes. Abinde eadem plaga meridionali servata ad montem Iodhege[5]), ascendendo et per eundem montem ad alpem Cybleshawasa[6]) gradiendo ibique metarum ereccione et sequestracione dicte possessionis Iod ex parte annotate possessionis Dragomerfalwa terminassent. Abinde ad plagam occidentalem ad montem Hwdynhawasa nominatum bonum spacium eundo, attigissent fluvium Zwchwyze appellatum, eundemque fluvium persaliendo venissent ad campum Mengedmezew, postremo ad sepe dictam plagam occidentalem bonum spacium vergendo venissent ad quendam montem Dyznohege vocatum,

et ibi metarum ereccionem et sequestracionem dicte possessionis Iod terminassent. In quorum premissorum memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei execucionis premissorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto[7]).

[1]) Garbova-pathaka=Gărbova Ieudului, seu precum se numesce in charta institutului c. r. geografic militar: Garbova mare.

[2]) Jodwyze=valea Ieudului.

[3]) Porgolath=loc ingrădit, se va fi format ca porcolab.

[4]) Zlathynapataka=Valea Slatinei intre Ieud şi Cuhea, cu izvóre de apa sărată in apropiere; Zlatina in limba vechia slavonică insemnézâ apa sarătă seu izvor sărat.

[5]) Jodhege=Magura Ieudului.

[6]) Cybles havasa=muntele Ţibles, de la Cybele „magna deum mater". Hudyn havasa=muntele Hudin. Mengedmezew=Dealu Mingetului; acesti munţi cu valea Suciului, Dealu porcului cad afăra de hotarele moderne ale Ieudului de cătră amédia-di.

[7]) Din originalul lui Joan Balea din Ieud, scris pe pergamen provezut cu sigil pendente. Tot acest document se transscrie şi se intăresce prin regele Uladislau II. in anul 1511. in partea nobililor români Lazar Bala, Dominic, Joan şi Georgiu din Ieud. Originalul transscripţiunei scris pe pergamen şi provezut cu sigil secret se află la Joan Balea d'in Ieud.

171.

1435. 23. Marţiu. Posoniu. La mandatul regelui Sigismund când a fost se se introducă Michail fiul lui Luca d'in Apşa de jos cu fiii sei Vlaicu, Symivan şi Joan, precum şi Slavu şi Michail mic fiii lui Oprisa, precum şi Moise şi Nerger Vana fiii lui Kendees d'in Apşa de jos in posesiunea moşiei Apşa de jos, atunci Petru Tatul şi Toma Huzeu d'in Apşa de mijlocu au contradis.

Excellentessimo Domino ipsorum Domino Sigismundo Dei gracia Romanorum imperatori semper augusto ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiaeque regi, Nicolaus praepositus et Conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelez, oraciones in Domino pro vestra vita pariterque salute, literas vestrae serenitatis nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Sigismundus Dei gracia Romanorum

Imperator semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicit nobis Michael filius Lucae de Also Apsa in sua ac Vlajko, Symivan et Ioannis filiorum suorum, item Slav et Michaelis Parvi filiorum Oprissa, nec non Moysi ac Nyergervana[1]) filiorum Kendees[2]) de eadem Also-Apsa personis, quomodo ipsi in dominium ejusdem possessionis Also-Apsa in Comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos omnis juris titulo concernentis legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus Buth de Waynakh, vel Laczko de Kricsfalva, seu Michael de Zarvazo, an Popsa Vana de Kezepse-Apsa aliis absentibus, homo noster ad faciem praedictae possessionis Also-Apsa vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Michaelem ac Vlajko, Simivan et Ioannem nec non Slav ac Mojsem et Nergervana in dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem jure eis incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Michaelem, Vlajko, Simivan, Ioannem, Slav, Moisen et Nergervana nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post hoc hujusmodi possessionariae introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Posonii feria quarta proxima ante festum annunciationis virginis gloriosae. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto. Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. quadragesimo octavo, Romanorum vigesimo quinto, Bohemiae decimo quinto, imperii vero secundo. Nos igitur mandatis vestrae excellentiae obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Papsavana, homine vestrae majestatis unum ex nobis videlicet fratrem Dionysium presbiterum ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in die Coenae Domini proxime praeterita ad faciem praedictae possessionis Also-Apsa vocatae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cumque ipsi praefatos Michaelem, Vlajko, Simivan et Ioannem nec non Slav ac Mojsen et Nerger Vana in dominium ejusdem introducere eandemque eisdem praemisso jure eis incumbenti perpetuo possidendam statuere voluissent, tunc Petrus, Tatul et Thomas

Huzeuivan de Kezepse-Apsa illic personaliter adhaerentes ipsi a statutione praetactae possessionis Also-Apsa praefatis Michaeli, Vlajko, Simivan, Ioanni, Slav ac Mojsi et Nergervana fienda prohibuissent contradicendo. Propter quod ipsi ibidem et eodem die memoratos Petrum, Tathol et Thomam filium Huzeuivan contra annotatum Michaelem filium Lucae de Also-Apsa, ad octavas festi beati Georgii Martyris nunc venturas vestrae sublimitatis evocassent in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum quinto die diei evocationis ante dictae. Anno domini praenotato, L. S. Capsalis. Domino Regi pro Michaele filio Lucae de Also-Apsa contra Petrum Thathol et Thomam filium Hozziuivan de Kezepse-Apsa super facto statutionis praedictae possessionis Also-Apsa ad octavas festi beati Georgii martyris evocatoriae.

[1]) Nerger Vana=Negre (?) Vana: Vlaicu=Vlad.

[2]) Kendees=Candidus; format ca şi Gherheş, Mareş, Verdeş etc.

[3]) Contradicţiunea se esplică de acolo că in inţelesul diplomei d'in anul 1406. 7. Decembre a treia parte din Apşa de jos era a Apşenilor de mijloc, şi dreptul acestoru-a cu asta dată nu sa laut in considerare.

[4]) Conventul din Lelesz (Prothocollum actorum anni 1765. fol. 20. No 18.

172.

1435. 26. Mai. Miclea fiul lui Ladislau, fiul lui Draguş din Giuleşci resignéză lui Petru Gherheş, nepotului după mamă al lui Draguş din Giuleşci părţile ce i se cuvin din moşiile Slatina, Breb, Desesci, Şugatag, Giuleşci şi Vale Mare.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Mykle filio Ladislai fily Dragus de Swgathagh alias de Gywlafalwa, ab una, parte autem ab alia Petro Gerhes de Zarwazow ex nobili Sthana vocata filia dicti Dragus de dicta Gywlafalwa propagato, coram nobis personaliter constitutis, per eundem Mykle confessum extitit nostri in presencia pariter et relatum, quod ipse ex seriebus et continencys litteralium suorum

Instrumentorum factum possessionum, porcionum et Iurium suorum possessionariorum tangencium, agnoscens et revera percipiens, prefatum Petrum Gerhes ad possessiones et porciones suas possessionarias Infrascriptas merum et plenum Ius habere, ac porciones in eisdem possessionibus pervenire debere, easdemque ab eodem se non posse defendere considerans, ideo ipse porciones possessionarias in possessionibus Zlathyna, Hodpataka, Dezehaza, Swgathagh, Gywlafalva et Nyres vocatis in Comitatu Maramorusiensi existentibus, habitis, ipsum tangentes, ac eidem pervenire debentes, vigoreque literarum serenissime principis condam domine Marie Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc, Regine, felicis recordacionis, graciosarum et prefeccionalium, rite et racionabiliter concernentes, prefato Petro Gerhes de Zarwazow, Ipsiusque heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus universis remisisset, premisseque prefeccioni dicte condam domine Marie Regine, ac literarum suarum exinde confectarum emanacioni consensum prebuisset et adhibuisset plenum et assensum, imo idem Mykle remisit et resignavit ac intromisit, prebuitque et adhibuit, coram nobis Iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et rehabendas, Tali modo et moderamine intersertis, quod si volente Domino, cuius nutu humana imbecillitas resistere nequit, aliquem ipsorum scilicet Mykle aut Petrum Gerhes, heredibus utriusque sexus deficire, ac absque heredum solacio ab hac luce decedere contigeret, ex tunc porciones possessionarie possessionibus in predictis habite, talis deficientis et sine herede decedentis in alterum eorundem remanentem et superstites habentem devolvi, derivari et redundari deberent pleno Iure, patrocinio presencium mediante. In quorum premissorum memoriam, Stabilitatemque perhempnalem, presentes literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas. Datum in festo Ascensionis Domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente. Vezi literile prefecționale ale Reginei Maria din anul 1389. sub No 55.

173.

1435. 30. Mai. Posoniu. La mandatul regelui Sigismund se introduce Petru fiul lui Joan numit Gherheş din Sarasau şi fiii sei Georgiu, Simon, Thoma şi Thivadar in dominiul moşielor Slatina, Breb şi al prediului Copaciu. Nime nu contradice.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et Conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas excellentissimi domini nostri domini Sigismundi Dei gracia Romanorum imperatoris semper augusti ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba, Sigismundus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicit nobis Petrus filius Iwan Gerhes dicti de Zarwazow in sua, ac Georgy, Symonis, Thome et Thyvadar filiorum eiusdem, quomodo ipsi in dominium quarumdam possessionum Zlatyna, Hodpathaka vocatarum, ac predii Kopach nuncupati in Comitatu Maramorosiensi existencium, ipsos Iure hereditario concernencium legittime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Wanch filius Nan de Zlathyna, vel Andreas de Farkasrew, sin Danch de Zarwazow, sive Stephanus de eadem, aut Petrus Radamer de Zaponcha, ceu Thomas literatus, neve Stephanus de eadem, alys absentibus homo noster, ad facies prefatarum possessionum Zlatyna et Hodpataka ac predy Kopach vocati, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legittime convocatis et presentibus et presentibus (sic) accedendo, introducat prefatos Petrum, Georgium, Symonem, Thomam et Thyvadar in dominium earumdem et eiusdem, statuatque easdem et idem, ipsis premisso Iure eis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra antelatos Petrum, Georgium, Symonem, Thomam et Thywadar nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsarum introduccionis et statutionis seriem,

cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, termino-que assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Posony feria secunda proxima post festum beati Urbani Pape. Anno domini millesimo quadrin-gentesimo tricesimo quinto, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XLVIII°, Romanorum XXV° Bohemie XV° impery vero secundo. Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obtemperantes ut tenemur, una cum prefato Danch de Zarwazow, homine eiusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Ladislaum presbiterum ad pre-missa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Iacobi Apostoli proxime preterito, ad facies prefa-tarum possessionum Zlatyna, Hudpathaka vocatarum et predy Kopach comitatu in prescripto existencium et habiti vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessis-sent in quarum faciebus legittimis et consvetis diebus permenando, prefatosque Petrum Gerhes ac Georgium, Symonem, Thomam et Ty-wadar filios eiusdem in dominium earumdem et eiusdem introducendo, easdemque et idem ipsis premisso Iure eis incumbenti, statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegialiis pendentis sigilli nostri appensione munimine robo-ratas duximus concedendas. Datum quinto dicimo die diei statucionis antedicte. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto supradicto.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente. In acest an se tinea dietă la Posoniu, unde a luat parte și Petru Gherheș din Saraseu mijlocind acésta diplomă.

174.

1435. 30. Mai. Posoniu. Regele Sigismund transscrie și confirmă literile reginei Maria date in anul 1389. lui Costa fiul lui Draguș din Giuleșci, despre dreptul de ereditate al sororei sale Stana mama lui Petru Gherheș.

Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Imperator semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Crouacie et ceterorum

Rex, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod Petrus Gherhes filius Iwan de Zarwazo in sua ac nobilis domine Stanna vocate, filie scilicet condam Dragus de Gywlafalwa, Matris sue et Georgy, Symonis, Thome et Thywadar filiorum suorum in personis in nostre celsitudinis veniens in conspectum, exhibuitque nobis quasdam litteras serenissime principis condam Marie, eadem gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Regine, Conthoralis nostre carissime, patenter emanatas tenoris subsequentis, petens nos debita cum instantia ut easdem de verbo ad verbum transcribi et transsumi faceremus, eisdem Domine Stanne, et Petro filio eiusdem, ac prefatorum filiorum ipsius Petri . . . . . . dignaremus, Iuris ipsorum ad cautelam. Quarum tenor talis est: Nos Maria Dei gracia Regina etc. (vide sub No. 55.) Nos itaque peticionibus prefati Petri nostre nominibus quibus supra porrectis maestati, pie exauditis et clementer admissis, nos similiter annuentes et donantes simul cum juribus que nostram maiestatem de eisdem concerni debent eisdem concedentes, predictasque literas annotate domine Marie Regine patentes de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali presentibus literis nostris similiter patentibus transcribi et transsumi faciendo domine Stana et Petro filio eiusdem una cum Georgio, Symone, Thoma et Tyvadar filiis ipsius Petri duximus concedendas Iuris ipsorum ad cautelam. Datum Posony feria secunda proxima post festum beati Wrbany pape Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XLVIII° Romanorum XXV° Bohemie XV° Imperii vero secundo.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat, înfăcioşănd aquila imperiului roman.

175.

1435. 8. Decembre. Tata. Mandatul imperatului și regelui Sigismund cătră comiții și juḑii Nobililor, ca se cerceteze plânsórea lui Stancu din Bedeu, a fiilor și fraților sei, de la carii judele, jurații și cei a l'alți cetățeni ai opidului Tecea, au occupat jumetatea moșiei Bedeu, impreună cu Beserica parochială fundată in onórea Sântului Nicolae, au mânat turma jobagilor lor, și au tàiat din acea un bou, o vacă și cinci porci, și afflând adeverul, se-i introducă éra-și in moșia occupată și se-li mijlocésca despăgubire.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie . . . . llao et Iohanni Vincze de Zentgywrgh comitibus Comitatus Maramarosiensis, vel ipsorum vicecomitibus et Iudicibus . . . . atus salutem et graciam. Veniens nostre maiestatis in presenciam Stanko de Bedewhaza in sua, ac Iohannis, Nico . . . . liorum Stephani, nec non Vana, Elie et Vlasin filiorum Iwasko[1]) de eadem Bedewhaza fratrum suorum condivi . . . . graviter querendo, quod Iudex et jurati nec non ceteri cives oppidi nostri Thechew vocati circa festum nativitatis beate Marie virginis proxime preteritum, medietatem predicte possessionis ipsorum Bedewhaza, simul cum cunctis utili . . . . Ecclesiam parochialem in honore beati Nicolai episcopi et confessoris in eadem Bedewhaza fundatam . . . . eorumdem exponencium pro se ipsis occupando ad predictum oppidum nostrum Thechew annexissent, preterea . . . . . cives dicti nostri oppidi Thechew universum gregem ac plures porcos Iobagionum eorumdem . . . . Bedewhaza conmorancium de facie eiusdem possessionis Bedewhaza, ad ipsum oppidum nostrum Thechew inp . . . . unum bovem, unam vaccam ac quinque porcos permactassent et interfecissent, ac in usus ipsorum convertissent . . . . . . mediante, in preiudicium et dampnum eurumdem exponencium valde magnum, super quo suplicavit prefatus Stanko . . . . . . suo et dictorum fratrum suorum nominibus et in personis, ut eis iuxta premissa de Iuris remedio providere dignaremur opportuno. Et quia nos huiusmodi novas possessionum occupaciones, actusque potenciarias, per quempiam regnicolarum nostrorum conmissas et patratas simpliciter

pertransire non volumus, Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, universis vicinis et commetaneis prefate possessionis Bedewhaza, ceterisque nobilibus comprovincialibus dicti Comitatus Maramorosiensis, quibus decet et licet vestram in presenciam, ad unum certum et brevem terminum sedis vestre Iudiciarie, in eandem sedem vestram simul convocatis, si ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro regio dyademati observandam, tacto insuper dominice crucis signo, per ipsos coram vobis, nec non Petro de Kezepsew Apsa, siwe . . . . de Zarwazzo seu Stanko de Bedei, alys absentibus homine nostro, et testimonio Conventus ecclesie de Lelez, quod per ipsum Conventum ad id harum serie transmitti Iubemus, partibus eciam predictis, vel earum legittimis procuratoribus presentibus et simi . . . . illa . . . . legittime accersitis, prestandam, Iuxta vim et formam generalis novi nostri decreti[2]) nuper per nos una cum prelatis, baronibus et nobilibus Regni nostri super huiusmodi novis possessionum occupacionibus et actibus potenciarys . . . . medietatem annotate possessionis Bedewhaza cum cunctis ipsius utilitatibus et pertinencys . . . . ecclesiam parochialem in honore ut premittitur beati Nicolai Episcopi et confessoris in eadem Bedewhaza fundatam . . . . ibus dictorum exponencium tempore in predicto cuius non dum preterisset revolucio annualis, per prenominatos Iudicem, Iuratos ceterosque cives dicti oppidi nostri Thechew indebite et minus iuste ac potencialiter occupatas, ipsosque exponentes de dominio earumdem ex ipsorum vicinorum et conmetaneorum nobiliumque conprovincialium veridicis attestacionibus exclusos fore conperieritis, ex tunc alio nostro mandato superinde non expectato, exclusis prius et eiectis pretitulatis Iudice et Iuratis ceterisque civibus dicti oppidi nostri Thechew de dominio dicte medietatis ante fate possessionis Thechew (sic) ac utilitatum et pertinenciarum earumdem, nec non Ecclesie parochialis prenotate, ipsos exponentes rursus et iterum In dominium earumdem reintroducere et easdem eisdem restatuere, ipsosque in eisdem contra quoslibet legittimos impetitores, et signanter adwersus prefatos Iudicem, Iuratos et ceteros cives dicti oppidi nostri Thechew protegere, tueri et indempniter manutenere, super oblacione autem dictorum bovis et vacce necnon porcorum Iobagionum dictorum exponencium per eosdem Iudicem et Iuratos ac ceteros cives dicti oppidi nostri Thechew facta, ex parte eorumdem, prefatis exponentibus Iuxta vim et formam nostri novi generalis decreti, Omnis Iuris

et iusticie ac debite satisfaccionis complementum impendere et exhibere debeatis, iusticia mediante, secus non facturi in premissis, presentibus denique perlectis exhibenti restitutis. Datum in Tata, in festo concepcionis beate Marie virginis gloriose. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. quadragesimo nono, Romano vigesimo sexto, Bohemie vigesimo primo Impery vero tercio[3])[4]).

[1]) Vlasin=Blasius; Ivasko=Joan.

[2]) Vedi articlul de lege 5. și 6. din anul 1435. (Decretum maius.)

[3]) Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat, sub care se cetesce „Commissio propria domini Imperatoris".

[4]) Din Teceu și-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Móricz (1609.) Majos (1643.) Mészáros (1698.) Literatus (1650.) Gönczi; la anii 1763—1768. familia: Borbély (1612.)

176.

1436. 4. Aprilie. Timișóra. La mandatul imperatului și regelui Sigismund Danciu din Sarasеu ca om regesc (homo regius) impreună cu trămisul conventului din Lelesz au voit se stătoréscă meșdile moșiei Bedeu de cătră Teceu și Belavár, dér n'au potut duce la indeplinire, pentru că popórele și hospesi din opidul Teceu impreună cu Thatul din Jalova năvălind cu mână armată a supra acestei moșie, tóte averile lui Stancu aflătórie in Curia sa, le-au luat, pe el insu-și l'au ars, bumbii de argint de pe tunica femei sale nobilei Dómne i-au rupt și i-au dus, ér pe omul regescu așiă reu l'au bătut, in cât nu se scie décă mai remâne in viéția ori ba? Pentru acea au fost citați inaintea Curiei regeșci.

Excellentessimo domino ipsorum domino Sigismundo Dei gracia Romanorum Imperatori semper Augusto ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie Croacie etc. regi Nicolaus Prepositus et Conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez, Oraciones in domino pro ipsius vita pariterque Salute, Literas vestre Serenitatis nobis directas, honore et reverencia quibus decuit accepimus in hec verba, Sigismundus Dei gracia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem

et graciam. Dicit nobis Stanko filius Luce de Bedewhaza, sua ac Wana et Elie filiorum Iwasko, nec non Iohannis filii Stephani, ac Nicolai et Petri filiorum alterius Stephani de eadem Bedewhaza vocata in Comitatu Maramorosiensi apud manus eorum habita legittima reambulacione metarumque ereccione et renovacione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus vel Thomas literatus de Zaponcza, vel Danch sin Stephanus de Zarwazo, seu Michael Gwztilla[1]) de Feyerfalu, sive Wanch de Zlatina, an Petrus de Bolcho, aliis absentibus homo noster ad faciem predicte possessionis Bedewhaza, universis vicinis et commetaneis eiusdem inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, reambulet ipsam, per veras suas metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionariis Iuribus metaliter separatam et distinctam, relinquat eisdem, cum omnibus suis . . . . . . pertinenciis Iure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam si non fuerit contradictum. Crontradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra prelibatos exponentes nostram is presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsarum reambulacionis, metarumque ereccionis et renovacionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum si qui fuerint, vicinorum eciam et commetaneorum, qui huiusmodi reambulacioni et metarum ereccioni ac renovacioni intererunt nominibus, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis, Datum in Themeswar, feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum. Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. Quadragesimo nono, Romanorum vigesimo sexto Boh XVmo Imperii vero tercio. Nos igitur mandatis vestre serenitatis obedire cupientes ut tenemur, unacum prefato Danch de Zarwazow, homine vestre Maiestatis unum ex noisb videlicet fratrem Michaelem presbiterum, ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, quiquidem nostrum testimonium tandem exinde ad nos rediens, nobis retulit isto modo, quod ipsi feria quinta proxima post festum Penthecostes proxime preteritum ad faciem dicte possessionis Bedewhaza, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis, et presentibus accessissent, Cumque ipsi eandem possessionem Bedewhaza a parte Oppidi Thechew, et possessionis Belawar[2]), vocatorum, per suas veras metas et antiquas reambulare, reambulatamque, et ab aliorum juribus posses-

sionariis metaliter separare et distingere, ac pro eisdem Stankoni, Wana et Elye, Iohanni, Nicolao, Petro et Stephano de Bedewhaza premisso Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam relinquere et committere voluissent, tunc populi et hospites de predicto Oppido Thechew, unacum Thathol de Irholcz, quadam dolositatis astucia excogitata inter ipsos, quosdam probos viros de ambulari facientes, ut ipsi terram contenciosam inter ipsos habitam, ad concordie unionem et pacis reformacionem submisissent, Tunc prefati populi et hospites dicti oppidi Thechew, una cum annotato Thathol, dyabolico furore repleti, manibus armatis et potenciariis ad pretactam possessionem Bedewhaza Irruendo, universas res et quelibet bona eiusdem Stankonis, in domo seu Curia ipsius repertas et Inventa, penitus et per omnia aufferendo, post hec ipsum Stankonem in eadem domo sua simul cum universis edificiis et attinencys ipsius domus, ignis voragine enormiter comsumpmi fecissent, nobilemque dominam consortem ipsius crudeliter hincinde trucidando, ac nodulos argenteos in tunica ipsius domine protunc habitos dilaniendo recepissent, et ipsum prefatum Danch de Zarwazzow hominem vestre maiestatis letalibus verberibus, et vulneribus sauciando, semivivum reliquissent, de cuius vita . . . . . haberetur, Ceterum quia prefatus Thathol de Ilholcz sua ac Michaelis filii sui in personis, nec non memorati populi et Iobagiones dicti oppidi Thechew, premisse reambulacioni et metarum consignacioni dicte possessionis Bedewhaza, memorato Stankoni fiende, a parte predictarum possessionum Thechew et Belawar, contradictionis velamine obviassent, obhoc Ipsi, memoratos Thathol de Ilholcz, et Michaelem filium suum, ac populos et hospites dicti Opidi Thechew, contra memoratam dominam relictam, et Iwaskow fratrem carnalem dicti condam Stankonis, ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi, vestre Sublimitatis evocassent in presenciam, racionem reddituros, Datum octawo die festi Penthecostes supradicti, Anno domini prenotato[3]).

[1]) Gustilla=Augustin.

[2]) Belavár=Cetatea Alba, azi se numesce rusesce Bilovarecz, unguresce Kis-Kirva. Ruinele cetăței nu se cunosc.

[3]) Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat in dos; in marginea de jos a documentului se cetesce: „Ladislaus de Kopach".

177.

1437. 25. Januariu. Conventul din Lelesz adeveresce, că in urma literilor judecătoreşci ale Palatinului Mathyus de Palocz a reintrodus pe Petru Gherheş din Sarascu in posesiunea moşielor Breb şi Copaciu, neluănd in considerare contradicerea lui Nan Pop din Giulesci seu a altoru-a.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos debita cum reverencia receptis literis magnifici viri domini Mathyus de Paloch regni Hungarie palatini et Iudicis Cumanorum ad . . . . . sentencionalium modum et formam Iudiciarie sue deliberacionis et commissionis in se denotantibus, pro parte Petri dicti Gerhes de Zarwazo datis et loquentibus nobisque directis, Iuxta earumdem continenciam, una cum magistro Dyonisio de Alba homine dicti domini Mathyus palatini per ipsum de Curia Regia, ad id specialiter deputato, literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Mathyam presbiterum, ad infrascriptas possessionarias restatuciones faciendas, nostro pro testimonio destinassemus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi Sabbato proximo post festum beatorum Ffabiani et Sebastiani martirum proxime preteritum ad facies posssessionum Hothpathaka et Kopachfalwa vocatarum in Comitatu Maramorosiensi existencium et habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, easdem possessiones Hothpathaka et Kopachfalwa cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinencys quibuslibet, prefato Petro Gwrhes et suis heredibus et posteritatibus universis ex Iure in dictis literis palatinalibus conscripto sibi incumbenti, restatuissent et commisissent perpetuo possidendas, contradiccione Nan dicti Pap de Gywlafalwa et aliorum quorumlibet non obstante, In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo Conversionis beati Pauli Apostoli. Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente.

178.

1438. 17. Juniu. Buda. Mandatul palatinului pentru reambularea metale a moşiei Peri, proprietatea Călugărilor, carii trăesc după legea grecésca in mănăstirea S.-Michail Archangel in Maramureş.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez Laurentius de Hedrevara regni Hungariae palatinus et judex Cumanorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis religiosorum virorum Kalugerorum in Claustro beati Michaelis Archangeli in comitatu Maramarus constructo commorantium, ad modum Graecorum fundato, quomodo quaedam possessio ipsorum Kertveles vocata in dicto comitatu Maramarusiensi existens apud manus ipsorum pacifice habita legitima reambulatione et novarum metarum erectione sumpme indigeret. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Petrus Thathol vel Popsavana de Kezepse-Apsa, aut Michael Nan filius Ladameri de Zaploncza, sin Stephanus de Bartfalva aliis absentibus homo noster ad faciem praedictae possessionis Kertveles vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras et antiquas metas, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis seperatam et distinctam statuat et committat eisdem fratribus perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra annotatos religiosos viros Kalugeros nostram in praesenciam ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddituros, Et post haec ipsarum possessionariae reambulationis, metarum erectionis, cum cursibus metarum inibi erigendarum ac contradictorum et citatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui tempore hujusmodi possessionariae reambulationis intererunt nominibus, terminoque assignato, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae feria tercia proxima post festum sacratissimi corporis Christi, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez, pro religiosis viris Kalugeris in Claustro beati Michaelis Archangeli ad modum Graecorum fundato de Maramaros reambulatoria et citatoria, Homo Papsa Vana, noster frater Albertus Sabbatho post ad vincula Petri accessissent et eandem a partibus possessionum Taraczkoz, Apsa et Hoziumezo vocatarum per

suas veras metas undique reambulassent ut in registro et quinto decimo die.

Conventul din Lelesz. Metales Cottus Maram. No 45.

179.

1438. 28. Juniu. Buda. Mandatul regelui Albert, prin care Comitatul se îndătoresce ca se exequeze sentenția palatinului Mathius de Palocz, și se-lu apere pe Petru Gherheș din Saraseu in contra lui Pop Nan din Giulesci in posesiunea moșiei Breb și a prediului Copaciu.

De commissione prelatorum et Baronum universorum.

Albertus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. rex, electus rex Bohemie et Dux Austrie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et universitati nobilium comitatus Maramorusiensis salutem et graciam, exposuit nobis ac prelatis et Baronibus nostris Petrus Gerhes de Zarwazzo valde querulose, quod licet alias ipse in facto quarumdam possessionis Podpathaka (sic) vocate et predii Kopachfalwa appellati in predicto comitatu Maramorusiensi existentium, coram condam magnifico Mathius de Paloucz regni nostri Hungarie predicti palatino contra Popnan de Gywlafalwa per processus Iuridiciales, quandam sentenciam reportaverit, annoque proxime transacto condam serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum Imperator ac Hungarie etc. rex pater et socer noster carissimus, vobis in eo mandaverit, ut vos premissam sentenciam dicti condam Mathius palatini debite executioni demandare debeatis, tamen vos huiusmodi mandatis ipsius condam domini Sigismundi imperatoris et regis, perinpensis ipsam sentenciam debite executioni ob favorem predicti Pop Nam demandare noluissetis, in suum preiudicium vilipendiumque mandatorum dicti condam domini Sigismundi imperatoris et regis valde magnum, unde volumus et fidelitati vestre firmissime precipimus et mandamus, quatenus premissis modo prescripto se habentibus visis huiusmodi sentencie continenciis, eandem iuxta vim et tenores ipsius, debite execucioni demandetis, sicque ex huiusmodi sentencia predictam possessionem Hodpathaka et predium Kopachfalwa prenotatum memorato Petro Gerhes legitime

adiudicatas fore conperietis, ex tunc excluso pariter et eiecto prefato Pop Nam de dominio earumdem possessio . . . . . . Petrum Gerhes in dominium earum . . . . eundem restatutum reintroductumque in eisdem contra prefatum Pop Nam protegere, tuere et defensare debeatis, nostre maiestatis in persona et autoritate presentibus vobis in hac parte attributa iusticiaque mediante. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude secundo die festi beati Ladislai Regis. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat.

180.

1439. 13. Aprilie. Ocna Sibiului. Franko de Talloutz Banul Severinului și Comitele Maramureșului provócă pre nobilii din Giulesci se restitueze nobilelui Nicolau din Șugatag moșia Hernicesci occupată de dĕnșii, in cas contrariu dă in comisiune magistratului, că in ințelesul mandatului regesc se-lu aperă pe numitul Nicolau in contra ori și cui, și se-lu despăgubéscă.

Franko de Talloutz Banus Zewrinensis et comes Maromorosiensis Nobilibus Georgio et Daan dictis Nemes ac Iwanka et Michaeli Wlad de Gywlafalwa nobis dilectis salutem cum dileccione, veniens nostram in presenciam nobilis Nicolaus de Sugatag, nobisque exposuit gravi cum querela, quod quamwis possessio sua Hernechfalwa, que novissime per vos ab eodem minus iuste fuerat occupata, de mandato regio per vicecomitem meum et Iudices nobilium illius comitatus eidem fuerit restatuta, tamen vos iterum quadam presumpcione temeraria dictam eandem possessionem Hernechfalwa a dicto exponente occupassetis, occupataque uteremini eciam de presenti in ipsius Iuris derogamen dampnumque et preiudicium valde grande. Verum quia nos a dicta regia maiestate firmissimo habemus in mandato, ut dictum exponentem in dominio pretacte possessionis Hernechfalua contra vos et alios quoslibet protegere, tuere et conservare deberemus, idcirco vestre dileccioni firmiter committimus, aliud utique hoc nolens, quatenus statim receptis presentibus predictum Nicolaum

de Sugatag in dominium dicte possessionis Hernechfalua intromittatis, eundemque in eadem per amplius impedire, molestare, turbare aut quovismodo dampnificare nusquam et nequaquam presumpmatis, alioquid commisimus et harum serie firmiter committimus nobili Grepiolo de Lak vicecomiti et iudicibus nobilium dicti comitatus Maromorosiensis, ut ipsum dictum exponentem contra vos et vestrum quemlicet in dominio dicte possessionis Hernechfalua indempnem et illesum manutenere debeant protegereque et defensare, de omnibusque iniurys et dampnis hactenus per vos dicto exponenti factis, illatis, patratis et commissis eisdem vestra ex parte meram, plenam et omnimodo impendeant et faciant iuris satisfaccionem dictante iuris equitate. Aliud ergo in premissis facere non ausuri. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Visakna feria secunda proxima post dominicam Quasimodo. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Din originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat. — După Frăncu= Franciscu de Thallоucz, frate dulce cu Mathko=Mathia de Thallоucz Banul Dalmaţiei, Croaţiei şi a Sclavoniei, au urmat tot in acestu an 1439. in Banatul Severinului Joan din Huniad cu frate seu mai těner asemĕne Joan din Huniad fiii lui Voicu (Banus videlicet Zewreniensis, qui clarus Baroniae titulus est, insignibus meritis creatus sit. Veḑi gr. Teleky: Hunyadiak kora I. p. 110. X. pag. 90.) După acea in 22. Octobre 1439. Frăncu de Thallоucz se amintesce ca „comes Koviniensis et Capitaneus Nandoralbensis". (Veḑi o. c. X. p. 56.) In anul 1440. frate seu Zovan seu Jovan priorul Auraniei a respins cu mare eroism armata turcéscă a sultanului Murad de sub cetatea Belgradului inchisă in restĕmp de 6—7. luni. Acesti trei fraţi cu al patrele Petru erau fiii lui Joan patriciu din Raguza, care a fost de mare ajutor la scăparea regelui Sigismund după bătălia nefericită de lăngă Nicopole (1396.) Banul Frăncu a căḑut in bătălia pe cămpul Merlei in anul 1448.

181.

1439. 8. Septembre. Titel. Albert regele Ungariei dăruesce lui Joan fiul lui Petru din Uglea și fraților sei Sandrin, Erdew și Elia, și neamurilor sei Michail fiul altui Petru, lui Jacob fiul lui Stefan, Andrea, Joan și Volosz fiii lui Stan, și lui Simon din Uglea moșia Uglea ținută in pace de dănșii și moșii lor, dăruesce in acel mod, cum țin moșiile lor alți romăni din Maramureș.

Nos Albertus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex et Dux Austriae memoriae commendamus praesentium tenore significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitatibus et fideium servitiorum meritis fidelis nostri Ioannis de Uglya, per eum nostrae majestati juxta suae possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, quandam possessionem Uglya praedictam, in comitatu Maramarosiensi existentem in cujus pacifico dominio idem Ioannes progenitores suos ac fratres suos infrascriptos hactenus perstitisse, se impsumque, ac eosdem fratres suos persistere asserit etiam de praesenti, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus montibus, vallibus, aquis, fluvys, piscinis, piscaturis et aquarum decursibus, molendinisque et locis molendinorum et generaliter quarumlibet utilitatum . . . . et pertinentiarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad praedictam possessionem rite spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus uti superius rite exposita sunt, stantibus et se habentibus praefato Ioanni filio Petri, et per eum Sandrino, Erdeu et Eliae carnalibus, nec non Michaeli filio alterius Petri ac Iacobo filio Stephani, Andreae, Ioanni, et Vlosz filiis Sztan ac Simoni de eadem Uglya condivisionalibus fratribus suis ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus, contulimus imo damus, donamus et conferimus Iure perpetuo et irrevocabiliter, more et ad instar caeterorum Valachorum in dicto comitatu Maramarosiensi possessiones habentium tenendam, possidendam pariter et habendam, salvo jure alieno; harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii

redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in descensu nostro campestri prope vadum (Tidewrew)[1]) in festo nativitatis Beatae Mariae virginis Gloriosae. Anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono. [2]) [3])

[1]) Diploma s'a dat in tabera lăngă portul Titel (veḑi Teleky: Hunyadiak kora I. pag. 138.) regele era se atace pe sultanul Murad, care atunci a cuprinsu capitala Serbiei cetatea Semendria; deci Joan din Uglea era in taberă.

[2]) Din copia intre actele processului producţional al familiei Kordubany alias Uglyai in archivul Comitatului.

[3]) Din Uglea şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Volosz (1440.) Erdew (1440.) Bencze (1553.) Selevér (1617.) Babics (1625.) Halupka, Feir, Motra, Negrita; in anii 1763—1768. familiele: Uglyai Pap (1439.) Bokocs (1440.) Fekete Bogdán, Györgyei şi Franciska.

182.

1440. 8. August. Buda. La mandatul palatinului ţerei Joan, Şandrin, Erdew şi Elia fiii lui Petru din Uglea, Michail fiul altui Petru, Jacob fiul lui Stefan, Andrea, Ivan şi Volosz fiii lui Stan şi Simon din Uglea se introduc fără contraḑicere in posesiunea moşiei Uglea,

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Nicolaus praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras magnifici viri Domini Laurentii de Hedrevara regni Hungariae palatini et Iudicis Cumanorum nobis directas reverenter recepimus in haec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelesz Laurentius de Hedrevara regni Hungariae palatinus et Iudex Cumanorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Iohannis, Sandrini, Erdeu et Eliae filiorum Petri de Uglya ac Michaelis filii alterius Petri, nec non Iacobi filii Stephani, Andreae, Ivan et Volosz filiorum Stan ac Simonis de eadem Uglya, quomodo ipsi in dominium possessionis Uglya vocatae in comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos novae, regiae donationis titulo concernentis legitime vellent introire. Superquo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter,

quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius de Urmezeo, aut Ioannes de eadem, sin Lucas de Kevesligeth, sive Georgius de eadem aliis absentibus homo noster ad faciem praedictae possessionis Uglya vocatae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Ioannem, Sandrinum, Erdeu, Eliam, Michaelem, Iacobum, Andream, Ivan, Volosz et Simonem in dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem praemissae novae regiae donationis titulo perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes, nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsarum introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus ac termino assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae feria secunda proxima post festum ad vincula Beati Petri Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo. Nos igitur petitioni dicti domini Laurenty annuentes ut tenemur una cum praefato Luca de Kevesligeth homine ejusdem domini palatini nostrum hominem videlicet magistrum Fabianum nostrum notarium ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbatho proximo post festum Beati Egidii Abbatis proxime praeteritum ad faciem praedictae possessionis Uglya vocatae comitatu in praescripto existentis et habitae, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, praefatosque Ioannem, Sandrinum, Erdeu et Eliam filios Petri de Uglya, ac Michaelem filium alterius Petri nec non Iacobum filium Stephani, Andream, Ivan et Volosz filios Stan et Simonem de eadem Uglya in dominium ejusdem possessionis Uglya introducendo, eandem eisdem praemissae regiae donationis titulo ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendam nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem praesentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei Introductionis et statutionis praenotatarum. Anno Domini supradicto.

Din paria intre actele processului producționale al familiei Kordubány alias Uglyai in archivul Comitatului.

183.

1442. 10. Aprilie. Sziget. Magistratul Comitatului adeveresce, că nobilii Negre şi Petru fii lui Stan numit Fekete din Slatină au vĕndut una sessiune in Slatină cu tóte pertinenţiile ei pentru 10. floreni de aur lui Stan Vereş, bărbatul nepótei lor de soră dulce.

Nos Iacobus Delbene salium et comitatus Maramarosiensis comes, nec non Stephanus Bud de Budfalva, Naan dictus Pap de Gyulafalva, Michael de Zlatina et Erdeu de Uglya quatuor scilicet Iudices nobilium et universitas nobilium eiusdem comitatus, memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit universis, quomodo nobiles viri Negre et Petrus filii quondam Staan dicti Fekete de predicta Zlatina coram nobis personaliter constituti, sponte confessi sunt in hunc modum: quomodo ipsi ob favorem fraternitatis dilectionis, quam ipsi erga nobilem Dominam Dorotheam vocatam sororem ipsorum carnalem et puellam Elizava vocatam filiam eiusdem dominae Dorotheae consortis utputa Staan Veres gererent et haberent, unam sessionem in qua nunc ipse Staan specialem faceret residentiam, in eadem possessione Zlatina in comitatu Maramorosiensi existente, habitam, simul cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis terris scilicet . . . . nemoribus, montibus, vallibus, aquis, aquarumque decursibus et generaliter . . . . utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, jure ad eandem spectantibus, quae nunc sunt vel in futurum esse possunt, propter quas idem Staan maritus ejusdem Elisava, coram nobis in sede nostra judiciaria, eisdem praedictis nobilibus decem florenos auri puri plene et integre persolvit in specie, quos iidem praetitulati nobiles dixerunt sese plene et integre ab eodem habuisse et recepisse, dedissent, donassent et contulissent, imo dederunt, donarunt et assignarunt coram nobis jure perpetuo et irrevocabiliter, in filios filiorum et haeredum per heredes tenendam, possidendam pariter et habendam, harum litterarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zigeth feria tertia proxima ante festum Beatorum Tiburcii et Valeriani Martirum. Anno Domini 1442.

Conventul din Lelesz pag. 164. Protocolli actorum 1764. S'a transscris de dóua ori, odată in anul 1517. la cererea lui Joan Ivancsik din Apşa de mijloc, a dóua oră in anul 1764. la cererea lui Jonaş Negre din Slatină. De aci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Negre (1442.) Stephan (1652.) la anii 1763—1769. familia Bardz (1566.)

184.

1442. 18. Juniu. Buda. Donațiunea nóuă a regelui Uladislau I. dată lui Stefan și Michail români d'in Crăciunesci fiii lui Georgiu Pank, peste moșiile românesci Crăciunesci, Bocicău și Lunca dăruite pentru servițiile prestate țierei in dilele imperatului Sigismund și ale regilor Albert și Uladislau, moșiile se dau sub condițiuni, cum se țin si alte moșii românesci in Maramureș.

Relatio domini Nicolai Decanj Crac . . .

Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Lythwanieque princeps suppremus et heres Russie memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus incumbit universis, quod nos consideratis fidelibus servicys fidelium nostrorum Stephani et Michaelis filiorum Georgy Pank[1]) Volachorum de Karachonfalua,[2]) que ipsi primum condam excellentissimorum principum dominorum condam Sigismundi Imperatoris et Alberti regum huius regni Hungarie predecessorum nostrorum felicium recordacionum, et tandem nostris temporibus huic regno constanter exhibuisse perhibentur, possessiones eorumdem Volachicales Karachonfalua predictam, Bochko et Lonka[3]) vocatas, in comitatu Maramorosiensi habitas in quarum pacifico dominio ipsi Stephanus et Michael progenitores eorum a dudum perstitisse, se ipsosque etiam ex nunc et de presenti persistere asserunt, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, Alpibus, aquis, fluvys, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, nec non molendinis et locis molendinorum et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nomine vocitatis, sub ipsarum veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Stephano et Michaeli, filys Georgy et per eos Petro filio Penthele et Sandrino filio Gregory de Karachonfalua praedicta, quoad ipsam possessionem Karachonfalva dumtaxat, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo, et omni eo jure, quo eedem nostre legittime incombunt collacioni, sub illis condicionibus quibus alie possessiones Volachicales in ipso comitatu Maramorosiensi

tenentur, dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, salvo jure alieno. Harum litterarum nostrarum vigore et testimonio mediante, quas in formam nostri privilegy redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria secunda proxima post festum beatorum Vitti et Modesti martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.[4])

[1]) Pank=Pantheleimon.

[2]) Moşia Crăciunesci in parte a trecut cu drept de ereditate in proprietatea nobililor d'in Apşa de mijloc şi apoi in a familiei Poganescilor; Boçicău şi Lunca in a erariului; cu schimbarea proprietarilor s'a schimbat şi limba locuitorilor in cea ruthenă, cu limba s'a schimbat şi numirea poporului, dér poporul insu-şi in genere şi in total a remas tot acelu-a, ce a fost şi inainte de acea cu multe secole.

[3]) Lunca (unguresce Lonka, rusesce Luh) e numire paleoslovenică. Sunetul „*n*“ in acésta numire este nasalismu seu rhinesmu characteristicul propriu al limbei paleoslovenice, care era limba slovenilor locuitori in Pannonia şi in imperăţia Marahanilor in secolul IX. şi X. In acésta limba au tradus şi au vestit Evangeliul intre popórele Slave apostolii Slavilor episcopii St.-Cyrillu (†869.) şi fratele seu Methodu, acésta este pănă aḑi limba liturgică a Slavilor, era in secolii X—XVI. şi a romănilor. Romănii precum şi Ungurii multe cuvĕnte au imprumutat din limba Slavică, acésta e natural, pentru că au trăit şi trăescu pănă aḑi in aceaşi téra şi parte in acea-şi religiune cu slavii; cu adever observă F. W. I. Schelling „Viel Fremdwörter, viel Culturverkehr. Viel entlehnt, viel gelernt!“ După R. F. Arnold 60% procente ale vocabulelor celor mai des usitate ale limbei romăne sunt de origine din limba latină vulgare; grammatica ei e chiar asă de originală ca cea italiană, şi astfeliu cuvĕntele imprumutate dela Slavi neci decăt n'au scimbat characterul limbei romăne. Cuvĕntele slavice ale limbelor unguresci şi romănesci sunt in cea mai mare parte de origine paleoslovenică; acésta limbă, precum se constată prin inşii filologii slavi ca Miklosich, nefiind intrebuinţată in alt loc, decăt in Ungaria de aḑi, limba română ca cea ungară cu slavismele lor nu s'au potut forma in alt loc, decăt pe territoriul Ungariei de aḑi. Cuvĕntele paleoslovenice cu nasalismul cu tot au trecut in ambele limbi, de esemplu: munca, rĕnd, poruncire, dungă, grindă, dumbravă, sămbătă etc.; din cuventul de urmă am pote deduce, că nasalismul a trecut din limba română in cea paleoslovenică, şi din asta in cea ungurésca; chiar şi cuvĕntele „ung“ (=unghiu=angulus) şi „ungur“ s'ar pote esplica astfeliu.

[4]) Din originalul scris pe pergamen şi provezut cu sigil regesc imprimat.

185.

1442. 20. Septembre. Buda. Mandatul regelui Uladislau in favorul lui Petru Gherheş din Saraseu, care s'a plâns inaintea regelui pentru acea, ca moşiile Brebu şi Copaciu prin palatinul ţerei s'au judecat lui, el a fost introdus in posesiunea acelora, cu tóte aceste el a lăsat a treia parte din moşia Breb in folosinţa lui Naan Pop din Giulesci până ce trăiesce, dér acestu-a prin astuciŭ a mijlocit donaţiune nouă pe ambele moşii şi le-a occupat cu mână armată, pentru acea regele dispune că conform decisiunilor dietei ţinute de curênd in Hatvan Comitatulu se cerceteze causa, şi pre Petru Gherheş se-lu introducă éra-şi in posesiunea acelor moşii.

Comissio Domini Regis ex
Deliberacione Baronum.

Wladislaus (Dei) gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex Littwanieque princeps supremus et heres Russie, fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maramorosiensis salutem et graciam. (Nostre) celsitudinis prelatorumque et baronum nostrorum in presenciam veniens fidelis (noster) Petrus dictus Gerhes de Zarwazzow et exhibicione literarum condam Matyus de Palowcz prefati regni Hungarie palatini (ad judi)catoriarum pariter et sentencionalium, ac conventus ecclesie de Lelez exinde relatoriarum seu rescripcionalium, quasdam possessiones Hathpataka et Kopachfalwa vocatas in eodem comitatu existentes, aliasque per quendam Naan dictum Pap de (Gi)ulafalua a se potencialiter occupatas et coram ipso Mathyus palatino per formam litigionary processus Iuridice optentas et sibi mediantibus eiusdem palatini et prefati conventus de Lelez hominibus contradiccione ipsius et aliorum quorumlibet ex racionibus literis in eisdem expressatis non obstante, legittime statutarum, et ipsum nichilominus Naan pro huius modi sua potenciaria occupacione dictarum possessionum contra se in facto potencie ex eoque in sentencia capitali ac amissione universorum Iurium possessionariorum ac rerum et bonorum suorum, ipsum proprie contingencium, in duabus partibus Iudiciarys, in tercia vero parte, suis ut puta Petri uti partis adverse manibus devolvendarum et redundandorum con-

victum extitisse declarans, allegavit et conquestus est eo modo, ut quamvis ipse prefatas possessiones Hathpatak et Kopachfalva nominatas, alias ut prefertur, per annotatum Naan potencialiter occupatas coram memorato condam Mathyus palatino per formam litis Iuridice ut premittitur obtinuerit, et eedem sibi modo premisso legittime statute fuerint, Idem in super Naan pro premissa potenciaria sua occupacione earumdem possessionum in predicto onere facti potencialis contra ipsum Petrum convictus extiterit, ex postquam Idem Petrus prouti asserit, ordinantibus probis hominibus, terciam partem pretacte possessionis Hathpataka nominate cum suis utilitatibus Ipsi Naan ad tempora vite sue possidendam, Ipso autem defuncto rursus ad se et ad suos heredes devolvendam remiserit et annuerit. Tamen Idem Naan noviter uti ipse Petrus percepisset, asstucia preassumpta et tacita veritate quibusdam frivolis occasionibus pretensis predictas possessiones suas Hathpataka et Kopachfalva nuncupatas, a nobis sibi nove nostre donationis titulo impetrando, nulla sibi scilicet Petro super premisso onere facti potencialis in quo ipse Naan adversus ipsum convictus fuisset satisfaccione exhibita, nuperrime videlicet feria tercia proxima post festum sancti Laurencii martyris, armatis manibus, et non cum homine nostro regio et alicuius capituli vel conventus testimonio, uti regni nostri consuetudo requireret, veniendo pro se occupasset indebite et minus iuste occupatasque detineret, ipsum de eisdem excludendo potencia mediante in suum preiudicium valde magnum, suplicavit itaque ipse Petrus sibi per nos de condigno Iuris remedio provideri in premissis, unde quia ex predictarum literarum anotati condam Mathyus Palatini adiudicatoriarum pariter et sentencionalium, dictique conventus de Lelez exinde relatoriarum seriebus et continenciis pretacte possessiones Hathpataka et Kopachfalva vocate Ipsi Petro Gerhes adiudicate, legittimeque contradiccione prelibati Naan et aliorum quorumlibet non obstante statute, insuper Ipse Naan racione previa contra eundem Petrum in predicto facto potencie modo premisso convictus fuisse appareret, nos etiam una cum dictis prelatis et Baronibus nostris ac proceribus et regni nostri diversorum comitatuum nobilibus in Convencione seu Congregacione pridierna eorumdem generali in opido Hathuan[1]) vocato, pro certis arduis agendis et negocys ipsius regni nostri expediendis, presertim vero pro presencium disturbiorum sedacione celeriori, de nostro mandato adunata et continuata, inter cetera id, ut universe possessiones et quelibet Iura possessionaria quorumcunque regnicolarum nostrorum per

quempiam ipsorum disturbiorum tempore occupate et occupata eisdem a quibus essent ocupate et alienata per talismodi occupatores remitti et restitui, quilibet vero fideles nostri ab huiusmodi novis occupacionibus possessionarys, ac novorum actuum potenciariarum patracionibus desistere et supersedere ac se prorsus abstinere de patratis autem et commissis lesis congruam satisfaccionem impendere debeant, statuendum duximus et decernendum ac firmiter observandum, hysque de causis Idem Petrus Gerhes prescriptis suis possessionibus per ipsum modo antelato a predicto Naan Iuridice obtentis, et sibi legittime statutis per huiusmodi sinistram ipsius Naan a nobis earumdem possessionum impetracionem nequaquam destitui et privari debere agnoscitur. Igitur nos habita cum eisdem prelatis ac Baronibus et regni nostri nobilibus nobiscum existentibus, easdem possessiones ex virtute premisse adiudicacionis memorati Mathyus palatini et dictarum literarum suarum adiudicatoriarum pariter et sentencionalium prelibatique conventus statutoriarum, dicti eciam nostri, ac ipsorum prelatorum Baronum et Nobilium decreti . . . . . eidem Petro prefata nostra donacione, pro parte dicti Naan ut asseritur facta non obstante remitti et restitui debere cernimus. Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, si prescriptas possessiones Hathpataka et Kopachfalua nuncupatas per prefatum Naan, ab ipso Petro ut predicitur . . . . occupatas a vicinis et commetaneis earumdem alysque nobilibus dicti comitatus conprovincialibus, a quibus decet et licet ad fidem eorumdem Deo debitam . . . . nobis et sacro nostro dyademati observandam, coram Iohanne de Veresmart . . . . dor filio Michaelis de dicta Zarwazow, aut altero (Sandrino de) Vaynag, seu Andrea de Farkasrew, seu Thoma de prefata (Vaynag) . . . . . . Erdew de Vgle neve Andrea filio Stan de eadem, aut Michaele filio . . . . . . (de Kr)ychfalua, neve Danch de Vanchefalua (aliis ab)sentibus (homine) nostro et testimonio capituli ecclesie Varadiensis, quod per Idem Capitulum ad . . . . destinare jubemus, inquirendo co(mperitis) ex tunc easdem possessiones memoratas . . . . cum omnibus earum utilitatibus, contradiccione ipsius Naan non obstante, eodem Naan prius excluso de eisdem, restatuere et ipsum in earumdem dominium . . . . ac in eisdem ipsum a prefato Naan et alys quibusvis illegittimis impetitoribus (prote)gere et tueri debeatis, Iusticia mediante, secus non facientes in premissis, hysque habitis, eundem Naan simulcum omnibus suis Iuribus et literalibus instrumentis, si que in facto dictarum possessionum

haberet emanata idem homo noster ipso testimonio dicti capituli presente contra ipsum Petrum Gerhes similiter sua Iura et literalia munimenta factum earumdem possessionum concernencia, producere debentem . . . . diem festi Epiphaniarum domini nunc venturam, sine crastinacione nostram personalem evocet in presenciam, racionem factorum suorum redditurum finaleque Iudicium et conclusivam determinacionem exinde recepturum, Insinuando eidem ut si venerit et dicta (jura sua) ac literalia sua Instrumenta exhibuerit, finaleque iudicium et deliberacionem receperit bene quidem, alioquin sua absencia et non veniencia rebellioneque et contumacia non obstante, id faciemus in premissis quod dictabit ordo Iuris, seriem siquidem premissorum et quidquid exinde feceritis, per vos et predictum Capitulum ad predictum octavum diem festi Epiphaniarum domini eidem nostre personali presencie fideliter rescribi volumus et mandamus, presentes eciam post earum lecturam reddi edicimus presentanti. Datum Bude in vigilia festi beati Mathei apostoli et evangeliste. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

[1]) Despre dieta ţinută in opidul Hatvan in anul 1442. alte date afară de acestu-a n'am aflat. Se amintesce decretul din 1443. pentru oprirea occupaţiunilor violente (Veḑi Hunyadiak kora I. 333.) dér diploma presente pórtă datul neindoit 20. Septembre 1442.

[2]) Din originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat, in cea mai mare parte bine conservat.

186.

1442. 28. Novembre. Relațiunea Capitlului din Orade cătră regele Uladislau I. despre acea, că după mărturisirea mai multor nobili Nan Pop din Giulesci din nou a occupat dela Petru Gherheș moșiile Breb și Copaciu, și in urma judecății și a mandatului regescu când au eșit cu vecinii se-lu restatueze pe acesta, atunci Nan Pop cu mulți nobili și jobagii lor i-a oprit in cale, el pe omul regiu cu sabia, Stefan Steczk din Bărbesci pe comitele Andrea de Thar cu sagete au vrut se-i omóre, cu toți s'au opus restatuirei și acea nu s'a potut efeptui, drept acea ambele părți au fost citate in presenția personale a regelui.

Serenissimo principi domino Wladislao Dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie etc. regi Lythwanieque pincipi suppremo et heredi Russie, domino eorum naturali. Capitulum ecclesie Waradiensis, orationes in filio virginis gloriose, perpetua cum fidelitate, vestra noverit serenitas, quod cum nos receptis literis vestris adiudicatoriis, modum et formam vestre iudiciarie deliberationis, in se denotantibus pro parte Petri dicti Gerhees de Zarwazo, contra Naan dictum Pop de Gywlafalwa emanatis, comiti vel vicecomiti et Iudicibus nobilium comitatus Maramarosiensis directis, nobisque preceptorie loquentibus, Iuxta earundem continentiam, mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, una cum Sandrino filio Mich de eadem Zarwazow, homine vestro regio, literis in eisdem inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem videlicet discretum virum Anthonium presbiterum rectorem altaris sancti Lodovici confessoris, in dicta ecclesia nostra Waradiensi fundati, ad ea, que in eisdem literis vestre serenitatis continentur, fideliter peragenda, nostro pro testimorio transmisissemus fidedignum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi feria tertia, secunda videlicet die festi beate Elizabeth in opido Zygeth, die scilicet et loco sedis iudiciarie eiusdem comitatus, vicinis, et commetaneis eiusdem nobilibusque conprovincialibus more proclamate congregationis illuc convocatis et convenientibus, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vobis et sacro vestro dyademati observandam, coram Andrea de Thar

comite ac iudicibus nobilium, tacto vivifice (Crucis) signo prestitam, talem scire potuissent veritatem, Item primo commetanei videlicet Roman filius Brathul de Dese, Gywla filius Mykle de Swgathagh ex utraque parte possessionis Hathpathak, Andreas de Farkasfalwa[1]), Iohannes de Barchanfalwa, Wanch et Sandor fily Iwasko Militis de eadem, Item Michael — Bogdan de Ruskowa, Ambrosius filius Stanislai de Dolha vicecommetanei, Item Petrus de Zaploncza, Iohannes Bosa de eadem, Thomas de Zarwazow, Iohannes de eadem, Gorzo de Lypcze et Thatul de Ilholch, conprowinciales dictarum possessionum Hathpathak et Kopachfalwa, ex scitu taliter fassi extitissent, quod prefatus Nan Pop dictus de Gywlafalva prenominatas possessiones Hathpathak et Kopaczfalwa a manibus prefati Petri Gerhees de novo potentialiter occupasset, factaque humana attestatione, cum ipsi tertia die dicti attestationis una cum predictis comite et iudicibus nobilium, iuxta contenta dictarum vestrarum literarum, ad restatuendas dictas possessiones, memorato Petro Gerhes, accedere voluissent, et prope villam Pathaak simul cum universis vicinis et commetaneis videlicet Leuke de Farkasrew, Sandrino filio Michaelis de Bwdfalwa et altero Sandrino de eadem, Michaele de Ruskowa, item Iohanne de eadem, Georgio de Sayo, Gywla filio Michaelis de Swgathagh, et Michaele de Kyrichfalwa pervenissent, tunc Nan dictus Pop, Michael filius Lad[2]), Georgius filius eiusdem, alter Georgius filius Iwanka et Blad, nobiles de Gywlafalwa, item Michael Stoyka et Moneyla filius Goztholya[3]) Goztha filius Stephani Pop, Iuga[4]) et Negrila[5]) cum filio suo, de possessione Feyrfalwa nobiles, item Steczk, Petrus filius Thywadar et Michael Goztholya nobiles de Barthfalwa, item Iohannes filius Radwl[6]) et Myk[7]) de Felsewfeyerfalwa[8]) nobiles, item Michael Chuthurga et Sandrinus de Kalynfalwa nobiles, Item Chygankarachon iobagio Georgy de Gywlafalwa, item Anthonius Egidy de Hozywmezw, item Gywrka et Michael filius Stefani de Feyrfalwa nobiles, cum ipsorum iobagionibus, Item Iwan Berkes iobagio ipsius Pap Naan et Dancz Sypus Iobagio eiusdem, Iohannes filius Hencz de possessione Hathpathak, item Iuga de Kalynfalwa, item Kosta filius Blasy Iobagio Iohannis de Weresmarth, per ipsos congregatis et accersitis ac alys conpluribus in via indagines facientes cum verubus ligneis et alys fortalicys preparatis in eisdem indaginibus, manibus armatis et potentiariis contra et adversus ipsos insistentes, ubi sepe dictus Naan Pop, predictum Sandrinum, hominem vestrum regium cum sua hasta miserabiliter interimere volens, dictus etiam Stephanus Steczk dictus de Barath-

falwa, sagittas suas contra ipsos videlicet Andream de Thar comitem emittere volens, ymmo prefati nobiles cum ipsorum iobagionibus prescriptis (pari) consensu et unanimi voluntate ipsos una cum comite et iudicibus nobilium inibi interimere machinantes, assentientes etiam prefati nobiles, wt licet vestra serenitas prefato Petro Gerhes donaverit et adiudicaverit, tamen usque lacera suorum gutturum eundem intromittere et introduci facere minime permitterent, et per nullam viam ipsos ad introducendum et statuendum committerent, sicque ipsam executionem perficere nequivissent. Hysque sic habitis eundem Naan, simulcum omnibus suis iuribus et literalibus instrumentis, si que in facto dictarum possessionum habeat emanata, contra ipsum Petrum Gerhes, similiter sua iura et literalia instrumenta factum earundem possessionum concernentia, producere debentem, ad octavas festi Epiphaniarum . . . . . terminum videlicet literis in eisdem specificatum, sine crastinatione vestram evocassent personalem in presentiam, rationem premissorum redditurum ac finales iudicium et conclusivam determinationem exinde recepturum. Insinuassent ibidem ut si venerit et dicta iura ac literalia sua instrumenta exhibuerit, finaleque iudicium et deliberationem exinde receperit bene quidem, alioquin sua absentia et non venientia, rebellioneque et contumacia non obstante, id faceretur in premissis, quid dictabit ordo iuris. Datum septimo die diei executionis et evocationis prenotatarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

[1]) Farkasfalva=Farkasrév=Vad. Brathul=Frățile.

[2]) Lad=Blad=Vlad=Ladislaus.

[3]) Goztholya=Goztha=Augustin.

[4]) Juga=Georgiu.

[5]) Negrila Mauritius Negrea.

[6]) Radul=Hilarius=Gaudentius.

[7]) Mic=Nicolaus.

[8]) Felső-Fejérfalva=Cornesci=Somfalva.

[9]) Din originalul scris pe papir și provezut cu sigil imprimat, l'a copiat și mi-l'a comunicat Stefan Szilágyi directorul.

187.

1443. Fragmentul mandatului identic cu cel precedent, având ca adaus relaţiunea despre incercată, dér frustrată introducerea lui Petru Gherheş in posesiunea moşielor Breb şi Copaciu.

. . . . . hes personaliter in nostram personalem veniendo presenciam literas vestras super premissis relatorias simul cum literis . . . . . . preceptorys pro ut ex earumdem seriebus apparet, iuxta earumdem continenciam una cum Sandrino filio Michaelis de . . . . . capitulum in testimonio dato, uti etiam idem homo noster et vestrum testimonium dicti capituli ad ipsum . . . . dictarum eiusdem comitatus Maromarusiensis vicinis et commetaneis earumdem possessionum, nobilibusque comprovincialibus dic . . . . . . tacto dominice crucis signo prestita talem scivissent veritatem quod primo Roman filius Bratwl de . . . . wantz et Sandor filii Ivasko Militis de eadem commetanei, item Michael filius Bogdan de Rwskova omnibus . . . . de Lipche et Tatwl de Ilhowch comprovinciales dicti comitatus ex scitu taliter fassi extitissent, quod prefatus . . . . . ssent, factasque huius modi attestaciones idem vicecomes cum eisdem homine nostro et testimonio dicti capituli . . . . dictus Pap cum suis complicibus, literis in eisdem nominatis et signanter Stephano Stechk dicto de Bartfalwa . . . . dictus etiam Stephanus Steechk contra eundem vicecomitem sagiltas suas ei . . . . . . huius modi statucionis f . . . requisivisset, hys itaque In . . . . homo noster presente eodem testimonio dicti . . . . m Petrus Gerhes similiter literalia sua instrumenta factum earumdem possessionum concernencia . . . . ac finale iudicium exinde recepturis, insinuasset ibidem eisdem, ut si venerit et premissa sua literalia instrumenta . . . . in premissis quid Iuri videretur expediri. Ad quem quidem octavum diem festi epiphaniarum domini sine . . . . expectatus, dicta sua literalia instrumenta exhibiturus exindeque finale iudicium et deliberationem recepturus in eandem . . . . promisit, postulans prefatus Petrus Gerhes sibi ex parte annotati Naan Pap per nostram maiestatem . . . . sque conproviniciales dicti comitatus Maromarosiensis ad fidem eorumdem debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro d . . . . . . aan Pap

de manibus dicti Petri Gerhes de novo occupasse, eundemque de dominio eiusdem exclusisse, ac . . . . . . nostrarum preceptoriarum continenciam, premissam statucionem annotato Petro Gerhes modo quo supra faciendam fien . . . . ncialem obviasse, ex seriebus earumdem literarum vestrarum, et predicti capituli Varadiensis relatoriarum clare adinven . . . . . . attestationemque dictorum vicinorum et commetanerorum dictarum possessionum, nobiliumque conprovincialium ejusdem comitatus Maramorosiensis . . . . ad huc ad premissa proclamare debere cernebatur, pro eo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus w . . . . Andreas de Farkasrew sew Thoma de prefata Zarwazo, sive Erdew neve Andrea filio Stan de eadem . . . . . . capitulum ad id serie presencium transmitti jubemus, ad facies prescriptarum possessionum Hathpataka et Kopach- . . . . . . utilitatibus et pertynencys quibuslibet eidem Petro dicto Gerhes Iure sibi incumbenti possidendas, contradiccioni prefati . . . . . . capituli memoratum Naan Pap premissa litteralia sua instrumenta exhibiturum exindeque finale iudicium et delib . . . . Georgy martyris nunc venturi in tribus foris conprovincialibus publice et manifeste personaliter proclamare . . . . de dictoque . . . . et parti adverse fecerit bene quidem . . . . . . easdem octavas per nos et dictum capitulum eedem nostre personali presencie fideliter rescribi volumus et mandamus . . . . . . hibentibus restitutis. Datum ut supra.

Din originalul scris pe papir provezut cu sigil regesc imprimat. Fragmentul in partea sa ăntăniă conține mandatul de sub No 185. din cuvĕnt in cuvĕnt, partea a dóua s'a reprodus cu de a dĕnsul pentru că cu tĕmpul aflăndu-se marginile perdute, textul se se pótă intregi.

188.

1443. 14. Januariu. Buda. Regele Uladislau adeveresce, că Petru Gherheş din Sarascu a stat optu ḍile la terminul pus in processul contra lui Naan Pop din Giulesci, dér acesta nu s'a infăcioşiat neci n'a trămis in locul lui pe nimene, pentru acea, déca nu se va legitima, causa lui remăne perdută.

Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lythwanieque princeps suppremus et heres Russie damus pro memoria quod Petrus dictus Gwrhes de Zarwazo personaliter contra Naan Pap dictum de Gywlafalwa ab octavo die festi Epiphaniarum domini sine crastinatione octo diebus continuis legittime stetit in termino coram nostra personali presencia, qui iuxta continenciam literarum nostrarum preceptoriarum restatucionariarum pariter et ewocatoriarum ac vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Maramorosiensis et Capituli Waradiensis relatoriarum super factis in eisdem contentis legittime evocatus . . . . . sua instrumenta exhibiturus nominique Iudicium in premissis recepturus eandem nostram personalem in presenciam non venit neque misit unde ipsum commisimus fore convictum si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude nono die termini prenotati. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Din originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat.

189.

1444. 10. Marțiu. Buda. Regele Uladislau I. dăruesce lui Simeon din Bocicoel, fratelui acestui-a Joan, și unchiului lor Georgiu Maruș prediul părăsit Bocicoel, in recompensarea meritelor lui Simeon câscigate in resboiul cu Turcii, avut in Serbia, Bulgaria și in marginile Rumeliei.

Commissio propria domini Regis.

Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie Croacie etc. rex, Lythwanieque princeps supremus et heres Russie, Significamus tenore presencium quibus incumbit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelis nostri Symonis de Kysbachko,[1]) que ipse maiestati nostre in diversis expedicionibus et signanter contra Turcos Christiane religionis et huius regni Hungarie infestissimos inimicos novissime factis, nobiscum fere per totam Rasciam et Bulgariam usque ad confinia Romanie procedendo[2]), in pluribus conflictibus cum eisdem Turcis ibidem commissis non parcendo rebus et persone suis, se fortune casibus submittendo, cum effusione sui sanguinis exhibuit et impendit, quoddam predium nostrum desertum Kysbachko vocatum in comitatu Maramorusiensi in districtu Kohnya existens et habitum, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorys, aquis, fluvys, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, nec non molendinis et locis molendinorum, ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nomine vocitatis sub suis veris metis et antiquis, memorato Symoni et per eum Iohanni carnali ac Georgio Marus[3]) avunculo fratribus suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, omni eo Iure, quo idem nostre incumbit collacioni dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamusque et conferimus Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum. Salvo Iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Reminiscere. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

[1]) Kysbachko se amintesce ca sat în donaţiunea din anul 1365. sub No 29.

[2]) Acésta expediţiunea de resbel era cea mai strălucită a lui Joan din Huniad; au fost cuprinse intre altele cetăţile Nissa şi Sofia, turcii bătuţi în patru bătălii; pe câmpul Jalovaţiului unindu-se ostirile Unguresci cu cele nemţesci, boheme, românesci şi serbesci sub conducerea regelui Uladislau şi în presenţia cardinalului Julian, turcii au fost bătuţi a cincea óră cu desferşit. (Bonfinii Decadis III. Lib. 5. 6.)

[3]) Maruş=Mareş=Mariş=Maroş=Magnus, numirea română formată după săntul Magnus (28. Aprilie) ad normam: Verdeş, Gerheş, Opriş, Draguş etc.

[4]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil imprimat, sub care se cetesce: Commissio propria Domini Regis; originalul e la Dr. Ilie Mariş, advocatul.

190.

1444. 30. Marţiu. Buda. Mandatul Regelui Uladislau I. pentru introducerea lui Simeon din Bocicoel, fratelui seu Joan şi unchiului lor Georgiu Maruş in prediul părăsit Bocicoel in districtul Cuhei. Introducerea se face in presenţia tramisului Capitlului din Orade fără contradicere.

Capitulum ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, etc. etc. regis Lithwanieque principis supremi et heredis Russie domini nostri metuendi introductorias pariter et statutorias nobis preceptorie directas, reverencia qua decuit recepimus in hec verba: Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie, fidelibus nostris capitulo ecclesie Waradiensis salutem et graciam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, fidelis nostri Symonis de Kisbachko, per ipsum maestati nostre exhibitis et impensis quoddam predium nostrum desertum Kisbachko vocatum, in comitatu Maramorosiensi in districtu Kohnya existens habitum, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum, prefato Symoni et per eum Iohanni carnali et Georgio Marus avunculo, fratribus suis, ipsorumque heredibus et poste-

ritatibus universis duximus conferenudvol m,umusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter percipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius Petherman de Sayo, vel Sandor filius Bala de Yod, aut Sandor de Zarwazo, sive Nicolaus de Bedi, sin Iohannes de Ilhocz, alys absentibus homo noster ad facies pretacti predii, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Symonem, Iohannem et Georgium in dominium eiusdem, statuatque idem eisdem premisse nostre donationis titulo perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Symonem, Iohannem et Georgium nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus et termino assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Iudica. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto. Nos igitur mandatis sue serenitatis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Georgio Peterman de Sayo homine suo regio nostrum hominem videlicet Emericum presbiterum rectorem altaris sancti Barholomei apostoli in dicta ecclesia nostra fundati, ad premissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi die dominico proximo ante festum beate Marie Magdalene proxime preteritum, ad faciem dicti predy Kisbachko, vicinis et commetaneis eiusdem universis et presertim Michaele de Dolha, Sandrino de Yodi et Stephano Penk de Thywadar, commetaneis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introduxissent prefatos Symonem, Iohannem et Georgium in dominium eiusdem, statuissentque idem eisdem, premisse donacionis titulo, perpetuo possidendum, nullo penitus contradictore apparente, legittimis et sufficientibus diebus in facie ejusdem permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introductionis et statucionis prenotatarum. Anno domini supradicto. Honorabilibus viris dominis Iohanne de Zredna preposito, Petro de Wep lectore, Nicolao

de Gywla cantore, Iohanne de Thapolcza custode decretorum doctore, ceterisque canonicis ecclesie nostre salubriter existentibus et devote.

Penk=Pank=Pantheleimon. — Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente la Dr. Ilie Mariş advocatul.

191.

1444. 26. Mai. Sziget. Magistratulu Comitatului adeveresce că de şi moşia Breb s'a judecat prin Curia regéscă lui Petru Gherheş din Sarasau judelui Nobililor, de şi acestu-a a fost introdus in posesiunea moşiei prin trămisul regelui şi al conventelor din Lelesz şi Orade, totuşi nobilii Pop Nan şi Stefan Pank din Crăciunesci cu ómenii lor inarmaţi au năvălit asupra moşiei, au predat tótă moşia şi tóte averile Chinezului lui Petru Gherheş şi pe estu-a l'au scos din posesiunea; deci magistratul citănd pe numiţii inaintea sedriei, ei s'au infăcioşat cu o mulţime inarmată cu scutu, cu sabii, cu lance şi cu tot feliu de arme, suduind şi ameninţănd astfeliu, in căt neci sedria nu s'a potut ţine.

Nos Andreas de Thoos ac Petrus de Bellyen comites terre Maramorosiensis, nec non Petrus de Sapontza, alter Petrus Gherhes de Zarwazo, Ywan Banck de eadem et Michael Kwstula Iudices nobilium predicti comitatus memorie comendamus tenore presencium, quibus universis et singulis expedit, quod nobilis vir Petrus Gherhes de Zarwazo, Iudex nobilium eiusdem Comitatus nostram veniens in presenciam nobis significare curavit, quomodo nobiles viri Pop Nan et Stephanus Pank de Karatzonfalwa dicti nonnullorum latronculis se ipsis adiunctis quasdam possessiones suas videlicet Hothpatak vocitatas, quas possessiones ipse prefatus Petrus Gherhes, virorum Iuratorum predicti Comitatus in Curia regia juridice adjudicatas, sibimet adinvenisset et hucusque opptinuisset, nec non a regio nostro testimonio et homine Conventi (sic) de Lelez ac Conventi Waradiensis sepius statuisset, ipsi nobiles Pop Nan et Stephanus Pank cum latrunculis ipsorum agregatis, ad in superficiem preattacte possessionis manibus armatis et armorum generibus pergissent, Ibique Keneziem (sic) ipsius Petri Petri(bis) Gherhes, quem ipse in predictam possessionem statuisset, omnia

bona ipsius Kenezley videlicet porcos, pecora, equos et alia animalia latrocinaliter depredarunt, et ipsum fugatum omiserunt, et sepe fatum Petrum die Sabbato post festum beati Georgii preteritum de dominio predicte possessionis expullissent (sic) et omnem utilitatem eiusdem possessionis depredavit, et depredare latrocinaliter incuravit et permissit, potencia ipsorum mediante. Nos igitur audientes tale nephas in medio nostri factum et transactum ipsos sepe fatos nobiles Pop Nan et Stephanum Pank, ad sedem . . . . . convocare fecimus, et permisimus, et ipsi ad terminum convocacionis manibus armatis, videlicet clipeys, gladys, lanceys et armorum generibus, verum eciam latronibus copiosis inobedientes venerunt, et coram nobis nulla mera justicia requirentes, nec astare voluerunt, sed in sede nostra Iudiciaria, nos verbis illicitis verberaverunt, et nulla mera iusticia in predicta sede Iudiciaria per minas ipsorum prefatorum nobilium et ipsorum latrunculorum administrare potuimus et nec voluimus, hec predicta fide nostra mediante certificamus, et fatemur, harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zygeth in loco sedis nostre Iudiciaria (sic) feria tercia ante festum Penthecosten. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Din originalul scris pe papir provezut cu cinci sigille, din care numai trei există.

192.

1445. 21. Septembre. Petru Zovay comitele Maramureșan, adeveresce că de oră ce Pop Nan din Giulesci neci după admonițiuni n'a plătit glóbele stătorite in processele cu Petru Gherheș din Sarasеu, pentru acea Pop Nan a fost deținut ca un rebell.

Nos Petrus Zoway Comes Maramorosiensis et castellanus castri Hwsth damus pro memoria, quod Pap Nan de Gyulafalwa nobis ac presentibus (?) Comitibus in birsagys et judicialibus multis ac eciam in sentencys contra Petrum Gerhes vocatum de Zarwazo fe . . . . convinctus extitit, qui Pap Nan rebellione ac contumacia ductus, nobis ad plurimas nostras amoniciones per judices nobilium factas ac repetitiones multas, dicta birsagia nostra reddere et persolvere voluit (sic)

non curabat in nostrum preiudicium valde magnum, nos itaque eundem propter non solucionem birsagyorum nostrorum in sua propria persona detinuimus et captivamus tamquam sentenciatum et contumacem ac comiti suo non obedientem, ac iuri et iusticie non comparentem (?) In cuius rei evidenciam eidem Petro Gerhes literas nostras dedimus ad cautelam. Datum in Castro Hwsth in festo beati Mathey Ewangeliste. Anno Domini Mmo CCCCmo XLV.

Din originalul scris pe papir provezut cu un sigil imprimat.

193.

1446. 27. Mai. Buda. Judele Curiei regesci Ladislau de Palocz adeveresce, că intre Giula fiul lui Mykle din Şugatag şi frate seu Joan de o parte, şi intre Petru Gherheş din Saraseu şi fiii sei Georgiu, Simeon şi Thywodar de altă parte, s'a incheat o invoire fratéscă prin care de ar muri una parte fără eredi, atunci in averea ei se succédă partea cea l'altă, cum au fost invoiţi şi părënţii lor şi moşii lor.

Nos Comes Ladislaus de Palocz Iudex Curie regie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Gywla filius Mykle de Sugatagh personaliter onus et gravamen Iohannis fratris sui carnalis in infrascriptis super se assumpmens ab una, parte vero ab altera Petrus Gerhes de Zarwazo modo simili personaliter onera consimiliter Georgy, Simonis et Thywodari filiorum suorum modo simili in subnotandis, super se assumpmens coram nobis constituti, sunt confessi eo modo, quod sicuti predecessores ipsorum avi scilicet et patres eorum inter se mutua caritate sibi invicem fraternalem adunacionem fecissent, et inter se inivissent, sic et ipsi volentes dictorum patrum predecessorum et avorum ipsorum consvetudines et caritates mutuas indissolubiliter sequi et amplecti, inter se ipsos ac predictos fratrem et filium, ac successores eorumdem talem (sic) fecissent et inivissent fraternales composiciones, ut si nutu divino, cui humana fragilitas resistere non potest, aliquem vel aliquos eorum aut successorum ipsorum ab hoc seculo sine heredibus decedere contingeret, extunc universa Iura possessionaria talis partis decedentis, et

signanter in possessionibus Zlathina, Hathpataka, Kopachfalwa, Dezefalwa, Hernyechfalwa et Sugatagh vocatis in Comitatu Maramarosiensi existentibus habita et existentia, in partem remanentem et superviventem condescendi et derivari deberent eo facto, ad que premissa eedem partes se sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem partibus duximus concedendas. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Vrbani pape. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto(?)

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente.

194.

1447. 20. Januar. Tholnavár. Joan din Huniad Gubernatoriul Ungariei dăruesce lui Simeon din Cuhe, fratelui seu Joan, și verului seu Joan fiul lui Ivanca, pentru meritele lui Simeon căscigate in mai multe resbele și pentru mórtea fratelui seu Georgiu Mariș intêmplată in bătălia cu turcii, Kenesiatul din Cuhea ce a fostu a lui Georgiu Mariș, cu tóte drepturile și venitele cu care se țin alte Kenesiate.

Nos Iohannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis Symonis de Kohnya, per eum sacre regni Hungarie corone, et ex post nobis in pluribus nostris exercitualibus expedicionibus cum sui sanguinis effusione exhibitis, et presertim ob interempcionem condam Georgii Maris fratris eiusdem Symonis, alias in conflictu cum sevissimis Turcis habito, Kenesiatum de Konyha predicta in Comitatu Maramarosiensi habitum, quod prefati condam Georgy Maris prefuisset, simul cum omnibus Iuribus et proventibus, quibus aly Kenezy Keneziatum de Iure tenere consveverunt, eodem Symoni et per eum Iohanni carnali, ac alteri Iohanni filio Iwanka patruelis fratribus suis ipsorumque heredibus universis Iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum, dedimus, donavimus et contulimus'

ymmo damus, donamus et conferimus salvo Iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Tholnawar[2]) in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.[3])[4])

[1]) Georgiu Mariş era unchiul lui Simeon cum am vezut in diploma anului 1444. Sub No 189. si 190.

[2]) Datul diplomei cade după sfirşitul resbelului in contra imperatului Frideric, portat de Joan Corvinul in Austria şi Stiria.

[3]) Die transsumptul authentic al regelui Ladislau V. din anul 1453.

[4]) Din Cuhea şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Maros (1444.) Sztanka (1609.) Simon (1745.) şi in anii 1763—1768. familiele Buffte (1471.) Bizeu (1456.)

195.

1448. 30. Mai. Buda. La mandatul jedelui Curiei regesci Anna fiica lui Michael din Saraseu se introduce fără contraḑicere in posesiunea unei părţi de moşiă in Saraseu, ce a fost a tatălui ei.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez Salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras magnifici comitis Ladislai de Palocz judicis curie regie statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez, comes Ladislaus de Palocz judex curie regie amicitiam paratam cum honore, dicitur nobis in persona nobilis puelle Anna vocate, filie Michaelis de Zarwazo, quomodo ipsa in dominium totalis porcionis possessionarie prefati Michaelis patris sui in eadem possessione Zarwazo in comitatu Maramorosiensi existentis habite, ipsam omnis juris titulo concernentis legittime vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laczk de Krychfalwa, aut Sandor de Zarwazo predicta, vel Gywla de Swgatagh, sin Olaz de Wglya aut Thomas de Apsa, alys absentibus homo regius ad faciem dicte possessionis Zarwazo et signanter porcionis prefati Michaelis in eadem habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat anno-

tatam puellam Annam in dominium dicte porcionis possessionarie, statuatque eandem eidem premisso jure sibi incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatam puellam Annam regiam in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionarie Introductionis et statucionis seriem ut fuerit expediens, cum contradictorum et ewocatorum vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato domino regi fideliter rescribatis. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Vrbani Pape. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Nos igitur peticioni dicti comitis Ladislai de Palocz annuentes ut tenemur, una cum prefato Laczk de Krychfalwa, homine regio unum ex nobis, videlicet fratrem Michaelem presbiterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post festum divisionis apostolorum proxime preteritum ad facies dicte possessionis Zarwazo, consequenterque dicte porcionis possessionarie, annotati Michaelis de eadem Zarwazo in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis, videlicet Petro Gerhes de eadem Zarwazo, ac Georgio filio eiusdem, et Thywadar filio Petri de Zaponcza inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legittimis et consvetis diebus permanendo, prefatamque nobilem puellam Annam filiam Michaelis de Zarwazo in dominium premisse totalis porcionis possessionarie dicti Michaelis introducendo, eandemque eidem, cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuscunque statuissent, perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore inibi apparente. Tempore vero huiusmodi fassionis dictorum regy et nostri hominis in facto Statucionis premissorum, Lucas filius Iwan et Iohannes filius Andree de dicta Zarwazo coram nobic astantibus, premisse introduccioni et statucioni pretacte porcionis possessionarie dicte puelle Anne fiende plenum consensum prebuerunt pariter et assensum. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introduccionis et statucionis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente, ce atĕrnă de fir de lănă, pe cănd tóte, căte le cunoscu, sunt de metasă de colóre diferită.

196.

1448. 3. Juniu. Buda. Joan din Huniad gubernatoriul ţerei in recompensarea vitejiei arctate prin Michail fiul lui Tatul şi Bogdan din Jalova in mai multe tabere mai ales in contra Turcilor, dăruesce lor moşiile Crăciunesci, Bocicou şi Lunca devolute asupra S. Coróne după repausarea fără successori a lui Stefan Pancu din Crăciunesci.

Nos Iohannes de Hunijad, regni Hungarie gubernator memorie commendamus tenore presentium significantes quibus incumbit universis quod nos consideratis et in memoriam nostri revocatis multimodis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis atque sinceris complacentiis Egregii Michaelis filii condam Thathwl de Ilholtz et Bogdan de eadem, quibus ipsi sacre regni Hungarie Corone, et expost nobis in plerisque locis, et temporibus opportunis Signanter vero diversorum exercituum, tam regalium quam nostrorum sicuti contra seuos Turcos nominis huius regni Hungarie emulos motorum expedicionibus suprema cum fidelitate, non sine sui sanguinis effusione ac rerum familiarium suorum amissione studuerunt complacere, intuitu quorum volentes ipsis nostram exhibere benevolentiam favorosam, quasdam possessiones Karachonfalwa, Bothko et Lompka vocatas in Comitatu Maromorosiensi habitas, que condam Stephani Pank dicti de eadem Karachonfalwa prefuissent, sed per defectum seminis eiusdem ad sacram coronam deuolute fore perhibentur, item totum et omne Ius Regium si quod in eisdem Regia haberet serenitas aut ipsius quibuscunque modis et rationibus concerneret maiestatem simul cum cunctis earundem et ipsius utilitatibus et pertinentiis terris scilicet arabilibus cultis et incultis, pratis siluis et signanter silua Fekethewerdew vocata Item alpibus, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis fluviis Molendinis, atque molendinorum locis, generaliterque quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de Iure spectantibus et pertinere debentibus sub Ipsarum et eiusdem veris metis et antiquis, sub quibus hactenus tente sunt et possesse auctoritate nostre gubernationis nec non consensu et voluntate universorum . . . . ut prefertur stantibus et se habentibus dedimus, donauimus et contulimus ymo damus, donamus et conferimus Iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum tenendum pariter

et habendum Saluo Iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude feria secunda proxima post festum beate Petronelle virginis, et martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

S'a publicat prin Comitele Jos. Teleky (Hunyadiak kora t. X. p. 229.) Stefan Pancu din Crăciunesci era in viéția și la anul 1450. cum ne aréta diploma de la vale din acest an.

197.

1449. Buda. 9. Aprilie. Prelații, Baronii și Nobilii țerei adeveresc, ca Joan fiul lui Petru și alt Joan fiul lui Mic din Urmező s'au impăcat cu Stefan fiul lui Sandrin și alt Stefan fiul lui Petru numit Bolond din Bilke in privința moșiei Herince, și a părților din Lipce impărțindu-le in dóue.

Nos prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie universi memorie commendamus, quod Iohannes filius Petri de Wrmezeu onera et gravamina alterius Iohannis fily Myk de eadem Wrmezeu in se assumendo ab una, parte vero ab altera Stephanus filius Sandrini et alter Stephanus filius Petri dicti Bolond de Bylke in . . . . oneribus et quibus libet gravaminibus eiusdem Petri Bolond necnon Sandrini, Stephani et Iohannis filiorum Elie, item alterius Iohannis fily Petri ac Gorzo fily Dragus et Iwan fily eiusdem Gorzo de prefato Bylke in se assumptis coram nobis personaliter constituti, per eundem Iohannem filium Petri sponte confessum extitit et relatum in hunc modum, quod . . . . . ipse ac dictus alter Iohannes filius Myk una cum prefatis utroque Stephano ac Petro Bolond . . . . . preatactis nobilibus de prefato Bylke racione et pretextu cuiusdam possessionis Haryncha et porcionis possessionarie in possessione Lypche vocata in Comitatu Maramarosiensi existentis et habite in presentibus octavis festi epiphaniarum Domini coram nobis in lite extitissent, tamen ordinativa composicione plurimorum proborum et nobilium virorum pacem parcium zelancium interveniente, ad talem devenissent concordie unionem, ut ipse Iohannes filius Petri suo et pretitulati alterius

Iohannis fily Myk, cuius onus ut premissum est, in se assumpsisset, nominibus premissam causam omnino primitus condescendi faciendo, directam et equalem medietatem tam prescripte possessionis Herenche, quam eciam porcionis possessionarie in antefata possessione Lypche existentis simul cum terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, aquis, molendinis, fluvys, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum ipsarum integritatibus ad easdem ab antiquo de Iure pertinentibus, memoratis utrique Stephano, Petro Bolond, Sandrino, altero Stephano ac Iohanni, necnon altero Iohanni ac Gorzo et Iwan de predicta Bylke ipsorumque heredibus et posteritatibus universis perpetuo et irrevocabiliter per eosdem possidendas, tenendas pariter et habendas dedisset, donasset et contulisset, ymo dedit, donavit et contulit coram nobis talimodo, quod si temporis in eventu divino Iudicio permittente aliquam prescriptarum parcium absque heredum solacio ab hoc seculo migrare contigerit, extunc huius modi medietas dicte possessionis Herenche et altera medietas porcionis possessionarie in ante fata possessione Lypche existentis habite in partem super viventem et eius heredes conde . . . . . . ad omni . . . . . . prescripti Ioannes filius Petri ac utrique Stephanus de Bylke, ut premittitur, in nostri presencia personaliter astantes oneribus et gravaminibus quorum supra in se assumptis se spontanea obligarunt . . . . harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude octuagesimo septimo die octavarum festi Epiphaniarum domini predictarum. Anno eiusdem M° CCCC° XXXX° nono.

Originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat se află in archivul lui Valentin Gorzo in Komlos, copia de la Georgiu Petrovay.

198.

1449. Sziget. Patru juḑi ai nobililor din Comitat adeveresc, ca de órece fiul lui Petru Gherheș din Saraseu pentru o faptă potențiariă a fost judecat se plătéscă comitelui Kenderes și lui Pop Nan 50. de marce Budense, și pe acest din urmă ne avĕnd de unde se-lu indestuléscă, Petru Gherheș a impignorat a treia parte din moșia Breb cu condițiunea, că el seu urmașii sei ori cănd ar intórce suma de dóueḑeci și cinci marce, Pop Nan se fiă indătorat a restitui loru numita partea a treia.

Nos Blasius de Barzanfalwa, Michael Nan dictus Szlatinay, Stephanus Gerhes de Zarwazo et Erdew de Vgla, quatuor Iudices nobilium Comitatus Maramorosiensis, Memorie commendamus quibus expedit, quod cum ab incarnacione domini . . . . . Iohannes de Hwnyad, egregium virum Kenderes nostrum Comitem sua in persona simul cum nobili Briccio de Pozon in hac provincia eosdem Iudicare dimiserat, tunc venientes ad sedem Judiciariam in Zygeth nobiles viry Petrus Gerhes de Zarwazo ab una, parte vero ex altera Nan Pop dictus, nobis ipsi quoque comiti nostro taliter dixerunt, quod inter ipsos a multis temporibus contencio, discordia atque litis materia ventillata fuisset, in facto quarumdam possessionum. Nos quidem auditis parcium proposicionibus una cum comite nostro revidentes et percipientes omnem iusticiam dicti Petri Gerhes, pro ut eciam in Iudicio sedis Budensis, super memoratum Nan Pop iam fatas duas possessiones Hodpataka et Kopachfalwa Iudicio eluctasse, misit idem noster comes quatuor Iudices Nobilium, suosque familiares ad deducendum et restatuendum ipsum sepe fatum Petrum ad prescriptas possessiones simul universos proventus dictarum possessionum . . . . . que filius dicti Petri, in quodam facto potencialiter egerat, super quinquaginta marcas Budenses convincatus fuerat contra amnotatum Nan Pop, comiti nostro de viginti quinque marcis penitus satis faciens, ipsique Nan Pap dicto non habebat Idem Petrus unde satis faceret, Comesque noster pro ipsis viginti quinque marcis terciam partem dicte possessionis Hodpathaka ipsi prefato Nan Pop dedit more pignoris, hunc modum, quod dum et quando Idem Petrus XX. tiquinque marcas eidem Nan Pop persolverit, tunc Idem Nan Pop omni difficultate procul posita, confestim

dicte possessionis terciam partem remittere teneatur et debeat in quo ambe partes contenti coram comite et nobis . . . . . Anno eiusdem domini ab incarnacione millesimo CCCCXLVIII. In presenti anno Idem Nan Pop veniens in presenciam nostri comitis, dicens prouti disposicionem minime iustificaret et non contentaret, Iudicio nostro, quia non rectam terciam partem dicte possessionis Hodpathaka ipsi dedissent, et iuxta iudicium comitis et nostri, ipsumque in possessione non servarent, ipseque noster comes de novo et ex novo altera vice, transmisit Iudices nobilium Stephanum de Zarwazo, Blasium de Barsanfalwa aliosque Nobiles viros Iohannem Veresmarthy et Michaelem de Barthfalwa, ipsum iam fatum Nan Pop ad restatuendam et deducendam rectam terciam partem dicte possessionis Hodpathaka, quiquidem Petrus et Nan Pop utraque partes presente Comite et nobis contenti facti extiterunt, tamen hoc non pretermittentes, quod dum et quando Idem Petrus Gerhes vel sui proles aut generaciones quicunque prescriptas XX. tiquinque marcas eodem Nan Pop vel suis filys vel generacionibus persolveret, vel persolverent, rursum occasione et crastinacione idem Nan Pop aut sui iam dictam terciam partem possessionis Hodpathaka, ipsi Petro Gerhes aut suis debeat remittere et resignare, quibus contenti extiterunt utraque partes coram nostro comite et nobis. In cuius rei memoriam literas nostras superinde duximus concedendas. Sub nostris sigillis emanatas. Scriptum in Zygeth anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Din originalul scris pe papir, provezut cu patru sigille.

199.

1450. (?). Magistratul comitatului adeveresce, că la intrevenirea mai multor nobili, Ivanka din Giulesci s'a impăciuit cu Miclea din Şugatag astfeliu, incăt a resignat acestui-a moşia intréga Hernicesci, éra Miclea a abdis de dreptul seu la jumetatea moşiei Dorozlofalva, la moşia intrégă Copaciufalva şi la partea a patra a moşiei Giulesci.

Nos Nicolaus de Zeredahely vicecomes Maramorosiensis, et quatuor Iudices nobilium de eodem puta Iuan Bank de Zarwazow, Danch de Vanchikfalwa, Iuan Goztolya de Feyrfalwa, Ivasko de Bedeu ac

universi nobiles de eodem, memori(e) commendamus quibus expedit universis tenore presentium significantes, quod Iuanka de Gulafalua Miclem de Sugatag coram nobis in sedem Iudiciariam adtraxit propter quendam possessionem Hernechfalva vocatam, inter quos viri nobiles consurgendo videlicet Vanch Gherges, Danch de Vanchikfalva, Vana Niger, Iuan Goztolya, Stephanus Bud ambarum partium pacem ordinantes, puta Iuancam de Gulafalva et Miclem de Sugatag concordare procuraverunt dispositione tali, quod predictus Micle dicto Iuanche propter Hernechfalva concessit mediam partem possessionis Dorozlofalva vocate, et Kopachfalva[1]) possessionem totam autem integraliter, Insuper quartam partem Gulafalva vocate, cum earum terris arabilibus, pratis et aquis, montibus et vallibus fructibus, concessit in filios filiorum perpetue possidendas, Iuanka vero prephatus resignavit eidem Micle de Sugatag possessionem Hernechfalva integraliter cum suis terris arabilibus, pratis, silvis, aquis et montibus, imo concessit deditque cum omnibus utilitatibus et fructibus in filios filiorum perpetue et irrevocabiliter possidendas constitutione tali cum interserta et vinculo, ut si aliqua pars in processu temporum dictam causam renovaret seu refringeret, tunc talis renovans contra partem non renovantem in quinquaginta marcas Budaienses convincatur . . . . In cuius rey memoriam concessimus nostras literas eidem . . . . .[2])[3])

[1]) Dorozlo (Dobrozlav) falva şi Copaciufalva sunt moşii astăḑi de tot necunoscute.

[2]) Anul lipsesce din document, dér Joan Bank din Saraseu si Danciu din Văncesci erau juḑii nobililor in anul 1437. (Venzel krit. fejt. p. 40.)

[3]) Din originalul provezut cu 5. sigille, l'a copiat şi mi l'a comunicat directorul Stefan Szilágyi; el a determinat şi anul aproximativ.

200.

1450. Luca diacul fiul lui Joan din Văncesci și frații sei, alt Luca și Maxim se invoesc cu Sandor fiul lui Gregoriu din Crăciunesci, și cu Stefan Panky fiul lui Georgiu din Crăciunesci că vor porta impreună expensele processului, ce au redicat in contra lui Michail Thathul pentru occuparea moșielor lor Crăciunesci, Bocicou și Lunca.

. . . . Quod Lucas Diak filius Iohannis de Vanchokfalva pro se personaliter, ac pro altero Luca et Makzem de dicta Vanchokfalva fratribus suis uterinis, quorum onera et gravamina ad subscripta observanda super se recipiendo ab una, parte autem ab altera Sandor filius Gregory de Karachonfalva similiter personaliter pro se et pro Stephano Panky filio Georgii de eadem Karachonfalva fratre suo patrueli, cuius onus in subnominandis observandis, conformiter super se levans, coram nobis constituti, per eosdem Lucam et Sandor confessum extitit pariter et relatum. Quod ipsi matura inter se deliberatione prehabita, ex quo possessiones eorum Karachonfalva predicta, Bachko et Luc vocate in Comitatu Maramarosiensi existentes et habite, ipsos omnis juris titulo concernentes, apud manus Michaelis Thatho occupative haberentur, ratione cuius ipsi una cum Michaele Thatho in lite et causa procederent, ideo ipsi sibi Ipsis hoc assumpsissent, ut ipsi unanimiter ad prosecutionem dictarum causarum usque ad decisionem ejusdem communes expensas facere, et exponere tenerentur.

Acest fragment se află in copia intre actele processului de producțiune al familiei nobile Godsia din Văncesci (in archivul Comitatului III. 1785/50.) ér in original in Conventul din Lelesz (Elenchus A. 1433—1499. F. 11. fasc. 23.)

201.

1450. Fragmentul literilor de protestare a mai multor nobili din Bărsană in contra introducerei făcută in ascuns in favorul lui Michail și Ambrosiu din Dolha in posesiunea moșiei Bărsană.

. . . . de Barczanfalwa nostram personaliter veniens in presenciam in sua ac cuiusdam Dragomer . . . . . sy de eadem divisionalis fratris suorum personis dixit protestando: quomodo prout . . . . . Michael et Ambrosius fily Stanislai de Dolha . . . . . cum . . . . . de eadem predicte . . . . Barczanfalwa vocate in . . . . . Comitatu Maramorosiensi existen . . . . habite ipsos . . . . . tulo concernen . . . . . clam et occulte introduci eandemque ipsis statui facere pro . . . . ipsorum grande juris preiudicium ac periclitacionem atque dampnum valde magnum . . . . . facta prefatos utrosque Michaelem et Ambrosium de Dolha ab huiusmodi fraudulenta machinacione, statucione et introductione predicte possessionis Barczanfalwa occupacioneque, detencione, utensione et utilitatum eiusdem quarumcumque ipsis percepcione, statui faccione etc. in dominium premisse possessionis Barczanfalwa in octava sui in parte intromissione factis vel fiendis . . . .

Conventul din Lelesz (Actorum No 44. anni 1450.) Copia dela Georgiu Petrovay.

202.

1450. 9. Marțiu. Buda. Mandatul lui Joan din Huniad Gubernatoriul Țerei către nobilii Ivanka și Georgiu din Giulesci ca se se lase de amenințările ce au redicat in contra lui Petru Gherheș din Saraseu, care a mijlocit sentință definitivă in contra lui Pop Nan seu, „Țigan" Nan; in cas contrar s'a demandat lui Odwardus Comitelui Maramureșului, se-lu aperă in drepturile sale pe Petru Gherheș in contra ori și cui.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator, Nobilibus viris Georgio Iwanka et alteri Georgio de Gywlafalwa salutem, reffert nobis nobilis Petrus Gerhez de Zarwazzo, quomodo vos eidem, ex eo quia ipse contra Pop Nan de dicta Gywlafalwa sentenciam pro quibusdam factis extraxisset deffinitivam, diversas minas mortis et maleficiorum genera imponeretis, qua propter harum serie vobis et vestrum cuilibet presentes visuris firmiter committimus et mandamus, quod agnitis presentibus eundem Petrum racione propria impedire aut perturbare quoquomodo non debeatis, si vero quid contra eundem Petrum annotatum haberetis, id coram nobis Iuridice prosequamini, alioquin commisimus et per presentes committimus egregio Odwardo Comiti nostro Maramorosiensi ut eundem Petrum contra quoslibet Impetitores et signanter adversus vos et Chygan Nan tueatur et protegat. Si vero idem Odwardus super premissis ex auditorum per eundem Petrum testium productorum verissime sciscitari poterit, ex tunc ipse eciam per . . . . raciones et alia remedia opportuna vos et vestrum quemlibet, qui huiusmodi maleficiorum genera inferre volueritis, compescat et retrahat. Iusticia mediante. Aliud igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibienti restituetis. Datum Bude feria secunda proxima ante festum Beati Gregorii pape. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Commissio propria dni Gubernatoris.
Chigan Nan est interpositum per me
Petrum de Sary.

Din originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat.

203.

1450. 30. Marţiu. Timişóra. Mandatul lui Joan din Huniad gubernatoriul ţerei pentru introducerea lui Simeon plebanul din Huszt vicariul general al Maramureşului in cele spirituale şi a fraţilor sei nobililor Paul şi Joan din Keselymező, in posesiunea moşiei intregi Keselymező şi in părţile de moşii in Lipce şi Herince. Introducerea se face fără contradicere.

Joannes de Hunyad regni Hungariae gubernator etc. Honorabili conventui ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem cum honore. Dicit nobis honorabilis Simon plebanus de Huzth vicariusque terrae Maramorosiensis in spiritualibus generalis, in sua ac nobilium Pauli et Ioannis de Keselumezew fratrum suorum personis, quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Keselymezew praedictae ipsos exponentes jure haereditario, et portionum possessionariarum in possessionibus Lipche et Herynche vocatis omnino in Comitatu Maramarosiensi existentium ipsos titulo emtionis concernencium legitime vellent introire. Super quo vestram honorabilitatem requirimus vobisque auctoritate nostra firmiter committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes vel Ianko de Urmezew, aut Benche sin Ladislaus sive Michael de . . . falva, aliis absentibus homo noster ad facies praescriptarum possessionis Keselewmezew et portionum possessionariarum . . . . possessionibus Lipche et Herinche habitarum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, Introducat praefatos honorabilem dominum Simonem vicarium ac Paulum et Ioannem de sepe dicta Keselwmezew fratres ejusdem Simonis in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos Simonem, Paulum et Ioannem in praesentiam competentem rationem contradictionis eorumdem reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem domino Iudici Curiae Regiae suo modo rescribatis. Datum in Themesvar feria secunda proxima

post dominicam Ramis Palmarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Mandati ipsius executionis brevissima relatio habetur dorso ejusdem adnotata tali sub tenore: Ladislaus de Krichfalua noster frater Stephanus feria secunda post Pentecostes accessissent et statuissent, nullo contradicente, praesentibus vicinis Ladislao et Petro castellanis Castri de Huzth, ac providis Georgio judice oppidi Huszth ac Ladislao de Lipche.

Gonventul din Lelesz. (Statutoriarum H. 108.) Reşedinţia episcopului catolic in Agria fiind fórte depărtată, e de mirat, că numai a rară ori intelnim vicari in cele spirituale.

204.

1450. 16. Juniu. Pesta. La mandatul judelui Curiei regesci, Michail fiul lui Stefan voivod din Dolha, alt Michail fiul lui Bogdan, Ambrosiu fiul lui Stanislau, Joan fiul lui Georgiu Porcolab, Michail Orda şi Georgiu Peterman se introduc fără contradicere in posesiunea moşiei Moiseni.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conuentus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Saluatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici comitis Ladislai de Palowcz Iudicis curie regie statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba. Amicis suis reverendis Conventui ecclesie de Lelez. Comes Ladislaus de Palowcz Iudex curie regie amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Michaelis filii Stephani Wayvoda de Dolha, ac alterius Michaelis filii Bogdan, Ambrosij filii Stanislai, Ioannis filii Georgii Porkolab et Michaelis Orda, nec non Georgii Peterman. Quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Mayze vocate in comitatu Maramarosiensi existentis habite, Ipsos omni Iuris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iwan Bank dictus de Zarwazo, vel Blasius de Barczanfalwa, sive Michael de Farkasrew, aut Petrus Leuk, sin Sandri-

nus de Baly aliis absentibus homo regius ad faciem prescripte totalis possessionis Mayze vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Michaelem filium Wayvoda de Dolha, et alios predictos in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem premisso iure ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsius introduccionis et statucionis seriem ut fuerit expediens cum contradictorum, et evocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato domino Regi fideliter rescribatis, Datum in Ciuitate Pestiensi feria tercia proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martyrum, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Nos igitur peticioni dicti Comitis Ladislai de Palowcz, annuentes ut tenemur, una cum prefato Blasio de Barczanfalwa, homine regio unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbyterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem inde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum ad Vincula beati Petri Apostoli proxime preteritum ad faciem prescripte totalis possessionis Mayze comitatu in prescripto existentis et habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Nicolao et Naan de Vissey, ac Thiwadar, Ioanne et Andrea de Dragomerfalwa, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo, prefatosque Michaelem filium Wayvode de Dolha, ac alterum Michaelem filium Bogdan, Ambrosium filium Stanislai, Ioannem filium Georgii Porkolab et Michaelem Orda de eadem Dolha, nec non Georgium Petermann, in dominium eiusdem totalis possessionis Mayze introducentes, eandemque eisdem cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, sylvis, pratis, aquis et earum decursibus, montibus, alpibus, aliis eciam quibuscunque utilitatibus, ad eandem pertinentibus premisso iure ipsis incumbente statuissent perpetuo possidendam, nemine penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas nostras privilegiales alphabetoque intercisas sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo supradicto.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum No 56. Anni 1450.) S'a publicat prin Com. Teleky. Hunyadiak kora t. X. 269. Se află şi intre actele familiei Man din Sieu.

205.

1450. 18. Juniu. Buda. Mandatul palatinului ţerei pentru introducerea lui Michail fiul lui Stefan Voivod din Dolha in posesiunea jumetăţei din Rosalia, şi alor patru sesiuni jobagionale din Poeni. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri domini Ladislai de Gara regni Hungarie palatini et Iudicis Cuma norum statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba, amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez Ladislaus de Gara regni Hungarie Palatinus et Iudex Cumanorum amicitiam paratam cum honore. Dicit nobis Michael filius Stephani Woyvode de Dolha nobilis Comitatus Maramorosiensis, quomodo ipse in dominium directe medietatis possessionis Hrozavlya vocate ac eciam quatuor sessionum Iobbagionalium in possessione Polyana apellata in dicto Comitatu Maramorosiensi existencium habitarum ipsum omnis juris titulo concernencium legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Michael Thathul de Ilhoucz aut Blasius de Barczanfalva, sin Sandrinus Balya de Iood aliis absentibus, homo noster ad facies dictarum possessionum Hrozawlya et quatuor sessionum in ipsa Polyana habitarum vicinis et conmetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Michaelem filium Wayvode in dominium earundem statuatque eosdem eidem eum cunctis earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, montibus, alpibus aliisque quibusvis utilitatibus ad easdem undique pertinentibus Iure sibi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra antefatum Michaelem nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contra-

dictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem, cum contradictorum si qui fuerint, ac vicinorum et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude feria quinta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martyrum. Anno domini 1450. Nos igitur peticioni dicti domini Ladislai de Gara palatini annuentes ut tenemur una cum prefato Blasio de Barczanfalva homine ipsius palatini unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbiterum ad premissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt. Quod ipsi die dominica proxima post festum ad vincula beati Petri apostoli proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Hrozawlya et Polyana vocatarum comitatu in prescripto existencium, sequenterque directe medietatis eiusdem Hrozawlya et quatuor sessionum Iobbagionalium in ipsa Polyana habitarum vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Sandrino et Ioanne de Iod, ac Ioanne et Gregorio de Sayo, nec non Andrea et Tivadar de Dragomerfalva inibi legitime convocatis accessissent in quarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, prefatumque Michaelem filium Stephani Woyvode in dominium earundem medietatis Hrozavlya et quatuor sessionum in ipsa Polyana habitarum introducendo, easdemque eidem cum cunctis earum utilitatibus et pertinenciis quibus libet, terris scilicet arabilibus, sylvis, pratis, aquis et earum decursibus, montibus, alpibus aliis eciam quibuscumque utilitatibus ad easdem pertinentibus premisso iure sibi incumbenti statuissent perpetuo possidendas. Nemine penitus contradictore inibi apperente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas nostras privilegiales alphabethoque intercisas, sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die introduccionis et statucionis prenotatarum anno domini 1450.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. No 51.) S'a publicat prin comitele I. Teleky (Hunyadiak kora t. X. p. 272.) Din Rosalia și-au produs nobilitatea in anii 1763—1769. familiele Rac, Pap. (1688.)

206.

1450. 19. Juniu. Mandatul palatinului Ladislau de Gara cătră Conventul din Jaszo, pentru statuirea lui Thoma şi Blaşiu numiţi Dan, — Pap Costa, Todor fiii lui Michail Zlaph din Apşa de jos in posesiunile lor Apşa de jos şi Apşa de mijloc; de odată pentru reambularea metelor acestor moşii, Relaţiunea conventului lipsesce.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Iazo, Ladislaus de Gara regni Hungarie palatinus et judex Cumanorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Thomae et Blasii Dan dictorum, Pap Koztha, Thodor, filii Michaelis Zlaph de Also-Apsa, quomodo quaedam possessiones eorum Also-Apsa praedicta et Kezepse-Apsa apellatae in comitatu Maramaros adiacentes erga manus eorum pacifice habitae legitima reambulatione et novarum metarum erectione plurimum indigerent, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Vlad de Gywlafalva, vel Ladislaus de Kirysfalva, aut Michael de Feyereghaz, sin Sandrinus de Zarwazou, aliis absentibus homo noster ad facies praefatarum possessionum Also-Apsa et Kezepsew-Apsa vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulent easdem, per earum veras metas et antiquas, novas juxta veteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus separatas et distinctas relinquat et committat praefatis exponentibus cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis quibus libet eo jure, quo eisdem dinoscitur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram in praesentiam ad terminum compententem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi possessionariae reambulationis, et statutionis seriem, cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, ac cursibus metarum inibi erigendarum, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae feria quinta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum. Anno domini millesimo, quadringentesimo quinquagesimo.

Conventul din Lelesz. (Protocollum Metalium Cottus Maramaros No 7.) Vedem din acest mandat ca proprietarii din Apşa de jos erau proprietari şi in Apşa de mijloc si vice versa, precum sunt si aḑi.

207.

1450. 20. Juniu. Buda. La mandatul judelui Curiei Ladislau de Palocz se face fără contraḑicere reambularea metelor posesiunei Borșa la cererea lui Nicolau și Luca fiilor lui Stefan, și a lui Naan fiul lui Hotco din Vișeu.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos litteras magnifici comitis Ladislai de Palocz judicis curie regie, reambulatorias et statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba. Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Lelesz, comes Ladislaus de Palocz, judex curie regie, amicitiam paratam cum honore, Dicitur nobis in persona Nicolai et Luce filiorum Stephani ac Naan fily Hoghko de Wisso, quomodo quedam possessio ipsorum Borsa vocata in comitatu Maramorosiensi existens, legittima reambulatione, metarum ereccione et sibi ipsis statui faccione plurimum indigeret. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Koztha de Feyerfalwa, vel Stephanus de Lypse, aut . . . . us de Krysfalwa, neve Bogdan vel Sandrinus de Iod, alys absentibus, homo regius, ad facies prescripte possessionis Borsa vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarys erigendo, reambulatamque et ab aliorum Iuribus possessionariis metaliter separatam et distinctam statuat et committat prefatis Nicolao filio Stephani de Vysso et alys predictis Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra antefatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huius modi possessionarie reambulacionis, statucionis et evocationis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum ac contradictorum et evocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse possessionarie reambulacioni et statucioni intererunt nominibus, et termino assignato domino regi fideliter rescribatis. Datum Bude sabbato proximo post festum beatorum Viti et

Modesti martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Nos igitur peticioni dicti comitis Ladislai de Palocz annuentes, ut tenemur, una cum prefato Bogdan de Iod homine regis unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbiterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima post festum ad Vincula beati Petri Apostoli proxime preteritum, ad faciem prescripte possessionis Borsa vocate, comitatu in prescripto existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Georgio Pethermann de Sayo, Michaele Orda de Ordonafalva,[1]) ac Ivasko patre eiusdem Michaelis de eadem, inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, eandemque possessionem Borsa per suas veras metas et antiquas undique reambulando, reambulatamque et ab aliorum Iuribus possessionarys metis infra dicendis separatam et distinctam nominatis Nicolao et Luce filys Stephani ac Naan filio Hoghko, ipsorumque heredibus ac fratribus quibus concernit premissis Iure ipsis incumbenti statuissent et commisissent perpetuo possidendam, Nullo contradictore inibi apparente. Mete autem et cursus metales quibus ipsi prescriptam possessionem Borsa a prescriptis Iuribus aliorum metaliter separassent et sequestrassent, prout ydem regius et nostri homines nobis recitarunt, hoc ordine protenderentur. Quod primo incepissent a parte meridionali penes quendam rivulum, qui vocatur Hatharpathaka,[2]) qui exiret de Keweshawas[3]) et caderet in alium rivulum Wyso, penes quem a parte occidentali unam metam terream de novo sublevassent, deinde ad plagam septemtrionalem dictum rivulum Wyso pertranseundo per magnum spacium inter magnas silvas Feketheerdew[4]) nominatas pervenissent ad alium rivulum Wypathak apellatum, et ipsum rivulum pertranseundo, eundo per longum spacium pervenissent ad unam vallem Kethberzk . . ., vocatam, inde declinando ad partem orientalem per (magnum spaci)um in dicta silva Feketheerdew pergendo v . . . . . ad quendam rivulum Prodanpathaka vocatum usque ad originem ipsius rivuli ascendendo de hinc declinando a parte orientali ad partem meridionalem . . . . . spacium eundo pervenissent ad . . . . montem Prodanhavasa dictum . . . . . ipsius montis . . . . . . de hinc . . . . . . per competens spacium ipsa plaga servata . . . . montis . . . . pervenissent ad alium montem Lwkachhavasa vocatum. Et inde eadem plaga servata et in vertice eiusdem montis eundo per longum spacium inter rubeta Gyalogfenyew vocata, pervenissent ad unum magnum

montem Balashavasa[5]) appellatum. Ab hinc eadem plaga servata et in vertice eiusdem montis eundo non modicum spacium, pervenissent ad quendam montem Theerhavasa[6]) nominatum, et in vertice eiusdem montis currendo per competens spacium, pervenissent ad unum fluvium Bezthrecze nominatum. Et ipsum fluvium pertranseundo, procedendo ad eandem plagam meridionalem, inter magnas silvas eundo per longum spacium pervenissent ad unum locum Mezewhavaslab[7]) vocatum. Ab hinc procedendo ad eandem plagam meridionalem per longum spacium pervenissent ad unum magnum montem Kothankhavasa appellatum. De hinc declinando ad partem occidentalem et in vertice eiusdem montis per competens spacium in quodam campo currendo pervenissent ad quendam montem magnum Stholhavasa[8]) vocatum, et ab eodem monte descendendo eadem plaga occidentali servata in magno campo currendo per magnum spacium, pervenissent ad unum magnum lapidem Pokolkew[9]) appellatum. Ab hinc eadem plaga servata, descendendo de lapide venissent in quandam magnam silvam, et in eadem silva satis bonum spacium procedendo, venissent ad unum locum Solyomkew vocatum. Ab hinc procedendo ad eandem plagam occidentalem inter magnas silvas Ffeketheerdew nominatas, et easdem pertranseundo, pervenissent ad unum locum Bykakew nominatum. Ab hinc procedendo ipsa plaga continuata, inter rubeta Gyalogfenyew nominata, per longum spacium eundo pervenissent ad unum montem Keweshawasa vocatum. Et ibi erecciones metarum predicte possessionis Borsa a partibus universorum Iurium possessionariorum quorumlicet circumadiacentium habitorum terminassent, premissa namque loca notabilia, montes scilicet et alpes ac rivulos, et lapides, aliaque loca superius lucutata (sic) et post sese declarata, pro metis et signis metalibus predicte possessionis Borsa separancia et distingentia, reliquissent et commisissent, tenenda possidenda et habenda. In cuius rey memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum vigesimo quinto die diei executionis premissorum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.[10])[11])

1) Ordonafalva=Leordina.
2) Hatharpatak=Valea Hotarului, dela Borșa către apus.
3) Keweshavas=Muntele Petrosu (inalt de 2305. metre.)
4) Feketeerdew=Pădurea négră, seu de brad.
5) Balashavasa=Muntele Bălăsinésa lăngă Cibou.
6) Theerhavasa=Toroiaga, către amédiă nópte de Borșa.

[7]) Mezewhavaslab=Muntele numit „Picioru Şesului."

[8]) Stholhawasa=Muntele Şciol.

[9]) Pokolkew=Muntele Piatra Rea. Proprietatea familiei nobile Anderko de Homorod.

[10]) Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente. Din Borşa şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele Sandrin (1456.) Danciu (1456.) Mihaly (1594.) Malina şi Grec seu Moldovan; in anii 1763—1768. familia Timiş (1456.)

208.

1450. 26. Juniu. Buda. La mandatul palatinului se împărţesce moşia Văleni in dóue părţi egale, intr'una se introduc Blaşiu şi Hodor din Bărsană, altă remâne lui Stefiu, Michaile Gostolean, Demetriu Nemeş, Joan Radul, Manuile, Popa Costan şi lui Ladislau din Feresci.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Stanislaus praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri domini Ladislai de Gara regni Hungariaepalatini et Iudicis Cumanorum statutorias nobis directas reverenter recepimus in haec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez. Ladislaus de Gara regni Hungariae palatinus et Iudex Cumanorum. Amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Blasy et Hodor[1]) de Barczanfalva: Quomodo ipsi una cum Ztheczk, ac Michaele Goztholyan[2]) de Fejerfalu, Demetrio Nemes, Ioanne Radul, Monajla, Pap Kozta et Ladislao de eadem Fejerfalu, in possessione Mikolapatak in comitatu Maramarosiensi existente divisionem habere vellent congruentem: Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus aut Lazarus de Buthfalva, seu Michael Lad de Gyulafalva, vel Ladislaus de Kricsfalva, aliis absentibus homo noster ad praefatum Ztheczk et alios praenominatos accedendo, admoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro, ut ipsi de praescripta possessione Micolapataka . . . . divisionem aequalem dare debeant et teneantur. Qui si fecerint bene quidem, alioquin evocet eosdem contra

annotatos exponentes nostram in praesentiam, ad terminum competentem, rationem super inde reddituros. Et post haec huiusmodi admonitionis et evocationis seriem cum admonitis et evocatis, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima post festum nativitatis beati Ioannis baptistae. Anno Domini 1450. Nos igitur peticioni dicti domini Ladislai de Gara palatini obedientes ut tenemur, una cum praefato Lazaro, homine ejusdem domini palatini unum ex nobis, videlicet fratrem Michaelem presbyterum ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominica proxima ante festum beati Laurentii martyris proxime praeteritum ad praedictam villam Fejerfalu vocatam comitatu in praescripto existentem et habitam accessissent, ubi praelibatos Ztheczk, Michaelem Goztholyan de Fejerfalu, ac Demetrium Nemes, Joannem Radul, Monaila, Pap Koztha et Ladislaum de eadem Fejerfalu personaliter repertos, admonuissent eosdem, dixissentque et commisissent eisdem verbo eiusdem domini palatini, ut ipsi de praescripta possessione Mikolapataka eisdem Blasio et Hodor de Barczanfalva divisionem dare deberent et tenerentur, qui quidem Ztheczk, Michael Goztholyan, Demetrius Nemes, Ioannes Radul, Monaila, Pap Koztha et Ladislaus de Fejerfalu praescriptam divisionem in praescripta possessione Mikolapataka, benevole et absque ulla contradictione ipsis Blasio et Hodor de Barczanfalva extradare se velle allegassent. Ob hoc ipsi eandem possessionem Mikolapataka in duas rectas et aequales divisissent . . . . . session . . . . a parte occidentali, in quibus Koztha et Ivanka nunc residerent, cum omnibus . . . . Mikolapataka . . . . modo simili cum cunctis ipsarum utilitatibus, et pertinencys quibuscunque . . . montibus, aquis et earum decursibus, aliis etiam quibus vis usibus et fructuositatibus ad easdem pertinentibus memoratis Ztheczk, et Michaeli Goztholyan, Demetrio Nemes, Ioanni Radul, Monaila, Pap Koztha et Ladislao eorumque haeredibus commisissent in divisione, quas ipsi scilicet palatinalis et noster homines partibus praedictis statuissent jure perpetuo possidendas. Nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perennalem praesentes literas nostras privilegiales sigilli nostri impressione communitas duximus concedendas. Datum . . . . antedictae anno domini supradicto.[3])

[1]) Hodor=Theodor, de la care se trage familia nobilă de acelu-aş nume in Barsană.

[2]) Gostolean=Augustin.

[3]) Conventul din Lelesz, unde s'a transcris la cererea lui Michail Vlaşin din Ferescî. (Protocollum anni 1765. folio 19.) Din Văleni şi-a produs in anii 1763—1768. nobilitatea familia Nemeş.

209.

1451. 16. Januariu. Timişóra. Mandatul gubernatoriului Ungariei Joan d'in Huniad pentru reambularea metelor şi introducerea lui Sandrin, Vanisa, Balea, Bogdan fiul lui Vanisa, Drotha Joan, Gorzou, Georgiu Petherman, Michaile şi Diac Juga d'in Ieud in posesiunea moşiei Ieud. Reambularea şi introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici et spectabilis viri domini Iohannis de Hunyad regni Hungarie gubernatoris, statutorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba, Iohannes de Hunyad regni Hungarie gubernator etc. honorabili conventui ecclesie de Lelez, salutem cum honore, dicitur nobis in personis Sandrini[1]) et Wanysa[2]) Baly de Iod, necnon Bogdan fily eiusdem Wanysa, ac Drotha[3]) Iwan, Gorzo, Georgy Pethermann[4]) Michaelis et Dyak Iuga[5]) de eadem Iod, quomodo eadem possessio ipsorum Iod vocata, in comitatu Maramarosiensi existens, nunc apud manus ipsorum, ut dicitur, pacifice habita metarum reambulacione, ereccione et renovacione plurimum indigeret. Super quo honorabilitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Symon de Kohnya, vel Georgius Petermann de Sayo, sin Thywadar Thorkos de Dragomerfalwa, sive Iwan Dyak de eadem, alys absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis Iod vocate vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessarys erigendo, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionarys metaliter separatam et distinctam relinquat et committat ipsis exponentibus jure ipsis incumbenti perpetuo possiden-

dam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos exponentes, in presenciam palatinalem ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionarie reambulacionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulacioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem domino Palatino suo modo rescribatis. Datum in Themeswar feria sexta proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Nos igitur mandatis dicti Iohannis de Hunyad gubernatoris satis facere volentes ut tenemur, una cum prefato Iwan Dyak de Dragomerfalwa, homine eiusdem domini gubernatoris, unum ex nobis, videlicet fratrem Petrum presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis consona voce retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima, ante festum beati Gregory pape proxime preteritum, ad faciem predicte possessionis Iod vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis, videlicet Michaele et Ambrosio de Dolha, altero Michaele de Leordina, Petro Mandra de Wyso, Michaele de Petrowa, et Thader Torkos de Dragomerfalwa inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, eandemque possessionem Iod per suas veras metas et antiquas reambulando, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis, metis infrascriptis, separatam et distinctam prefatis Sandrino et Wanysa Baly de Iod ac Bogdan filio eiusdem Wanysa, nec non Drotha Iwan, Gorzo, Georgio Pethermann, Michaeli et Dyak Iuga de eadem Iod reliquissent et commisissent, premisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, nemine penitus contradictore inibi apparente. Mete autem quibus ipsi prefatam possessionem Iod ab aliorum juribus possessionarys metaliter separassent et distinxissent, prout ydem domini gubernatoris, et noster homines nobis recitarunt hoc ordine protenduntur, quod incepissent super alpem Stol appellatam, a plaga orientali, et ab inde reflectendo ad plagam meridionalem, venissent ad descensum vel caulam ovium, Myhalzallasa vocatum, et ab eodem descensu, seu caula ovium venissent ad terciam caulam ovium Meras nominatum. Ab inde eadem plaga meridionali servata, attigissent quartum descensum ovium Stana de Ver vocatum, adhuc eadem plaga continuata venissent ad quintum descensum ovium Korman dictum, unde eundo attigissent sextum descensum ovium Bohayechka appellatum, ab inde eadem plaga servata venis-

sent ad septimum descensum ovium Batryna[6]) nominatum, unde eundo venissent ad octavum descensum Staniga dictum, postremoque dicta plaga meridionali continuata venissent ad nonum descensum ovium Gusath hawasa apellatum, et ibi terminassent. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas, duximus concedendas. Datum quinto decimo die diey execucionis premissarum. Anno domini supradicto[7]).

1) Sandrin=Alexandrin.

2) Vanişa=Onişa=Joan.

2) Drotha=Doroftei. Gorzo=Georgiu.

4) Petherman=Petru fiul lui Man.

5) Diak=Diacon. Juga=Georgiu.

6) Betrâna şi Bucuiéscă sunt munţii Moisenilor, de unde isvoresce „Isvorul lui Draguş," cei l'alţi sunt munţii cătră Borşa şi Vişeu. Munţii se numesc adeseori după moşiile de care se ţinu precum: Apşănescu, Bărsănescu, Vădănescu, Brebănescu etc. după proprietari: Budescu, Jurcescu, Mihaescu, Grópa Giuli, Burlala, Dancul etc. numiri antice au munţii Berşabă, Brătilă, Bătrină, Traian, Toroiaga, Ţibleşul, Gutinul etc. Acesti munţi cu vegetaţiunea lor admirabilă dau păşunea cea mai grasă din tóta Europa, de aci vine aplecarea poporului la prăsirea vitelor ce era occupaţiunea principale şi a popórelor din Italia:

„Hic anni labor, hinc patriam parvosque nepotes
Sustinet, hinc armenta boum meritosque juvencos.
. . . .
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini". Virg. (Georg´II.)

7) D'in originalul lui Joan Balea d'in Ieud scris pe pergeman, provezut cu sigil pendente, s'a publicat şi prin c. J. Teleky: Hunyadiak kora vol. X. pag. 289. Reambularea s'a făcut numai despre munţii, carii i-au avut óre căndva nobilii d'in Ieud.

210.

1451. 30. Januariu. Becse. La mandatul lui Joan din Huniad gubernatoriul Ambrosiu și Michail fiii lui Stanislau din Dolha se introduc fără contradicere in posesiunea moșielor Kereczke și Kusnitza schimbate pentru alte moșii.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ac futuris presencium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas magnifici et spectabilis viri domini Iohannis de Hunyad regni Hungarie gubernatoris statutorias nobis directas honore, quo decuit recepimus in hec verba, Iohannes de Hunyad regni Hungarie gubernator etc. Honorabili conventui ecclesie sancte crucis de Lelez salutem cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Ambrosy et Michallis filiorum Stanislai de Dolha, quomodo ipsi in dominium quarumdam possessionum Kereczky et Kusnycza vocatarum in Comitatu de Beregh existencium ipsos titulo concambialis permutacionis concernencium legitime vellent introire. Super quo vestre honorabilitati firmiter committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus vel Michael fily Petri Bolond, aut Stephanus filius Elie, sin Hodor filius Georgy de Bilke alys absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Kereczky et Kusnyicza vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Ambrosium et Michaelem de Dolha in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem cum cunctis earum utilitatibus et pertinencys quibuscumque terris scilicet sylvis, alpibus, montibus, aquis et earum decursibus ad easdem undique pertinentibus, Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos exponentes in presenciam Iudicis Curie regie ad terminum competentem racionem contradictionis eorum reddituros, et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint ac vicinorum et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem domino Iudici curie regie suo modo rescribatis. Datum in Oppido Beche die Dominico proximo ante festum

purificacionis beate Marie virginis, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Nos igitur mandatis dicti domini Ioannis de Hunyad gubernatoris satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Stephano filio Elie de Bylke homine ejusdem gubernatoris unum ex nobis videlicet fratrem Petrum presbyterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem ex inde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt. Quod ipsi sabbato proximo post festum beati Mathie Apostoli proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Kereczky et Kusnycza vocatarum in prescripto Comitatu de Beregh existencium vicinis et commetaneis earum universis videlicet Iohanne Waywoda de Zenthmyklos et pertynentys ejusdem, Gorzo de Lypche et Michaele filio dicti Iohannis Waywode inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in quarum faciebus legitimis et consuetis diebus permanendo prefatosque Ambrosium et Michaelem de Dolha in dominium earumdem introducendo easdemque eisdem cum cunctis earum utilitatibus et pertinencys quibuscumque terris scilicet, sylvis, alpibus, montibus, vallibus, aquis aquarumque decursibus et generaliter quibusvis comoditatibus et fructuositatibus ad easdem undique pertinentibus et spectantibus premisso iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introductionis et statutionis prenotatarum Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo supradicto.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. No 255.) S'a publicat prin comitele J. Teleky; Hunyadiak kora vol. X. pag. 286.

211.

1451. 14. Februariu. Beregszász. Joan plebanul din Beregszász și Emeric Lengyel adeveresc, că nobilul Michail din Dolha a dechiarat inaintea lor, că suferind multe vexatiuni din partea castrului Muncaciu pentru moșiile lor Șarkad si Macaria s'au resolvat el și frate seu Ambrosiu se le dăe in schimb lui Joan Voivod din Huniad și Gubernatoriul pentru moșiile acestui-a Kusnicza și Kereczke, dér dĕnsul neavĕnd bani din ce se pórte expensele schimbului, adecă pentru literile 10 fl. pentru statuțiune 3 fl. prepositului din Lelesz 9 fl. lui Joan Kendreș 50 fl. și 100. de pei de vezure, aceste expense le-a portat fratele seu Ambrosiu, și pănă ce nu va intórce jumetatea, pănă atunci neci nu voesce se intre in posesiunea moșielor schimbate..

Nos Iohannes alias plebanus de Zaas et Emericus Lengyel, damus pro memoria quibus expedit universis, quod veniens nostri in presenciam nobilis vir Michael de Dolha, viva voce per modum querele nobis retulit molestias grandes obprobria iniurias oppressiones diversas, graues et multiplices de castro Munkacz, in defalcacionibus metarum possessionum suarum Sarkad et Makaria vocatarum, quod essent conuicinee et commetanee castro prescripto dietim pati vnacum fratre cuo carnali nobili Ambrosio similiter de Dolha, molestarique grauedine valida eciam in direpcionibus vsurpacionibus et depredacionibus bonorum Iobbagionum et suorum, necnon in litium aggrauacionibus curialibus, expensis fatigijs et turbacionibus multimode vexarentur pro eo, pro hys afflictionibus omnibus perpessis formidando ne in posterum similia aut maiora obprobria paterentur in fortuitu casu eueniente, statuit et deliberauit animo concordi cum fratre suo pretacto Ambrosio per modum concambij et permutacionis formam a tali disturbio molestiarum se quoquomodo possent elongare, sed quia talis concambij via pluralitalem requirabet expensarum, ipseque Michael protunc tantis deficeret sumptibus, vocibus supplicibus ipsum agressus Ambrosium fratrem suum ortans, rogans et diligenti affectu petens, assumptis laboribus fatigijs et expensis suis proprijs ad concambij permutationem cum Spectabili viro et Magnifico Iohanne Waywoda de Hunyad regni Hungarie gubernatore operam dare, possessionesque ip-

sorum Sarkad et Makarya, pro possessionibus Kosnicza et Kerezke ad Castrum Munkacz spectantibus et pertinentibus commutare, per modumque concambij ipsi prefato magnifico Iohanni Gubernatori et suis successoribus perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas dare, sicque si fieri posset concambij et permutacionis forma modo et via, sopitis disturbijs molestacionum a castro Munkacz elongando pacifice et quiete ac cum bona tranquillitate in dominio possessionum concambialium Kusnicza et Kereczke vocatarum possent permanere, assumpmens nichilominus ipse Michael de Dolha coram nobis ipsi fratri suo Ambrosio sua fide mediante christiana qua Deo tenetur, medietatem expensarum quas exponeret sibi plenarie soluere, nec interim ad easdem possessiones pretactas et obtentas concambiales intrare donec ipsi Ambrosio per ipsum satisfactum fuerit plene et perfecte, ipseque Ambrosius hoc animaduertens, diligencia adhibita laboribus fatigijs et expensis suis propriis ceterorumque dominorum suorum supplicacionibus adiunctis, hanc concambialem permutacionem cum ipso magnifico domino Iohanne perfecit, licet difficulter obtentisque possessionibus pretactis Kosnicza et Kereczke, sollicitis laboribus et curis assiduis exercitabat se quomodo et per quem modum literas donacionales et introduccionales ne quisquam se intromitteret impediens excipere posset, tandem diligencia adhibita valida, ipsi notario pro rescripcione literarum sedecim soluisset florenos, hominique Capituli pro introduccione tres dedisset florenos auri, prepositoque de Lelesz pro literis statutorijs et introductorijs nouem contulisset florenos auri, sed quia Egregius dominus Iohannes Kendres in hys omnibus ipsi Ambrosio oppositum tenebat, nitebaturque modis omnibus ipsum a tali descensu et occupacione villarum pretactarum concambialium impedire et molestare, ipse Ambrosius cura inducta, sua et quam plurium dominorum, cum ipso domino Iohanne Kendres fecit disposicionem, deditque sibi centum pelles mardurinas et quinquaginta florenos auri, sicque remansit ipse Ambrosius in pacifico dominio prefatarum villarum Kosnicza et Kereczke, hec cuncta et singula vt premittitur coram nobis fatemur fuisse. Super quibus ipsi Ambrosio cum voluntate fratris sui Michaelis de Dolha sub sigillo proprio ipsorum in testimonium premissorum damus literas nostras. Scriptum in Zaas in die beati Valentini martiris anno domini millesimo CCCC-mo LI-o.

S'a publicat prin c. J. Teleky: Hunyadiak kora t. X. p. 284.

212.

1451. 18. Juniu. Seghedin. Mandatul gubernatoriului ţerei Joan din Huniad cătră Joan Kendres consêngénul seu, castelanul din Muncaciu şi comitelui din Bereg, că de órece moşiile rutenicale Kusnicza şi Kereczke in modul Kenesiatelor românesci le-a dăruit pentru tot deuna nobililor Ambrosiu şi Michail din Dolha, acele moşii se le dăe in posesiunea lor şi se le scótă de sub jurisdicţiunea castrului numit.

Nos Iohannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos consideratis fidelitatibus fidelium seruiciorum meritis Nobilium Ambrosij et Michaelis filiorum Stanislai de Dolha, per eos nobis locis debitis et temporibus incumbentibus exhibitis, possessiones nostras Rutenicales Kussicza et Kereczke vocatas ad castrum nostrum Munkacz pertinentes cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet quocumque nomine censeantur, more et adinstar Keneziorum valachicalium prefatis Ambrosio et Michaeli ipsorumque heredibus vniuersis in perpetuum duximus dandas, donandas et conferendas, ymmo damus donamus et conferimus presencium per vigorem. Quocirca vobis Egregio Kenderes Castellano dicti castri nostri Munkacz et Comiti de Berek fratri nostro firmissime precipimus, quatenus statim visis presentibus prescriptas possessiones cum omnibus earundem utilitatibus et pertinencijs prefato Ambrosio et Michaeli remittere et resignare ac a Iurisdiccione dicti Castri penitus sequestrare, manusque vestras et vestrorum de eisdem in toto excipere debeatis, Ipsosque in eisdem contra quoslibet illicitos impetitores protegatis et defendatis, aliud non facturi in premissis. Presentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum Zegedini feria sexta proxima post festum beati Barnabe, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

S'a publicat prin com. Jos. Teleky: Hunyadiek kora t. X. p. 296.

213.

1453. 10 Januariu. Sziget. Magistratul comitatului adeveresce, că Michail, şi Georgiu Ficze din Giulesci au fost citaţi inaintea congregaţiunei Comitatului, constituite ca tribunal, pentru că numiţii adunănd nesce ómeni străini inarmaţi făcători de rele, au depredat moşia Brebu lui Petru Gherheş din Sarasau, dér dĕnşii nu s'au infăciosaţ; drept acea s'a dat ordin a-i aresta şi a depreda moşiile lor; de o dată Petru Gherheş la mandatul Gubernatoriului Joan din Huniad s'a introdus in posesiunea moşiei sale.

Nos Michael de Pesthyeny, Comes Comitatus et Camararius Salium Maramorosiensium ac Michael de Wglia, Petrus Gerhes de Zarwazzo, Iohannes Nemes de Wanchysfalwa, Sandrinusque Balyafia de Iod Iudices nobilium et universi nobiles Comitatus eiusdem Maramarosiensis, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod cum nos feria tercia proxima post festum epiphaniarum ex speciali mandato et precepto domini nostri domini Iohannis de Hwnyad, regni Hungarie Gubernatoris et ex voluntate ac consensu singulorum procerum dicti Comitatus Maramarosiensis congregacionem generalem nobilium in oppido Zygeth faciendo cellebrassemus, inter cetera nobiles viros Michaelem et Georgium Ficze dictos de Gylafalva, sub pena et exposicione exyly ad ipsam congregacionem generalem, racione et pretextu adduccionis quorumdam latronum alienorum ad premissum Comitatum Maramarosiensem et depopulacionis possessionis nobilis Petri Gerhes de dicta Zarwazzo, Hadpataka vocate in dicto Comitatu existentis facte, lite pendente, in qua idem Michael et Georgius Fiche cum predictis latronibus manibus armatis, potencia mediante in festo beati Thome martiris proximo preterito, utriusque sexus homines mutillando et spoliando bona ipsorum omnino depredarunt, evocari fecimus. Qui quidem coram nobis ad nostram sedem judiciariam venire recusarunt, quos nos cum universis proceribus prescripti Comitatus . . . . . . contwmaciam et mala . . . . exilium duximus ponendos, ad possess . . . . . porum nostros homines et familiares transmittentes ipsos solosemet tanquam tales exules captivare et possessiones ipsorum depopulare commiseramus, quiquidem evassise fore dinoscuntur et evaserunt,

tandem nos dictum nobilem Petrum Gerhes de dicta Zarwazo ad ipsam suam possessionem Hadpathaka vocatam iuxta literatorium mandatum dicti domini nostri Gubernatoris legittime duximus statuendum, ymo statuimus testimonio presencium mediante, hoc non pretermisso, quod pro hac contricione et depopulacione pro sua culpa facta, temporum in successu nusquam ipsum Petrum ac suas posteritates quovis colore valeat impedire. In cuius rei testimonium presentes nostras literas Banderio nostri sigilli et sigillorum dictorum Iudicum nobilium fecimus roborare, conmunitas. Datum in dicta Zygeth feria tercia quo supra. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Din originalul scris pe papir și provezut cu cinci sigille.

214.

1453. 5. Februariu. Posoniu. Regele Ladislau V. confirmă și transcrie donațiunea dată de Joan din Huniad Gubernatoriul, mai apoi comite Bistricean lui Simeon din Cuhea despre Kenesiatul tot de acolo.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux nec non marchio Moravie memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod veniens nostre maiestatis in conspectum fidelis noster Symon de Kohnya exhibuit nobis et presentavit quasdam litteras donacionales, spectabilis et magnifici domini Iohannis de Hwnyad tunc gubernatoris regni nostri Hungarie, nunc vero comitis Bystricensis super donacione Keneziatus suo sigillo confectas, quo ut gubernator dicti regni nostri Hungarie utebatur consignatas. Supplicans prefatus Simon de Kohnya nostre maiestati prece subiectiva, ut pretactas litteras, annotati comitis Iohannis de Hwnyad gubernatoris gratas et acceptas habendo, nostrisque litteris verbotenus inseri faciendo, pro ipso Symone et eius successoribus universis perpetuo valituras confirmare dignaremur, quarum quidem litterarum tenor talis est. Nos Iohannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator etc. (vide sub No. 194.) Nos itaque humillimis et deuotis suplicacionibus annotati Symonis de Kohnya nostre modo premisso prece subiectiua porrectis maestati regia benignitate

exauditis et clementer admissis, predictas litteras antefati comitis Iohannis tunc gubernatoris donacionales non abrasas non concellatas nec in aliqua sui parte suspectas, ymno (sic) mere et sincere veritatis integritate prepollentes, presentibusque de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos, acceptamus, approbamus et ratificamus, easque nichilominus consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis prefati Symonis de Kohnya per ipsum nobis uti dicitur semper constanter exhibitis et impensis, mera auctoritatis et regie potestatis plenitudine, ex certa scientia nostra pro prefato Symone de Kohnya eiusdemque posteritatibus universis, Innovamus, et perpetue valituras confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras pendentis prescripti secreti sigilli nostri, quo ut prefertur tamquam rex Hungarie utimur munimine roboratas. Datum Posony in festo beate Agathe virginis et martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, regni autem nostri anno tredecimo.

Commissio Dni Regis dno Comite Ione . . . .

Atunci se ţinea dietă la Posoniu, in care Joan din Huniad a abzis de officiul seu de gubernatoriu, şi s'a retras in marginea ţerei la Bistriţia. Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente, la Dr. Elie Mariş advocatul.

215.

1453. 31. Mai. Hatszeg. Donaţiune nóuă a lui Joan din Huniad prin care dăruesce lui Dan, Şuşea şi Gostoian fiii lui Michail din Săcel Kenesiatul din moşia lor Săcel, ţinut in pace de dênşii şi de părinţii lor din moşi din strămoşi; lu-dăruesce mai ales pentru meritele căscigate prin versarea săngelui lor in resbelele in contra turbaţilor de Turci.

Nos Iohannes de Hunyad comes perpetuus Bistriciensis supremusque Capitaneus regiae majestatis in regno Hungariae constitutus, memoriae commendamus per paesentes, quod venientes nostram in praesentiam nobiles Dan[1]), Suska[2]) et Gostholan[3]) filii Michaelis de Kis Zachal[4]) in comitatu Maramarosiensi constituti nobis significare

curaverant in hunc modum: quomodo ipsi et eorumdem praedecessores semper, et ab antiquo Kenesiatum ipsorum possessionis Kis Zachal praedictae nulla contradictore apparente pacifice et quiete possedissent . . . . pacifico dominio ejusdem Kenesiatus usque in praesentiarum, suplicaverunt itaque nobis praefati exponentes debita cum Instantia, ut nos ipsos et ipsorum successores pro eorumdem fidelitatibus et servitiorum meritis auctoritate, qua fungimur, novae nostrae donationis titulo dare et conferre dignaremur. Unde nos attentis et in memoriam nostram revocatis multi modis fidelitatis fidelium et servitiorum meritis praefatorum Daan, Suska et Gosztholian filiorum Michaelis, quibus ipsi sacrae hujus regni Hungariae Coronae et expost nobis, in diversis exercutuum nostrorum contra sevissimos Turcos motorum expeditionibus cum ipsorum sanguinis effusione fideliter et constanter exhibitis et inpensis, volentes eisdem in aliquantisper nostrum exhibere favorem, praefatum Kenesiatum Kis-Zachal praedictum, cum omnibus et singulis proventibus, redditibus, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, aqvis, pratis, sylvis, montibus, vallibus, alpinis, Monchul et Betran, Ignatas[5]) vocatis, aqua, fluvio videlicet Iza, aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis et locis molendinorum et generaliter quorumlibet utilitatum et pertinentiarum integritatibus sub ejusdem veris et antiquis metis et limitibus quibus ipsi et eorum praedecessoros tenuissent, possedissent et conservassent, memoratis Daan, Suska, Gosztholyan et per eos Ivasko fratri ipsorum nomine et in persona regiae Majastatis novae donationis titulo in perpetuum dedimus, donavimus et conferimus imo damus donamus et conferimus, Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, salvo jure alieno, harum nostrarum vigore quibus sigillum nostrum est apressum testimonio litterarum mediante. Datum in Oppido Hatzak Sancto die festi Corporis Christi Anno ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.[6-8])

[1]) Dan=Bogdan.

[2]) Şuşca=Joan. — Familia nobilă Şuşca e lăţită şi stepănesce pănă astădi in satul Săcel.

[3]) Gostoian=Gostoia=Augustinu format precum Ostoia, Hervoia etc.

[4]) Kis Zachal Săcel adecă sat mic in antithesă cu satul vecin Selisce ce insemnéză Sat mare. Numirea Săcel avĕnd in sine diminutivul, s'a reprodus ungouresce cu adjectivul Kis=Mic; acésta e un pleonasmu, de óră̆ce Săcel mare nu este şi neci n'a fost.

[5]) Munţii=Muncel şi Betrănă se allă cătră resărit de la Săcel, Ignătésa mai cătră nordost.

[6]) In acest an, in acésta lună (in 29. Mai 1453.) a căzut cetatea imperaţilor (Ţarigrad) Constantinopolul, metropolul in mai mult de 1000. de ani al Europei orientale in măna păgănilor de Turci, carii au stăpănit apoi in secolul XVI. şi XVII. pănă in ţinutul nostru, ca inainte de acea Bulgarii. Joan din Huniad vezĕndu intrigele ţesute in contra lui, la inceputul anului acestui-a şi-a depus in mănĕle regelui Ladislau officiul seu de gubernatoriu al ţerei.

[7]) D'in paria intre actele procesului de producţiune al lui Ladislau şi Michail Suska din Săcel, locuitori in Sziget, (procesul se află in archivul comitatului. III. 1785/72.)

[8]) Din Săcel şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Şuşca (1451.) Gostoia (1451.) Danciul alias Magdeu (1451.) Peter (1486.) Sima (1579.); in anii 1763—1769. familia Burnar alias Gostoia (1453.) şi in anii 1763—1768. familia Vancul numită Şuşca (1549.)

216.

1453. 1 Juni. Haţeg. Joan din Huniad Căpitanul suprem al Ungariei conferesce cu titlul de nóuă donaţiune lui Petru Mandra şi Nan Kenezilor din Vişeu şi fraţilor lor Keneziatul ambelor Vişue, cu tóte folosinţele şi cu riurile Wasser şi Vişeu, dela oberşia acestora, de órece ei au adeverit, că dĕnşii din tĕmpul regilor din bătrăni au fost şi sunt in dominiul acestui Keneziat.[1])

Nos Ioannes de Hunyad Comes perpetuus Bistriciensis, Supremus capitaneus regiae maiestatis in regno Hungariae constitutus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod venientes in praesentiam Petrus Mandra et Nan Kenezy de Wiso in ipsorum, ac Nicolai Pap, Nicola Sandrini, Kozta, Dancs et Luca fratrum ipsorum carnalium (personis) exhibuerunt nobis quasdam literas, unam judicum et juratorum civium civitatum Zigeth, Hosszumező, Teczyő, Wisk et Huzt, aliam vero competenter nobilium et ignobilium comitatus Maramarosiensis attestatoriam sub uno sensu et forma verborum loquentem et emanatam, et tertiam Egregy Kenderes de Malomviz comitis dicti comitatus Maramarosiensis (recognitionales), ex quarum trium literarum per praefatos Petrum Mandra et Nan nobis exhibitarum seriebus denotabatur, et sane comperiebatur, quod ipsi Petrus Mandra et Nan nec non fratres ipsorum supranominati in possessionibus „utraque Wiso"[2]) vocatis, in dicto comitatu Maramarosiensi

existentibus, ab antiquo et temporibus divorum regum veri, legitimi et perpetui Kenezy fuissent, forentque in pacifico dominio ipsius Keneziatus ad praesens. Quibus exhibitis supplicarunt nobis saepe dicti Petrus Mandra et Nan ipsorum et supradictorum fratrum eorum nominibus et in personis, ut nos in persona regiae Maiestatis et officio nostro Capitaneatus dictas literas per ipsos nobis exhibitas ratas, gratas et acceptas habendo, dictum Keneziatum praespecificatarum possessionum utrarumque Wiso simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencys ipsis et praescriptis fratribus, ipsorumque haeredibus universis de novo et ex novo donare et conferre dignaremur. Unde nos cum ad supplicationem instantiamque antelatorum Petri Mandra et Nan propterea factam, denique consideratis fidelitate et fidelium servitiorum meritis eorum per ipsos sacrae regni Hungariae Coronae, et expost nobis sub locorum et temporum varietatibus cum omni fidelitatis constantia exhibitis et in (pensis), praescriptas literas non viciatas, non cancellatas, sed omni prorsus vitio destitutas, ratas, gratas ac acceptas atque roboratas habendo, praescriptum Keneziatum supradictarum possessionum utrarumque Wiso, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris videlicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, campis, alpibus, molendinis, et molendinorum locis, nec non quibuslibet rivulis Wasser[3]) et Wiso vocatis de capitibus ipsorum rivulorum et alys quibuslibet utilitatibus et pertynencys ad dictas possessiones utriusque Wiso de iure et ab antiquo pertinentibus, in persona regiae maiestatis praefatis Petro Mandra et Nan nec non (fratribus) eorum praenominatis ipsorumque haeredibus universis more et ad instar aliorum Keneziorum regalium novae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum. Salvo iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Verum tamen (?) vobis comitibus vel vicecomitibus praetacti comitatus Maramarosiensis praesentibus scilicet et futuris praesentes visuris firmiter mandamus, quatenus praefatum Petrum Mandra et Nan et fratres eorum praedictos in preescripto ipsorum Keneziatu contra quosvis impetitores et molestare volentes protegere, tueri et defendere ac imdempniter conservare debeatis auctoritate nostra praesentibus vobis in hac parte concessa et iustitia mediante. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Haczok Secunda die festi sacratissimi corporis Christi. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.[4])[5])[6])

1) Din Copia scrişă prin notariul comitatului Sigismund Szegedi in anul 1670. Copia se află la Gabriel Várady.

2) Sub „ambele Vişae“ sunt de inţeles Vişeu de jos, şi Vişeu de mijloc, de óre̊ce Vişeu de sus la anul 1549. se amintesce antăiă óră, sub numire de Vişeu nou. (Uj-Visó.)

3) Riul „Wasser“ de la Vişeu de sus cătră nord, — pórtă numirea acésta din tempuri antice. In ḑilele nóstre se numesce şi Vasér, românesce Riu; mai in jos de comuna Vişeu de sus cade in riul Vişeu, şi astfeliu comuna fiind intre dóue riuri, e numită şi „Intre Riuri“.

4) Din Vişeu de jos şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Mandra (1463.) Pap (1463.); in anii 1763—1769. familiele Naso (Nasul 1628.); in anii 1763—1768. familiele: Mihuţiu (1624.) Paşca (1649.) Bandra. Cosma (1463.)

5) Din Vişeu de mijloc la anul 1752. familiele: Szteczko (1489.) Andreica (1594.) Bota (1597.) Szima (1598.) in anii 1763—1768. familiele: Juszko (1445.) Ivasko (1445.) Danciul (1445.) Laza (1624.) Ciuban (1638.) Şimon (1652.)

6) Din Vişeu de sus la anul 1752. familiele: Şimon (1456.) Hapca (1589.) Mariescu (1591.) in anii 1763—1768. familiele: Tomoiaga (1445.) Şimon alias Moga (1456.) Szteczko (1489.) Grád (1589.) Giurgiu (1676.)

217.

1453. 29. Juni. Cluş. Joan din Huniad Comite perpetuu din Bistriţia, Căpitan suprem in Ungaria dăruesce Kenesiatul din Moiseni lui Michail şi ambilor Joani fiii lui Grad, lui Juga, Radul, Iwan Zay Mayy fiii lui Vlad din Selisce şi lui Georgiu Grad, de órece primise informaţiune sigură că Kenesiatul e al lor şi nu al lui Michail din Dolha cui l'a fost dăruit.

Nos Iohannes de Hwnyad Comes perpetuus Bistriziensis supremus capitaneus regie maiestatis in regno Hungarie constitutus etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, licet nos Kenezyatum Moysey vocatum Michaelis et utriusque Iohannis filiorum Grad, Iwga, Radul, Iwan et Zay Maijy filiorum Wlad de Zeleste necnon Georgij Grada, Michaeli de Dolha in perpetuum dederamus, tamen a certo experti sumus quod dictus Kenezyatus ipsorum Michaelis et vtriusque Iohannis et aliorum quorum supra existit, ob hoc nos dictum Kenezyatum simulcum vniuersis eiusdem Kenezyatus pertinentijs puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineys vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs aquarumque decursibus ac generaliter

quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum integritatibus quouis nominis vocabuio vocitatis ad eundem Kenezyatum pertinentibus sub suis veris metis et antiquis in persona Regie Maiestatis eisdem Michaeli et utrique Iohanni ac alijs fratribus eorum prenotatis ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis more Kenezyatus dedimus donauimus et contulimus ymmo damus, donamus et conferimus Iure perpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum. Saluo Iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Koloswar in festo beatorum Petri et Pauli Apostolorum Anno domini M-o CCCC-mo L-mo tertio.

S'a publicat prin com. Jos. Telcky: Hunyadiak kora t. X. p. 395. Din Moiseni și-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele Coman (1548.) Hozsda (1548.) in anii 1763—1768. familia Vlașin (1468.)

218.

1453. 12. Juliu. Bistrița. Joan din Huniad comite Bistrițean adeveresce, că Petru Gherheș din Sarasеu inaintea lui s'a impăcat cu Michail Wlad și Georgiu Iwanka din Giulesci astfeliu, că moșia Brebu și jumetate din Copaciu se fiă a lui Petru Gherheș, ér acest-a se deă in recompensă lui Michail și Georgiu averi miscătórie in valóre de 100 fl. și alți 25 fl. de aur in bani gata.

Nos Iohannes de Hwnyad perpetuus comes Byztriciensis, supremus capitaneus regie Mayestatis in regno Hungarie constitutus etc. memorie commendamus per presentes, quod veniens nostram in presenciam Petrus Gwrhes de Zarwazo ac Michael Wlad de Gywlafalwa et Georgius Iwanka de eadem, idem Petrus Gwrhes onera et gravamina filiorum suorum, prefaty vero Michael Wlaad onera et gravamina filiorum et Georgy similiter Wlaad dicti fratris suorum, annotatus autem Georgius Iwanka consimiliter onera et gravamina filiorum suorum quoad infrascriptam disposicionem super se assummendo, per eosdem confessum extitit et relatum in hunc modum, quod licet inter ipsos Petrum Gwrhes ab wna ac prefatos Michaelem Wlaad et Georgium Iwanka ab alia partibus . . . . . dudum litis et controversionis (sic) materia racione possessionis Hathpathaka et Kopazfalwa vo(cate et

in co)mitatu Maramarosiensi existentis mota et suscitata ac usque ad finalem sentenciam deducta . . . . n volentes magis zelo et amore . . . . . . frui quam discordiarum gwerras gerere, ex composicione nonnullorum proborum pacem parcium zelancium, ad hunc devenissent unionem et concordiam, quod prefati Michael Wlaad et Georgius Iwanka totalem possessionem Hathpathaka predictam ac medietatem possessionis Kopazfalwa utilitatibus et pertinencys quibuslibet in perpetuum possidendam, tenendam pariter et habendam remisissent et dedissent ac relinquissent, aliam autem medietatem dicte possessionis Kopazfalwa pro se reservassent, sic tamen, quod octavo die festi beati Iacobi apostoli proxime nunc venturi duodecim probi viri et conscienciosi, semper per utrasque partes pari numero eligendi res et bona ipsius Petri Gwrhes ad valorem quinquaginta florenorum auri, et in festo beati Michaelis Archangeli proxime venturi . . . . similiter de rebus et bonis eiusdem Petri Gerhes ad valorem quinquaginta florenorum auri ydem duodecim probi aut aly similiter per partes eligendi dictis Michaeli Wlad et Georgio Iwanka in recompensam dicte possessionis Hathpataka et medietatis possessionis Kopazfalwa estimare deberent. Item in ebdomada festi circumcisionis Domini proxime venturi prefatus Petrus Gwrhes eisdem Michaeli Wlaad et Georgio Iwanka in recompensam premissarum possessionis et medietatis possessionarie viginti quinque florenos puri auri dare deberet, omnes eciam et quaslibet literas super processu dicte cause per utrasque partes in alterutrum sub quocunque sigillo et sub quacunque forma verborum et in quibuscunque terminis emanatas ipsam causam . . . . . condescendi faciendo vanas, cassas, annulatas, frivolas et viribus carituras relinquissent et commiserunt et dictam disposicionem . . . . et irrefragabilem observare promiserunt, tali vinculo et obligamine mediante, quod si qua parcium predictarum predicte disposicioni contraire vellet, aut dictam disposicionem no . . . . . parte observare non vellet, vel non adimpleret, extunc talis pars contra partem in premissis irrefragabilem et persistentem in succubitu duelli facti potencialis et sentencia capitali convincatur et convinci debeat eo facto, ad quod se ambe partes spontanea eorum voluntate obligarunt coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum in Byztricia in profesto beate Margarethe virginis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat. Din Breb şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Petricu (1610.) Tamaş (1607.) Bota (1599.); şi in anii 1763—1768. familia Bozsa.

219.

1454. 12. Februar. Buda. Regele Ladislau V. la intervențiunea lui Joan din Huniad, și in recompensarea servițielor lui Ambrosiu și Michail din Dolha aduse in dilele imperatului Sigismund și ale regelui Adalbert, scóte moșiile lor Dolha, Zadnea, Kereczke și Kusnitza și prediul Bronka de sub jurisdicțiunea comitatului Bereg și le suppune jurisdicțiunei comiților și a judilor nobililor din Maramureș, unde se află și cele l'alte moșie ale lor.

Commissio domini Regis.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie rex ac Austrie et Stirie dux, necnon marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad supplicacionis instanciam fidelis nostri dilecti spectabilis et magnifici Iohannis de Hwnyad comitis perpetui Bijztritziensis, ac generalis capitanei in regno nostro Hungarie constituto propterea maiestati nostre oblate, tumque consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, que fideles nostri Ambrosius et Michael filii Stanislai de Dolha primum condam serenissimis principibus Sigismundo imperatori avo ac Alberto regibus predecessoribus nostris patri nostro carissimis et tandem maiestati nostre, ut certa relacione informamur, exhibuerunt et impenderunt. Quorum respectu possessiones eorum Dolha pretactam Zadnya, Kereczkij et Kwsnitza vocatas, simulcum predio Boronica appellato, que nunc in comitatu de Beregh prope metas et confinia comitatus Maromorosiensis existere perhibentur, quod eedem tam pro juribus nostris regalibus, que ab eisdem habentes sumus, exigendis quam eciam pro ipsis Nobilibus eo, quod eciam altere possessiones et bona eorum in dicto comitatu Maromorosiensi haberi asseruntur, utilius et melius in dicto comitatu Maromorosiensi quam in prefato comitatu de Bereg conservari posse dicuntur, rebus sic stantibus ab omni Iudicio et Iurisdiccione et qualibet potestate comitum vel vicecomitum et Iudicum nobilium comitatus de Bereg predict pro tempore constitutorum eximentes et exonerantes, de predicto comitatu de Beregh ad iamfatum comitatum Maromorosiensem duximus transferendas, ac eiusdem comitatus Maromorosiensis comitum vel vicecomitum et judicum nobilium jurisdiccioni, auctoritati et potestati

subdendas et annectendas, immo eximimus, transferimus et subdimus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et judici nobilium comitatus de Bereg antedicti firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo deinceps in ante in prefatas possessiones Dolha, Zadnija, Kereczkij et Kwsnijtza vocatas ac predium Boronica et earundem occasione in prefatos exponentes nullum jus nullam̃ve jurisdiccionem exercere et exerceri facere contra formam huiusmodi exempcionis presumatis quouismodo gracie nostre sub obtentu, presentibus perlectis exhibenti restitutis, quibus sigillum nostrum personalem nostre maiestatis presenciam reputans propter absenciam maioris sigilli nostri secreti duximus appendendum, Datum Bude feria tercia proxima ante festum beati Valentini martiris, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, regnorum autem̃ nostrorum anno Hungarie etc. quartodecimo, Bohemie vero primo.

Commissio domini Regis domino Iohanne Comite perpetuo Bistritziensi referente.

S'a publicat prin com. Jos. Teleky: Hunyadiak kora t. X. pag. 418.

220.

1454. 17. Juniu. Ambrosiu fiul lui Stanislau din Dolha cu frații sei conferesce lui Simeon din Bocicoel și fraților lui Kenesiatul moșiei Cuhea, și se obligă a mijloci dela rege scrisóre nobilitare despre moșia Cuhea, și a conferi jumetatea moșiei lui Simeon.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Ambrosio filio Stanislai de Dolha pro se personaliter ac pro Michaele carnali, nec non filio Georgy Porkolab, Michaele filio Bogdan, altero Michaele filio Iwasko, preterea altero Michaele de eadem Dolha, sororis filio predicti condam Stanislai de Dolha, condivisionalibus fratribus suis, quorum onera, si ydem temporis in eventu confessioni subnotate contradicere, aut eandem quoquomodo infringere seu retractare attemptarent, in se recipiens, coram nobis constituto, per eundem Ambrosium confessum

extitit nostri in presencia pariter et relatum, quod ipse attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, quibus Simon nepos condam Maros de Kohnya[1]) sibi et prefato Michaeli fratri suo, fideliter studuisset complacere, Keneziatum dicte possessionis Kohnya vocate, Comitatus Maramorosiensis, cum omnibus et singulis suis utilitatibus, proventibus et pertinencys universis, molendino, pratis, fenetis, silvis, alpibus, montibus, vallibus, aquis et earum decursibus, ad idem Keneziatum spectantibus et pertinentibus, prefato Symoni et per eum Iohanni carnali ac altero Iohanni filio Ywanka fratrueli et Doman filio domine Elene consortis Manayla, ipsorumque heredibus, heredumve suorum successoribus universis dedissent, donassent et contulissent, Iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum. Ymo prefatus Ambrosius suo prenominatorumque fratrum suorum nominibus et in personis, dedit donavit et contulit nostro in conspectu, ita videlicet, quod prefatus Symon et fratres sui predicti, ac eorumdem heredes annotatis Ambrosio el Michaeli de Dolha, ipsorumque heredibus obsequia et servicia, non coacta et compulsa, sed secundum eorum possibilitatem semper impendere et exhibere teneantur, tali condicione interposita, quod si volente domino celi, pretactam possessionem Kohnya, cum literis et literalibus eorum instrumentis a regia serenitate requirere et reoptinere voluerint, extunc ipsi prefatum Symonem in directa medietate ipsius possessionis Kohnya nobilitare,[2]) ac eandem medietatem eiusdem, eidem Symoni dare et conferre teneantur, tali vinculo obligaminis mediante, quod si ipsi Michael et Ambrosius prefatum Symonem et suos fratres, tempore progresivo, de prescripto Keneziatu indebite eiicere et excludere, premissaque infringere seu retractare attemptarint ex tunc ipsi, in quinquaginta marcis Budensibus,[3]) salva judiciaria porcione, convincantur, et convinci debentur eo facto, contra Symonem et fratres suos antefatos. Ad quod idem Ambrosius se personaliter, predictos autem fratres suos ad onera preassumpta, sponte obligavit coram nobis patrocinio presencium mediante. In quorum premissorum memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales, sigilli nostri appensione munimine roboratas, duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum sancte et individue trinitatis. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.[4])

[1]) Pentru persóna lui Simeon nu era lipsă de scrisóre nobilitare, de óră ce in resbelul cu turcii ca nobilu a luat parte, şi primind donaţiune despre Bocicoel, prin acea ipso facto s'a bucurat de tóte prerogativele nobilitarie, dér de óră ce Am-

brosiu şi după dênsul Simeon au fost suppusi ca Kenesii la contribuţiune, s'a intenţionat a mijloci scutirea de sub acésta greutate, precum era scutită moşia in inţelesul donaţiunei din anul 1365. (Veḑi acésta).

[2]) Espressiunea „Maros de Kohnya" aréta ca acésta era şi inaintea de 1454. proprietariu in Cuhea, próbabil in cea laltă jumetate, despre care nu se dispune in literile aceste.

[3]) Una marca Budense=patru floreni de aur curat.

[4]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente la Dr. Ilie Maris advocat.

221.

1456. 6. Februar. La cererea lui Michail numit Bogdan din Petrova capitlul din Cenadie transscrie literile metale ale posesiunei Bedeu date in anul 1336. in favorul românilor Drag şi Draguş servientilor regelui.

Capitulum ecclesie Chanadiensis. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Michael dictus Bogdan de Petrowa nostram personaliter veniens in presenciam, exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras patentes honorabilis capituli ecclesie Agriensis sigillo eiusdem pendenti communitas, petens nos debita cum instancia ut tenorem earumdem litterarum verbotenus presentibus litteris nostris privilegialibus transscribi et (transsumi) facere dignaremur, Iurium suorum pro cautela. Quarum tenor talis est. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie Agriensis etc. (vide sub No 6.) Nos igitur petitionem dicti Michaelis Bogdan de Petrowa justam et juri consonam fore reputantes, prefatas litteras capituli ecclesie Agriensis de verbo ad verbum nihil addito, neque diminuto presentibus litteris nostris patentibus transscribi et transsumi facientes, eidemque Michaeli in transsumpto litterarum nostrarum duximus concedendas, jurium suorum ad cautelam. Datum per manus magistri Balthazar lectoris socij et concanonici nostri in festo beate Dorothe virginis et martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto,[1]) presentibus honorabilibus dominis Thoma preposito, Stephano Cantore, Iohanne Custode, altero Iohanne Themesiensi, Benedicto Orodiensi, Elya Ultramarusiensi, Clemente Choroniensi,

Matheo Sebesiensi, ac Thoma Crasouiensi archidiaconis ceterisque dominis Canonicis fratribus nostris in Dei ecclesia regi jugiter famulantibus sempiterno.[2] [3]

[1]) In acest an a repausat eroul crestinităţei Joan din Huniad si sociul seu n luptă călugărul S. Joan Capistran. Inainte de a muri cu 20. de ḑile au bătut acestii pe imperatul Turcilor Mahomed lăngă Belgrad; acésta invingere éra cea mai strălucită din tóte căte le a avut crestinii asupra Turcilor.

[2]) Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente al nobililor din Bedeu, mi-l'a comunicat Joan Biben nobil possessor de acolo.

[3]) Michail din Petrova s'a numit după tatăl seu Michail Bogdan, urmănd regula din secolul XV. că numele părentelui devine connume al urmaşilor. După moşiile lor proprie şi-au laut connume in secolul XVI. mai ales acele familie, carele s'au stremutat cu locuinţă la altă moşiă, de esemplu familiele: Apşai, Bedei, Darvai, Kricsfalusi, Petrovai, Szaplonczai, Uglyai, Joodi etc.

222.

1456. 6. Aprilie. Buda. La mandatul regelui Ladislau se face reambularea metelor oraşului Cămpulung in favorul judelui, juratilor şi tuturor cetăţeniloru de acolo, dér cu contraḑicerea lui Petru Gherheş din Saraseu, Luca din Săpěnţa şi a Calugărului Simon din mănăstirea săntului Michail.

Serenissimo principi domino Ladislao Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. regi ac Austriae et Styriae duci, necnon Marchioni Moraviae etc. Domino eorum gratioso. Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelez, Orationes in Domino pro ipsius vita, pariterque salute. Literas vestrae serenitatis nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in haec verba: Ladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex Austriaeque et Styriae dux, necnon Marchio Moraviae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis judicis juratorum, ac universorum civium ac inhabitatorum civitatis nostrae Hozzywmezew quomodo praefata civitas nostra Hozzywmezew, ac terrae, sylvae, prata et aliae pertinentiae ejusdem legitime reambulatione, ac metarum erectione pluri-

mum indigeret, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes filius Ladislai de Huztthy, vel Nicolaus Orosz de Wysk, altero absente homo noster ad facies ipsius civitatis nostrae Hozzywmezew, ac terrarum, sylvarum, pratorum et aliarum pertinentiarum ejusdem, vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet eandem et ipsas per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas, sub inclusionibus metarum praedictarum relinquat et comittat praefatis judici, juratis aliisque civibus et inhabitatoribus praetactae civitatis nostrae Hozywmezew perpetue possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos judicem, juratos ac universos cives et inhabitatores praetactae nostrae civitatis, nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi reambulationis ac metarum erectionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, qui praemissae reambulationi et metarum erectioni inter erunt, nominibus, terminoque assignato, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria secunda proxima post festum sancti Ambrosii confessoris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum Anno Hungariae etc. sexto decimo, Bohemiae vero tertio. Lecta. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, pro judice, juratis nec non universis civibus civitatis nostrae Hozywmezew, Reambulatoriae. Nos igitur praeceptis et mandatis vestrae serenitatis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Ioanne filio Ladislai de Huzth homine vestrae majestatis, unum de nobis videlicet fratrem Clementem praesbyterum ad praemissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt; Quod ipsi in festo sanctae trinitatis proxime praeterito ad facies praedictae civitatis Hozzumezew ac terrarum, sylvarum, pratorum et caeterarum utilitatum ejusdem vicinis et commetaneis ipsarum universis, inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cumque ipsi eandem et ipsas a partibus possessionum Zarvazo, Zapponcza et cujusdam claustri Ruthenorum in honorem sancti Michaelis constructi, per suas veras metas et antiquas undique reambularent, reambulatasque, et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter sepa-

ratas et distinctas, sub inclusionibus metarum praedictarum, praefatis judici, juratis caeterisque civibus et inhabitatoriaus dictae civitatis Hozzumezew perpetuo possidendas relinquere et committere voluissent, tunc Michael filius Bank de Zarwazo, et Lucas de Zapponcza illic adhaerendo, ipse siquidem Michael filius Bank in persona Petri Gerhes de eadem Zarvazo, ipse siquidem Lucas sua et cujusdam Simonis sacerdotis Kallugeri dicti claustri in personis, ipsos non a reambulatione, sed novarum metarum erectione prohibuissent contradicendo, propter quod ipsi ibidem et eodem die memoratos Petrum Gerhes de Zarvazo, ac Lucam de Zappancza, et Simonem Kalugerum contra annotatos judicem, juratos et universos cives et inhabitatores dictae civitatis Hozzumezew ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturas vestrae sublimitatis personalem evocassent in praesentiam, rationem contradictionis eorumdem reddituros. Signa autem metalia et cursus metales quibus ipsi praetactas civitatem Hozzumezew ac terras, sylvas, prata et alias pertinentias ejusdem a partibus praenominatarum possessionum Zarvazo, Zapponcza et claustri metaliter separare et distinguere voluissent, pro ut iidem regius et noster homines nobis recitaverunt, hoc ordine procederentur: quod incipissent ultra fluvium Thyciae a parte orientali super quendam lapidem Fejeskew apellatam, et inde ad plagam meridionalem ipsum fluvium Thyciae pertranseundo venissent ad unam vallem Nadastho nuncupatam, inde ad aciem montis Ebres dictum, ubi super arbores signum fecissent, unde ad quemdam meatum aquae Samospatak dictum, penes quem esset unus lapis Laposkew dictus, penes quem signum de terra fecissent, deinde dicta plaga meridionali servata directe ad montem Zyphegh[1]) ascendendo in cuius vertice signum de terra fecissent, abinde ad aciem fluvii Zarvazopathaka eundo, et ab inde directe ad montem Kewhath, unde iterum ascendendo ad montem Laposkeő[2]) dictum et ab eodem monte Dombos Nyarlo exeundo ad plagam Senepernyarlo ubi dicta civitas Hozzumezew commetatur cum civitate Zigeth, deinde directe plaga illa ascendit ad Maramarusfew,[3]) et ab inde ad occidentem per longitudinem viae Southa[4]) vocatae descendit, et abinde exeundo ad campum Ravaza,[5]) ubi de terra signum fecerunt, deinde descendendo ad septentrionem et eundo ad plagam Rosdaffew,[6]) et ab inde per longitudinem fluvii Zapponcza transcendendo ad campum Lygethfew, ubi de terra signum fecerunt, deinde descendendo per aciem Luci ad plagam Sandorzeke, inde descendendo ad Zapponczathw, et abinde ascendendo per Tyciam per longum meatum ad fluvium Dubinyapa-

thaka,[7]) ab hinc ascendendo ad (p)ortum salis per quasdam vias et lucos exit ad campum Zeen . . . . . ubi signum de terra fecerunt, et ab inde iterum ascendendo ad orientem, ad montem Komlos, unde iterum ascendit ad orientem ad quandam plagam Keselewfyzek, abhinc vero iterum ascendit per fluvium Apsa ad plagam veteris Apathw, et ab inde ascendendo per colles, prima meta cadit et circuncingitur in primitivas pacificas metas videlicet Fejeskew, unde prima meta et plaga civitatis Hozzumezew orta fuit. Datum undecimo die diei executionis. Anno die et loco ut supra. *Deinde vero earumdem intitulatio seu superscriptio quae in dorso habetur et extat sequitur hoc modo.* In personalem praesentiam domini Regis pro judice et juratis ac universis civibus et inhabitatoribus civitatis Hozzumezew contra Petrum Gerhes de Zarvazo ac Lucam de Zapponcza, et alium intronominatum, super reambulatione metarum praedictae civitatis Hozzumezew ac terrarum, sylvarum, pratorum, et aliarum utilitatum ejusdem a partibus possessionum intronominatarum modo introscripto facta, ad octavas festi beati Iabobi apostoli.[8]) [9])

[1]) Széphegy către resărit de la dealul Basarad.

[2]) Laposkő=Lespeḑi, aprópe de poiana Runcului.

[3] Maramarosfő=Fundul Văiei Mare, aprópe de isvórele Valei Braḑilor.

[4]) Southa=cararea pe care se porta sare în vechime de la Giulesci către ţiéra Oaşului, pe la Negresci in linia drépta peste păduri, pe la locul numit chiar pentru acea Solotruc, aprópe der Vĕrful Rotunḑilor.

[5]) Ravaza Rósa.

[6]) Rosdaffő—fundul văiei Ruginósa dela Vĕrful Rotunḑilor către méḑia nópte.

[7]) Dubinyapatak=Doboslázpatak ?

[8]) La cererea lui Andrea János cetețan din Câmpulung s'a transscris prin conventul din Lelesz in anul 1604. (ibidem Protocollum metalium Comitatus Maramarosiensi No 10.)

[9]) Din Câmpulung şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Peremartoni alias Bereczk de Terely, Decsei, Hánka (1698.) Fekete, Menyhárt (1686.) Krizely (1670.) Nagy (1699.) Lendvai (1649.) Igyártó (1699.) Orosz (1669.) Gyarmati, Csurka (1700.) Benedek (1699.) Lassu (1699.) Lator (1699.) Kata (1613.) şi Mocsári.

223.

1456 28. Aprilie. Buda. Donațiune nóuă prin care regele Ladislau V. dăruesce lui Ambrosiu din Dolha și fratelui seu Michail voivod din Rosalia moșia Cuhea ținută de stremoșii lui Ambrosiu, dér occupată prin Simeon din Bocicoel.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux nec non Marchio Moravie etc. memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum Ambrosy de Dolha, per ipsum uti didicimus iuxta possibilitatis ipsius exigentiam, prefato regno nostro Hungarie et sacre eius corone, nostreque maiestati cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, possessionem Kohnya vocatam in comitatu Maramarosiensi existentem, in cuius pacifico dominio prefatus Ambrosius progenitores suos ab antiquo perstitisse, nunc vero apud manus Symonis de Bochko occupative existere perhibetur, Item totum et omne jus nostrum regium, si quod in eadem possessione qualecunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, modis et racionibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, virgultis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, ac generaliter quarum libet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sicut prefertur stantibus et se habentibus, et dummodo dicta possessio ad aliquod castrum nostrum regale, aut aliquem officiolatum illarum partium non pertineat, sub omnibus illis modis, condicionibus et servitutibus quibus per predecessores nostros reges Hungarie in illis partibus possessiones dari consveverunt, prefato Ambrosio de Dolha et per eum Michaeli Wayda de Rozalya fratri suo condivisionali ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam. Salvo jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus,

dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Georgy martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero tercio.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil imprimat in Archivul Comitilor Teleky in Gyömrő (El. XX. f. II. No 24.)

224.

1456. 28. Aprilie. Buda. Mandatul regelui Ladislau pentru introducerea lui Ambrosiu din Dolha și a fratelui seu Michail Voivod din Rosalia, in posesiunea moșiei Cuhea, și al dreptului regescu de acolo, occupate prin Simon din Bocicoel.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex, nec non Marchio Moravie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Cum nos pro fidelitatibus, et fidelium obsequiorum meritis fidelis nostri Ambrosii de Dolha, per eum nobis exhibitis et impensis, possessionem Kohnya vocatam in comitatu Maramorosiensi existentem, in cuius pacifico dominio prefatus Ambrosius progenitores suos ab antiquo perstitisse, nunc vero aqud manus Simonis de Bochko occupative existere perhibetur, Item totum et omne jus nostrum regium, si quod in eadem possessione qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscumque Causis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premissis sic ut prefertur, stantibus et se habentibus, prefato Ambrosio de Dolha et per eum Michaeli Wayda de Rozalya fratri suo condivisionali, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo vigore aliarum nostrarum literarum contulerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem, et predicti juris nostri regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sandrinus Balya de Iood, aut Blasius de Barczanfalva, vel Georgius Peterman de Sayo, sin Stephanus de Bilke, seu Iohannes de Lipche, aliis absentibus homo noster de Curia nostra regia per nos ad id

deputatus, ad facies prescripte possessionis, consequenterque juris nostri regii in eadem existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatos Ambrosium et Michaelem Wayda in dominium eiusdem et ipsius juris nostri regii, statuatque eandem et idem eisdem premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbente, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra antefatos Ambrosium et Michaelem nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Georgii martyris, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum Hungarie etc. sextodecimo, Bohemie vero tertio.

Conventul din Lelesz (Statutoriarum D. No 49. anni 1456.) Copia dela Georgiu Petrovay, relațiunea lipsesce. S'a publicat prin comitele J. Teleky : Hunyadiak kora vol. X. pag. 509.

225.

1456. 12. Mai. Buda. Donațiune nóuă a regelui Ladislau V. despre moșia Borșa dăruită lui Nan, Nicolau, Sandrinu, Danciul și Luca fiii lui Hothko din Vișeu, carii au ținut moșia acésta din moși din strămoși.

Nos Ladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex ac Austriae et Styriae dux, necnon marchio Moraviae. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, Quod nos consideratis fidelitatibus, et fidelium obsequiorum meritis, fidelium nostrorum Naan, Nicolai, Sandrini, Danchul et Lucae filiorum Hothko[1]) de Visso, per eos uti didicimus, nobis et sacrae regni nostri Hungariae coronae, juxta eorum possibilitatis exigentiam exhibitis, et impensis, possessionem Borsa vocatam in comitatu Maramorosiensi existentem et habitam, in cujus pacifico dominio praefati Naan, Nicolaus, Sandrinus, Danchul et Lucas, progenitores

suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt etiam de praesenti, item totum et omne jus nostrum regium, si quod in eadem possessione qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscumque causis, modis et rationibus concerneret majestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet: terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, foenetis, sylvis, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque, promontoriis, agris, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus, praemissis sic ut profertur stantibus et dummodo ipsa possessio Borsa, ad aliquod castrum nostrum regale vel aliquem officiolatum parcium nostrarum inferiorum non pertineat, praefatis Naan, Nicolao, Sandrino, Danchul et Lucae, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, sub illis conditionibus, servitutibus et consvetudinibus, quibus per praedecessores nostros reges Hungariae in illis partibus inferioribus villae seu possessiones dari et donari consveverunt, novae nostrae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus imo damus, donamus et conferimus, jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, salvo Iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum Budae feria quarta proxima ante festum Pentecostes. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum Anno Hungariae etc. sexto decimo Bohemiae vero tertio.[2])

Commissio propria domini regis.

[1]) Hothko = Photie.

[2]) Din transscrisul autentic dat prin Conventul din Lelesz nobilelui Joan Mihály preutului din Borşa şi multor fraţi impărţitori ai lui in anul 1765. 15. Mart.

226.

1456. 12. Mai. Buda. La mandatul regelui Ladislau V. Nan, Nicolau, Sandrin, Danciul şi Luca din Vişeu se intrduc in posesiunea moşiei Borşa fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris: Blasius praepositus et conventus sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Ladislai Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. regis ac Austriae et Stiriae ducis, nec non marchionis Moraviae etc. Statutorias nobis directas honore et reverentia, quibus decuit recepimus in haec verba. Ladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex ac Austriae et Stiriae dux, necnon marchio Moraviae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz, salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum Naan, Nicolai, Sandrini, Danchuli et Lucae filiorum Hottko de Wisso per eos nobis exhibitis et inpensis, possessionem Borsa vocatam in comitatu Maramarusiensi existentem habitam, in cuius pacifico dominio praefati Naan, Nicolaus, Sandrinus, Danchul et Lucas progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt etiam de praesenti, Item totum et omne Ius regium, si quod in eadem possessione qualiter cumque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis modis et rationibus concernerent majestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissis sic ut paefertur stantibus et dummodo ipsa possessio Borsa ad aliquod castrum nostrum regale vel aliquem officiolatum partium nostrarum inferiorum non pertineat, praefatis Naan, Nicolao, Sandrino, Danchul et Lucae ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis sub illis conditionibus, servitutibus et consvetudinibus quibus per praedecessores nostros reges Hungariae in illis partibus inferioribus villae seu possessiones dari et donari consveverunt, novae nostrae donationis titulo vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque ipsos in dominium eiusdem et ipsius Iuris nostri regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, fidelitati igitur vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus ve-

strum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Gorzo vel Ivasko de Iod, aut Rado de Dragomerfalva, seu Michael de Krycsowa seu Petrus de Weresmarthou, sive Michael de Kalinfalwa aliis absentibus homo noster ad facies praedictae possessionis Borsa, consequenterque Iuris nostri regii in eadem habiti, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Naan, Nicolaum, Sandrinum, Dancsul et Lucam in dominium eiusdem et ipsius Iuris nostri regii in eadem existentis, statuatque eandem et idem eisdem praemissae novae nostrae donationis titulo ipsis incumbenti perpetue possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra antefatos Naan, Nicolaum, Sandrinum, Danczul et Lucam nostram in praesentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima ante festum Pentecostes. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum anno Hungariae etc. sexto decimo; Bohemiae vero tertio. Nos igitur praeceptis et mandatis dicti domini nostri domini Ladislai regis obedire cupientes (ut tenemur) una cum praefato Ivasko de Iod homine eiusdem domini regis nostri, unum ex nobis videlicet fratrem Clementem praesbiterum ad praemissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis unisono retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima, ante festum sacratissimi Corporis Christi proxime praeteritum, ad facies paedictae possessionis Borsa vocatae consequenterque dicti Iuris regii in eadem habiti comitatu in praescripto existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Georgio dicto Petherman de Sajo, Wlad de Szelistye, Radul de Dragomerfalua et Ivan Thorkos de eadem, inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cuius facie legitimis et consvetis diebus permanendo praefatosque Naan, Nicolaum, Sandrinum, Danczul et Lucam de Wisso in dominium eiusdem possessionis Borsa et ipsius Iuris regy in eadem habiti introducendo, eandemque et idem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis praemisso vestrae serenitatis donationis titulo ipsis incumbenti statuissent, perpetuo possidendam nullo contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam, stabilitatemque perennalem praesentes literas privilegiales sigilli nostri

appensione munimine roboratas duximus concedendas, Datum sexto decimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno Domini supradicto.

Din transscrisul amintit in diploma precedente. Există și alt transscris al requisitorilor literilor mănăstirei din Cluj, dat nobilelui Simon din Vișeu de sus in anul 1652. 26. Februar.

227.

1456. 12. Mai. Buda. Donațiune nóuă a regelui Ladislau V. dată lui Simeon și fratelui seu Joan din Cuhea despre moșia Bocicoel, in a carei-a posesiune erau și inainte de acea.

Commissio propria domini Regis.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, nec non marchio Moravie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum Simonis et Iohannis de Kohnya, per eos uti didicimus, nobis et sacre regni nostri Hungarie corone, iuxta eorum possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, possessionem Kis-Bachko in comitatu Maramorosiensi existentem et habitam, in cuius pacifico dominio idem Simon se et dictum Iohannem fratrem suum a pluribus iam annis prestitisse, persistereque asserit eciam de presenti, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in dicta possessione qualitercunque haberemus, et nostram ex quibuscunque causis, modis et racionibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus premissis sic ut refertur stantibus, et dummodo dicta possessio ad aliquod castrum nostrum regale, vel aliquem offi-

ciolatum parcium illarum non pertineat, sub illis modis, condicionibus, servitutibus et consvetudinibus, quibus per predecessores nostros reges Hungarie in illis partibus possessiones et Iura possessionaria donari consveverunt, memoratis Simoni et Iohanni, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus, Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam. Salvo jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privelegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria quarta proxima, ante festum Penthecostes. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. Sexto decimo, Bohemie vero tercio.

Din originalul scris pe pergamen şi provezut cu sigil imprimat la dr. Ilie Mariş advocatul.

228.

1456. 12. Mai. Buda. La mandatul regelui Ladislau V. se introduc fără contradicere Simeon şi fratele seu Joan din Cuhea in posesiunea moşiei Bocicoel şi dreptului regescu de acolo.

Omnibus Christi fidelibus pariter et ffuturis, presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Ladislai Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis ac Austrie et Stirie ducis, nec non marchionis Moravie etc. statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit, recepimus in hec verba. Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, ac Austrie et Stirie dux nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam, cum nos pro fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis fidelium nostrorum Symonis et Iohannis de Kohnya, per eos nobis exhibitis et inpensis, possessionem Kys-Bochko, in comitatu Maramarosiensi existentem et habitam, in cuius pacifico dominio idem Symon se et dictum Iohannem fratrem suum a pluribus iam annis perstitisse persistereque asserit

etiam de presenti, simul cum omni jure nostro regio, si quod in dicta possessione Kys-Bachko qualitercumque haberemus, et nostram ex quibuscumque causis, modis et racionibus concerneret maistatem, ac alys cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premissis sic se habentibus, et dummodo dicta possessio ad aliquod castrum nostrum regale, vel aliquem officiolàtum parcium illarum non pertineat, sub illis modis, condicionibus, servitutibus et consvetudinibus, quibus per predecessores nostros reges Hungarie in illis partibus possessiones et jura possessionaria donari consveverunt, memoratis Symoni et Iohanni, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum nove nostre donacionis titulo in perpetuo contulerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo, presente Gorzo seu Ivasko de Iod, aut Radu de Dragumelfalva, vel Michael de Krychova, seu Petrus de Veresmarthou, sive Michael de Kalinfalva aliis absentibus homo noster, ad faciem dicte possessionis, consequenterque iuris nostri regy in eadem habiti, vicinis et commetaneis eiusdem universis, inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Symonem et Iohannem in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbenti perpetue possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Symonem et Iohannem, nostram in presenciam ad terminum conpetentem, racionem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Penthecostes, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrum anno Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero tertio. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri domini Ladislai regis obedire cupientes ut tenemur una cum prefato Ivasko de Iod homine eiusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Clementem presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum sacratissimi corporis Christi proxime preteritum, ad faciem

predicte possessionis Kys-Bachko vocate, consequenterque dicti juris regii in eadem habiti, comitatu in prescripto existentis, vicinis et commetaneis ejusdem universis videlicet Georgio dicto Peterman de Sayo, Wlad de Zeleste, Radwl de Dragomerfalva et Naan de Wysso, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legitimis et consvetis diebus permanendo, prefatosque Symonem et Iohannem de Kohnya in dominium ejusdem possessionis Kis-Bochko, et ipsius juris regii in eadem habiti introducendo, eandemque et idem, cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisse regie serenitatis donationis titulo, ipsis incumbenti statuissent perpetuo possitendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem, presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sexto decimo die diei introductionis et statutionis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente la dr. Ilie Mariş advocatul.

229.

1456. 10. Juniu. Strigoniu. La cererea lui Toma şi Joan fiii lui Joan Hozyw, a lui Pap Costa şi Dănile d'in Apşa de mijloc, a lui Blasiu, Jacobu şi Jwga d'in Apşa de jos şi la mandatul regelui Ladislau V. se face reambularea metale peste hotarele posesiunilor Apşa de mijloc şi Apşa de jos.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod nos literas excellentissimi principis domini Ladislai Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis Austrieque et Stirie ducis nec non marchionis Moravie reambulatorias nobis directas sumpmo cum honore recepimus in hec verba. Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux nec non marchio Moravie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Thome et Iohannis filiorum Iohannis Hozyw ac Koszta Pap de Kezepsew-Apsa et Danielis[1])

de eadem, nec non Blasy et Iacobi ac Iwga de Also-Apsa, quomodo quedam possessiones eorundem Kezepsew-Apsa et Also-Apsa vocate in comitatu Maramarosiensi existentes apud manusque ipsorum pacifice habite a partibus possessionum Krychfalwa, Dolha et Wglya[2]) legitimis reambulacionibus ac metarum ereccionibus plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael Pap de Feiereghaz, aut Iohannes filius Nicolai de Swgathagh, vel Georgius Fiytze de Gywlafalwa, sive Ladislaus de dicta Krychfalwa, seu Ladislaus an Petrus de Bedew, neve Iohannes de Zarwazo alys absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Kezepsew-Apsa et Also-Apsa vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarys erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus possessionarys metaliter separatas et distinctas, relinquat eisdem exponentibus, Iure ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram specialem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi reambulacionis et metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque eciam et commetaneorum, qui predictis reambulacionibus et metarum erectionibus intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre speciali presencie fideliter rescribatis. Datum Strigonii feria quinta proxima ante festum beati Barnabe apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Iohanne Bank de Zarwazo, homine eiusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Stephanum presbyterum ecclesie nostre antedicte cantorem, ad premissas reambulaciones et metarum erecciones faciendas nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi secundo die festi beati Iacobi Apostoli proxime preteriti ad facies possessionum Kezepsew-Apsa et Also-Apsa vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis, videlicet Iohanne de Veresmarth, Michaele Naan de Zlathyna, Ladislao de eadem et Sandrino de Feiereghaz inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, easdem per suas veras metas et antiquas novas juxta veteres in locis necessariis erigendo reambulassent, reambulatas-

que et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas reliquissent eisdem exponentibus, jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas nullo penitus contradictore inibi apparente, legitimis et consvetis diebus in faciebus earumdem juxta regni consvetudinem, moram continue protrahente. Mete autem et cursus metarum sunt hec. Item primo incepissent a plaga orientali super quemdam magnum circularem montem Kermetzhege[3] nuncupatum in cujus cacumine habetur quidam murus, ut dicitur, olim pro castro exstructum fuisse dinoscitur, quem pro meta principali commisissent, et de eodem monte descendendo et pertranseundo quendam rivulum Kermetzpathaka vocatum versus plagam meridionalem, et perveniendo ad alium montem, qui cursum suum vertit versus eandem plagam meridionalem, et in latere eiusdem ascendendo ad cacumen cuiusdam montis et in eiusdem vertice per bonum spatium eundo et sic idem mons circulariter circuit ad plagam occidentalem per magnum et longum spatium, quasi ad duo milliaria vel modico circa, et in declivio ipsius montis habentur quedam arbuste avellanarum pro meta relinquendo, ab hinc eundo usque fluvium Tytiae ubi quidam rivulus Gyrtianpathaka[4] nominatum cadit in predictum fluvium Tytiae, quem pro meta relinquendo, deinde per ipsum rivulum ascendendo per bonum spacium et de ipso rivulo exeundo et perveniendo versus plagam septentrionalem inter montes usque montem Berbeechhege[5] nominatum quem pro meta assignassent, et a monte Berbeechhege vertitur ipsius metarum cursus iterum ad plagam orientalem et perveniendo ad rivulum Ekerpathaka[6] nuncupatum, quem pro meta relinquissent, ad huc eadem plaga orientali servata, iterum perveniendo ad quandam viam Estwanwtha vocatam quam iterum pro meta assignassent. Ab hac vadit usque ad quendam locum Komlospathaka, et ab inde eundo usque montem Fenyesheg quem pro meta assignassent. Adhuc eadem plaga servata vadit ad quemdam campum Peleskemezeje[7] vocatum quem pro meta assignassent. Et ab hinc vadit et cadit in fluvium Swprwtz[8] et a fluvio Swprwtz iterum vadit ad alium campum iterum Peleske nominatum, quem pro meta semper reliquissent, semper eadem plaga orientali adhuc servata, vadit usque alpes Kezepsew-apsa havasa[9] nominatas aliter Oprissa havasa[10] nominatas et secundum Also-apsa havasa vocatas, quas cum suis utilitatibus, proventibus, sylvis, pratis, herbis, campis et aquis nec non locis metalibus pro ipsis possessionibus Also-Apsa et Kezepsew-Apsa assignassent, pro metis possidendas. Et a tercia Alpe eundo ad quandam planiciem seu campum iterum Peleske

vocatum et ab ipso Peleske perveniendo ad quemdam locum Laithraskw vocatum, et a loco Laithraskw eundo inter quasdam duas montes per bonum spacium, et perveniendo ad alium Laithraskw, quos pro metis reliquissent, et ab hinc eundo usque rivulum Tiszapathaka adhuc eadem plaga meridionali servata vadit et ascendit ad verticem cuiusdam montis et de ipso monte descendendo et perveniendo ad quartum campum iterum Peleske nominatum, que loca semper pro metis ipsis possessionibus reliquissent, et a quarto campo Peleske vadit ad primam ubi in cacumine primi montis predictus murus habetur et ibi terminassent. Quarum quidem metarum consignaciones et erecciones modo superius conscripto reliquissent et commisissent prefatis exponentibus jure ipsis attinenti perpetuo possidendas. In cujus rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum sedecimo die diei reambulacionis et metarum assignacionis prenotatarum. Anno domini supradicto[11] [12]).

[1]) De la acest Daniel se trage familia nobilă Dan din Apşa.

[2]) Din aceste posesiuni Apşele acum nu se mejdesc decăt cu Uglea in spre partea munţilor.

[3]) Kermetzhege=Cremeniţa, acolo se cunosc şi aḑi urmele castrului, redicat probabil in tĕmpul Dacilor.

[4]) Gyrtianpataka=Valea Cărpinişului.

[5]) Berbeechhegye=Arietéua.

[6]) Ekerpathaka=Bouţiu.

[7]) Peleske=Pleşca.

[8]) Swprwtz=Szopurka.

[9]) Közép-Apşa havasa=Apşănescu.

[10]) Oprişa astfeliu numit şi aḑi după Oprişa fiul lui Erdew voyvoda, despre care veḑi in diploma d'in 1345.

[11]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente la nobilii din Apşa de mijloc, copia se află şi in processul nobililor d'in Apşa de mijloc in contra fişcului regescu, d'in anii 1824—1836.

[12]) Din Apşa de mijloc şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Mihaly (1407.) Vlad (1407.) Siman (1406.) Pap (1456.) Ivanciuc (1407.) Popelean, Vultur şi Cozub; in anii 1763—1768. familiele Cozma (1506.) Dan (1407.) Marina (1589.) Huzeu (1406.) Opriş alias Lazar.

230.

1456. 10. Juniu. Strigoniu. Mandatul regelui Ladislau către magistratul comitatului că Petru Gherheş din Saraseu, Simon Călugărul mănăstirei săntului Michail Archangel, redicate aprópe de Apşa, şi alţi nobili din Saraseu şi Sapĕnţa se fie scutiţi şi aperaţi in contra cetăţenilor şi hospesilor din Cămpulung, carii cu occasiunea unei reambulare metale au occupat cu nedrept dóue mănăstiri, pămĕnte semănate, fĕnaţie şi păduri.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux necnon marchio Moravie, fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maramorusiensis salutem et graciam. Exponit nostre maiestati fidelis noster Petrus Gerhes de Zarwazo sua ac . . . . Simonis sacerdotis Kalugery in claustro beati Michaelis Archangeli prope possessionem Absa constructo degentis, necnon Michaelis Nan de Zaponcza et Luce de eadem item Iohannis et Sandrini Gerhes dicti ac Iohannis Bank, Michaelis, Luce, Andree et Dragus de dicta Zarwazo in personis, quod licet ipsi in pacifico dominio quorumdam duorum monasteriorum seu ecclesiarum, nec non terrarum certarum arabilium, silvarum, pratorum et fenilium, tam intra metas possessionum Zarwazo, quam eciam Zaponcza predictarum, existencium et adiacentium semper et ab antiquo extiterint, tamen nuper videlicet circa festum Corporis Christi proxime preteritum cives et hospites civitatis nostre Hwzwmezew vocate, cum nostre maiestatis et conventus ecclesie de Lelez hominibus, vigore literarum nostrarum reambulatoriarum a nobis impetratarum predicta claustra et Iura possessionaria nec non terras arabiles, silvas, prata et fenilia ipsorum exponencium per novarum metarum erecciones, contra inhibicionem ipsorum exponencium pro se ipsis minus iuste occupassent, et occupatas tenerent eciam de presenti, volentes inter eos lite pendente, ipsis silvis, pratis et fenilibus nec non terris arabilibus uti, segetes quoque per ipsos exponentes seminatas metere, prata quoque ipsa falcare, in grande preiudicium dampnumque dictorum exponentium non modicum[1]), supplicatum itaque nostre extitit maiestati ut ipsis circa premissa Iuris medelam adhibere dignaremur. Et cum nos ipsos exponentes in eorumdem iustis Iuribus velimus facere con-

servare, ideo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus receptis presentibus, rebusque premisso modo se habentibus, memoratos exponentes in dominio prescriptorum duorum monasteriorum seu ecclesiarum, nec non terrarum arabilium, silvarum, pratorum et fenelium iuxta priora et antiqua signa metalia eorumdem tamdiu, donec inchoate lites inter easdem partes decidentur, contra quoslibet illegitimos impeditores, et signanter adversus pretactos et inhabitatores (sic) protegere, tueri et indempniter manutenere debeatis, nostre maiestatis in persona auctoritateque presentibus vobis in hac parte attributa et justicia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum Strigony feria quinta proxima ante festum beati Barnabe Apostoli, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. [2])

[1]) Moșia de-și modestă a mănăstirei a format și după acea obiectul lacomiei privaților, precum și a erariului, la care apoi a remas definitiv. Ni-se arétă acésta și prin urmatóriă literă publicată prin J. Duliskovics. (Istoriceskia Certei II. 69.) Nos Valentinus Drugeth . . . Továbbá mivel talålának meg bennünket az becsületes Máramaros Vármegye eö kegyelmek, és az Moldvay Simon Vajda eö Nagysága követe, az megnevezett becsületes Máramaros vármegyében levő egy olah Clastrom végett melli Keörtvelesnek hivattatik, — minthogy penigh az az Clastrom ennek elötte való boldog emlékezető fejedelmek idejében is Olah Püspökök lakóhelye volt, és mostani változásnak idejében penighlen foglaltatott volt Huszt várához — megtekintvén azért ebben az dologban mind az Moldvai Simeon vajdat eö Nagyságát, minekünk kedves szomszed baratunkat, és mind penigh az becsületes Maramaros varmegyet eö kegyelmet, az eö kegyelmek kivansagok szerint azt az Clastromot restitualtuk ugy, hogy püspök birja, és Huszt várától hallgasson . . . . és tovabba eö rolla mi hirünk és akaratunkból szálljon az következendő Püspökökre szantoföldjeivel, kaszáló rétjeivel, erdeivel s mind halászó vizeivel egyetemben. Ezt is hozzátévén, hogy az Clastrom mind az Püspökével egyetemben Huszt Capitanunkval mindenekben egyetértsen, melly dolognak erőssegere és jövendő emlékezetére attuk ez jelen való levelünket pecsetünkvel és kezünk irasaval megerősitvén. Actum in arce nostra Huztt. 9. Martii 1607. Comes Valentinus de Homonna mp. L. S.

[2]) D'in originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat.

231.

1457. 12. Februar. Buda. Mandatul regelui Ladislau cătră Comunitatea opidului Câmpulung pentru restituirea averilor nedrept occupate de la Simon Călugărul mănestirei săntului Michail Archangel, redicate aprópe de Apşa şi dela mai mulţi nobili d'in Saraseu şi Sapĕnţia.

Commissio propria Domini regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux, nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris judici juratis, ceterisque civibus ac toti comunitati opidi nostri Hwzywmezew vocati, salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum religiosi fratris Symonis Kalugeris in Claustro beati Michaelis Archangeli prope possessionem Absa constructo degente, Petri Gerhes, Iohannis Bank, Michaelis, Luce, Andree et Dragus de Zarwazo, comuni cum querela, quod licet ipsi in pacifico dominio quorumdam duorum monasteriorum seu ecclesiarum nec non certarum terrarum arabilium, silvarum, pratorum et fenilium, tam eciam inter metas possessionis Zarwazo, quam eciam Zaponcza pre . . . . . . et ab antiquo extiterint, tamen circa festum sacratissimi corporis[1][2]).

. . . .

[1]) Din originalul scris pe papir nu se aflǎ decăt fragmentul aci publicat. La Duliskovics o. c. II. p. 66. aflămu conţinutul mandatului intreg cu datul: Budae Sabbato ante festum Valentini Martiris 1457. Sunt dóue serbători cu acest nume: in 14. Februariu şi in 3. Novembre, aci e de inţeles cea dintănlă, de óräce regele Ladislau de la Juliu anului 1457. a stat la Praga pănă ce a murit in luna Novembre; in locul lui prin rĕvna părţei resăritene a Ungariei s'a ales de rege din prinsóre de la Praga cu entusiasm nemărginit Mathia Corvinul din Huniad in 24. Januar 1459.

[2]) Din textul acestei diplome aflăm la J. Duliskovics o. c. II. p. 67. pasagiul următoriu: „Praedicta claustra et jura possessionaria, nec non terras arabiles, silvas, prata et foenalia ipsorum exponentium, praenarratarum metarum erectiones contra inhibitiones ipsorum, pro vobis ipsis lite inter vos et eosdem exponentes pendente injuste occupassetis, et occupatas teneretis etiam de praesenti, et non contenti tempore in eodem non nullos ex vobis ad dictum Claustrum B. Michaelis Archangeli armatis manibus destinassetis, ibique 24. pecora et pecudes ipsius fratris Simeonis recipi, et quo voluissetis, depelli fecissetis“ etc.

232.

1457. 19. Februariu. Buda. Regele Ladislau V. dăruesce lui Michail fiul lui Thatul din Jalova pentru meritele sale căscigate in resbelul contra turcilor, și lui Simon Gherheș din Saraseu intrégă moșia Jépa și a treia parte din moșia Saraseu, cazute in proprietatea corónei prin stingerea familiei lui Danciu Fejer din Saraseu.

Nos Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux nec non marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis multimodis servicys et fidelium servitiorum meritis fidelis nostri egregy Michaelis fily Thathul de Ilhocz, que idem uti a certo sumus informati sacre regni nostri Hungarie corone et consenquenter nostre maiestati sub locorum et temporum varietate et presertim in multiplicibus exercitualibus expeditionibus contra Turcos et alios regni nostri emulos instrauratis, cum conplurima sui et suorum sanguinis effusione, et Michaelis condam Bogdan fratris sui et aliorum consanguineorum et familiarium ejusdem Michaelis cumque fidelitatis constantia et sollicitudine indefessa viriliter ac toto posse exhibuit et inpendit, quorum intuitu ipsum Michaelem regio prosequi volentes favore, quandam tertiam partem cujusdam possessionis Zarvazov vocate in comitatu Maramarosiensi habite, item totalem possessionem Kabolapataka appellatam in eodem comitatu Maramarosiense existentem, que uti idem Michael asserit, condam Dants-Fejer[1]) de prescripta Zarvazov, et certorum aliorum nobilium congenerationis Kathorlow[2]) prefuissent, et per defectum seminis ejusdem ad manus nostras regias juxta antiquam et approbatam regni nostri consvetudinem, devolute extitissent, et erga manus quorundam dominorum, tanquam jurium nostrorum regalium celatricum sub taciturnitatis silentio haberentur, item totum et omne jus nostrum regium, si quod in prefatis tertia parte possessionis Zarvazou, et totali possessione Kabolapathaka predictarum qualitercumque haberemus et nostram quibuscumque modis, causis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et appertinentiis, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, alpibus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis,

piscinis, piscaturis et aquarum decursibus, molendinis et molendinorum locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem rite spectantibus et pertinere debentibus, sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus, quibus hactenus rite et legitime tente fuerint et possesse premissis sic stantibus, dummodo eedem ad aliquod castrum, seu officiolatum regale non pertineant praefato Michaeli et per eum Simoni Gerhes de Zarvazo predicta ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter, sub illis juribus et conditionibus, quibus ceteri nobiles in pretacto comitatu Maramarosiensi possessiones tenent et possident, tenendas, possidendas pariter et habendas salvo jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude feria quinta proxima post festum beati Valentini matiris. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. Regnorum autem nostrorum A⁰ Hungarie decimo septimo Bohemie vero quarto[3]).

[1]) Familia nobilă Danciu şi acum stepănesce in moşia Jépa, proprietari ai acestei moşie erau mulţi şi in anul 1429. pentru acea donaţiunea acésta nu a avut neci o valóre.

[2]) După numele familiei nobilă Cotĕrlă se numesce valea Cotĕrléscă lăngă Saraseu.

[3]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil imprimat dér sfermat; sub sigil se cetesce: Relatio domini Joannis Episcopi Varadiensis Cancellarii," in archivul comitatului in theca cu feresti, s'a produs şi in processul lui Stefan Danciu tot acolo III. 1783/46.

233.

1457. 22. Februar. Buda. Mandatul regelui Ladislau V. cătră Ambrosiu din Dolha şi Joan din Szentmiklós, prin care se opresce sarea din Polonia şi Ruscia, şi se ordonă se se confisce acea sare numită Kuk, şi vĕndută in paguba camerei regesci, de órăce prin acésta se impedecă venzarea de sare Maramureşană.

Ladislaus Dei gratia rex Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. ac Austrie et Stirie dux nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris nobilibus Ambrosio de Dolha, et Iohanni de Senthmyklos salutem et gratiam, cum hactenus in salibus nostris Maramarosiensibus, ex introduccione salium Polonicalium ac eciam aliorum salium de Ruscia wulgo Kwk in hoc regnum Hungarie utpote qui et cursum et vendicionem ipsorum salium Maramarosiensium impedire dicuntur, nosque camerasque nostras regias notabilia dampna suscepisse intelligamus. Igitur ne ampliora dampna exinde nobis eveniant, decrevimus illos sales polonicales et de Ruscia, ubique in hoc regno nostro, et eius partibus, apud quoscunque repertos, per vos afferri et pro nostra maiestate teneri, fidelitati vestre mandamus, quatenus receptis presentibus, inhibeatis omnes homines huius regni nostri cuiuscunque status existent, palam et manifeste, ne de cetero cum talismodi extraneis salibus utantur, ex eorumque introduccione cursum salium huius regni nostri impediant quovismodo, alioquin huiusmodi sales polonicales et de Ruscia ubicunque et in quibuscunque locis apud quoscunque reperire poteritis, ab omnibus nemine curato irremissibiliter auferre, et pro nostra maiestate tenere debeatis, auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa mediante, secus non facturi. Datum Bude in festo Kathedre beati Petri Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, regnorum autem nostrorum, Anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

Din archivul comiţilor Teleky in Gyömrő. El. XX. II. No 26. Sarea era şi atunci şi inainte de acea (veḑi bulla aurea a regelui Andrea II.) venitul camerei regesci şi monopol ca acum.

234.

1457. 2. Mart. Buda. Regele Ladislau retrage şi nimicesce donaţiunea sa facută in favorul lui Symon plebanul din Huszt şi al fraţilor sei Paul şi Joan fiii lui Ladislau din Huszt, de orăce moşia donată Keselymező se află intre mejdile moşielor Lipce şi Herince din Konesiatul lui Nicolau fiul lui Petru din Bilko, care are se fie introdus in posesiunea acea.

Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux, nec nen marchio Morauie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Noveritis quod cum nos ad súplicacionem Symonis plebani de Huszt per eum maiestati nostre porrectam, possessionem Keselewmezew vocatam in comitatu Maramorosiense existentem cum omnibus suis utilitatibus simul cum Iure nostro regio si quod in eadem habuissemus eodem Symoni, nec non Paulo ac Iohanni filys Ladislai de eadem Huszt fratribus suis carnalibus in perpetuum contulissemus, sub illa tamen condicione . . . . . ad castrum Huzth aut officiolatum ipsius comitatus non pertinet. Nicolausque de Bylke personaliter in nostre maiestatis personalem veniens presenciam, prefatum Symonem coram nobis ab impetracione dicte possessionis Keselewmezew nec non statucione eiusdem, sibi et prefatis fratribus coram nostra maiestate publice prohibuerit. Mox idem Symon huiusmodi prohibicioni superse viribus . . . non admittere vellet sed racionem contradictionis dicti Nicolai in . . . eiusdem possessionis Keselewmezew facte, ... ue respondendo . . . . prehabitis ibidem jus suum ad literas nostras donacionales super eadem possessione pro se et dictis suis fratribus confectas referebat, ... , . , prefatus Nicolaus de Bylke, ipsam possessionem Keselew mezew inter metas possessionum suarum Lypche et Haryncha adiacere referebat . . . . declaracionemque huiusmodi allegacionis sue quasdam duas literas et literalia instrumenta, unam condam comitis Symonis fily Nicolai de Rozgon Iudicis curie condam serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum ac Hungarie etc. regis avy nostri in Wysegrad quadragesimo die octavarum festi beati Michaelis Archangeli tunc preteritarum anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo emanatam, et aliam vestram super ipsis possessionibus Lypche et Haryncha anno Domini millesimo quadringentesimo nono confectam,

ʒenore aliarum literarum vestrarum metalium super dictis possessionibus quinto decimo die festi beati Martini confessoris, dicte videlicet huiusmodi reambulacionis metalis anno Domini millesimo quadringentesimo nono, in se continentem. Ex quarum prima videlicet predicti comitis Symonis, presente et audiente prefato Symone plebano evidenter declarabatur Kenesyatum dictarum possessionum Lypche et Harincha in comitatu Maramorosiense existencium simul cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys, sub certis servicys et censu regie Maiestati et consequenter ad dictum Castrum et officiolatum comitatus Maramorosiensis exhibendo, condam Sandrino filio Balicha de Bylke et Petro filio Stephani de eadem ipsorumque heredibus contra et adversus Petrum et Elyam filios Nicolai fily Stanislai de Wrmezew, suo modo aliter adjudicatum esse et fuisse, eosdemque Sandrinum et Petrum in dominium ipsius Kenesyatus ac cunctarum earum utilitatum et pertinenciarum introductos et eundem eis contradictione dictorum Petri et Elie et aliorum quorum libet non obstante, legitime statucione exstitisse. Altera vero videlicet vestra privilegialiter emanata continebat apertam metalem reambulationem et ereccionem possessionum predictarum. Cum igitur nos ex pretactis literis coram nobis productis intelleximus predictam possessionem Keselewmezew cum suis pertinentys . . . . intra metas dictarum possessionum Lypche et Harincha, ex quibus nobis et consequentur ad predictum castrum nostrum Husth census et servicia exhiberi debent, partim vero inter metas alterius possessionis nostre ad ipsum castrum pertinentis Iza vocate de novo collocatam esse, ex eoque propter con . . . . . in dicta nostra donacione prefata Simoni plebano facta expressa . . . . ipsam donacionem nostram nullius vigorem . . . . Id circo nos de consilio magistrorum prothonothariorum regni nostri in sede personalis nostre presencie in judicio consedencium, donacionem nostram pretactam praefato Symoni plebano et fratribus suis factam et literas desuper confectas . . . . . . vanas et cassas fore . . . . . possessionesque ante dictas Lypche et Haryncha sub titulo Kenezyatus supratacti cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinencys . . . . metas et distincciones metales in dictis literis vestris consignatas prefato Nicolao filio supra dicti Petri de Bylke et fratribus suis ipsorumque heredibus de novo salvis pretactis juribus nostris regalibus, statui debere conmittimus, fidelitati vestre firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Magister Mauricius de Ouar aut Gregorius Balog de Hanthoka vel Ioannes de Karachon

sive Ladislaus de Paka curie nostre notary alys absentibus homo noster de curia nostra regia ad id specialiter transmissus, ad facies dictarum possessionum Lypche et Haryncha vicinis et commetaneis earundem convocatis accedendo, reambulet easdem . . . . metas et distinctiones metarum in dictis litteris expressas, reambulatasque cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys statuat et committat prenotato Nicolao de Bylke et suis fratribus ac eorundem heredibus premisso Iure eis incumbenti, perpetuo possidendas contradictione prefati Symonis plebani et fratrum suorum predictorum non obstante. Et post hec huiusmodi reambulacionis et statucionis seriem, ut fuerit expediens, ad octavas festi Beati Georgy Martiris proxime venturi nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta in die scilicet cinerum. Anno Domini M^{0} CCCC^{0} L^{0} septimo . . . . Anno Hungarie . . . . Bohemie vero quarto . . . .

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil in archivul lui Valentin Gorzo in Komlos. Copia dela Georgiu Petrovay.

235.

1457. Viena. Mandatul regelui Ladislau cătră magistratul comitatului, ca pe Nicolau din Bilke şi pe fraţii sei se-i aperă de diverse vexaţiuni suferite de dênşii din partea lui Joan din Urmező pentru moşiile Lipce, Herince, Berezna, Ökörmező, Ripine Kelecen si Vizköz (Szolyma).

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux necnon marchio Morauie etc. Fidelibus nostris egregio Ladislao de Wpor comiti eiusque vicecomitibus et judicibus nobilium comitatus Maramorosiensis salutem et graciam, exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Nicolai, Michaelis et Stephani de Bylke, item Sandrini, Stephani, Johannis . . . . . . et alterius Iohannis de eadem Bylke querulose, quod ipsos Johannes de Wrmezew in possessionibus ipsorum Lipse, Herincze, Berezna, Ekermezew, Rypina, Keleczen et Wyzkez vocatis, in eodem comitatu habitis minus iuste et indebite nimium impediret turbaretque et diversi

modo vexaret, in futurumque vexare et impedire niteretur, in eorumdem exponentium preiudicium atque dampnum. Supplicatum itaque extitit maiestati nostre pro parte eorumdem exponencium ut eis a premissa de remedio providere dignaremur gracioso, et quia nos ipsos exponentes simul cum pretactis ipsorum possessionibus et juribus possessionarys rebusque et bonis quibusvis Justis utputa et legitimis in nostram regiam recepimus patrocinium et tutelam specialem viteque nostre maiestatis persone vestro commisimus tuicioni, Igitur fidelitati vestre presentibus strictissime mandamus . . . . quatenus, a modo deinceps pretactos exponentes in pretactis ipsorum possessionibus et Juribus possessionarys rebusque et bonis quibusvis Justis ut prefertur et legitimis contra quoslibet illegitimos eorum impetitores et presertim antefatum Johannem de Wrmezew tueri et manutenere . . atis . . . . itis in persona et auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attribu . . . . secus facere non ausuri. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Wyenne die dominica proxima . . . . te Anno domini Milessimo Quadringentessimo quinquagesimo Septimo regnorum nostrorum, ... decimo octavo Bohemie vero quarto.

Originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat, in archivul lui Valentin Gorzo in Komlós. Copia de la Georgiu Petrovay.

236.

1457. 9. Novembre. Szigeth. Litere de judicată prin care cetățenii din Cămpulung sunt judecați se plătéscă 100. de marce budense, pentru că de mai multe ori au dat năvală cu mănile armate asupra moșielor Saraseu, Săpĕnța și Apșa, și au făcut pagube multe, au mănat 24. vite ale mănăstirei Săntului Mihail, și au luat din hotarul Apșei patru boi, dóue care incărcate cu fĕnu. Mai in colo Nicolau Deak judele din Cămpulung in omagiul unui jobagiu din Saraseu, omorit de dĕnsul, se judecă se plătésca 25. fl. de aur.

Nos Ladislaus de Wpor et Michael de Pesthyen, comitatus Maramarusiensis comites memorie commendamus per presentes. Quod cum nos tercia feria proxima ante festum beati Martini episcopi in

oppido Zygeth in sede nostra iudiciaria pro faciendis causancium iudicio unacum nobilibus terre Maramarosiensis fuissemus constituti, tunc e medio aliorum causidicorum exsurgens nobilis vir Petrus Gerhes dictus de Zarwazo in sua et aliorum fratrum suorum condivisionalium in personis exhibuit nobis quasdam literas regie maiestatis precepcionales patenter emanatas, in quibus nobis seriose precipiebatur, quod nos universas lites et discordias, que a temporibus dywturnis inter predictum Petrum Gerhes de Zarwazo prescripta et suos fratres parte ab una, ex altera vero iudicem, iuratos ceterosque cives et hospites de Hosswmezew racione quarumdam terrarum litigiosarum utputa arabilium, fenilium, pratorum ac eciam ereccionis novarum metarum, mote fuissent et exorte, sua serenitatis auctoritate nobis in premissis concessa fideliter adiudicaremus partes inter prescriptas, ipsosque in eorum iuribus conservare et protegere deberemus. Nos igitur preceptis et mandatis dicte regie dignitatis ut tenemur obedire cupientes fideliter, una cum memoratis nobilibus dicti Maramarosiensis nec non et aliorum comitatuum iudicibusque et iuratis civibus liberorum oppidorum in dicto Maramarosio existencium, parcium prescriptarum allegacionibus et proposicionibus auditis, visis eciam et exauditis iuribus et legitimis documentis eorumdem, premissas causas partes inter prescriptas una cum eisdem nobilibus iudicibus et iuratis ceterisque civibus prescriptis, sic adiudicandum, discernendum decrevimus, Quod ex quo annotati iudices iurati ceterique cives et hospites de Hosswmezew predicta, sepe sepiusque ad metas ipsorum exponencium videlicet ad possessiones Zarwazo, Zaploncza et Apsa vocatas eorum mediante potencia manibus armatis accessissent in eisdemque prescriptis exponentibus iniurias, nocumenta, gravamina, dampna, quamplura contulissent, primo quod de claustro sancti Michaelis viginti quatuor pecora et pecudes portassent et recepissent, et quod duos currus cum feno oneratos cum quatuor bobus de metis possessionis Apsa similiter recepissent, annotati cives dictis exponentibus dictas viginti quatuor pecudes et duos currus cum bobus quatuor ablatos persolvere et reddere teneantur, et pro facto binarie potencie nove in centum marcis Bwdensibus gravi ponderis convincantur. Et quod Nicolaus Deak dictus iuratus iudex de Hosswmezew prescripta similiter manibus armatis ad possessionem Zarvazo accessisset, ibique inter metas possessionis eiusdem cum ceteris suis concivibus ac sodalibus unum iobagionem memoratorum exponencium interfecisset, commisimus iudicandum quod ex quo prescripti iudices, iurati et ceteri cives de dicta

Hosswmezew pro ipso Nicola Deak non responderunt, idem Nicolaus Deak pro homagio iobagionis eorumdem exponencium more ipsorum rusticorum viginti quinque florenos auri deponere et persolvere teneatur, et quod prescripti cives de Hosswmezew dictam mortem ex consilio ipsorum ipsum Nicolaum Deak fecisse negaverunt, cum personis viginti quinque se super id expurgare debeant. Et quod sepius idem Petrus Gerhes de dicta Zarwazo proponebat, quod antelati cives de Hosswmezew fenum de metis sew territorio possessionis eorumdem exponencium recepissent et falcatores ipsorum verberassent, spoliassent ibidem iuramento se expurgare idem cives contra exponentes pro eo, quod fecisse negaverunt, teneantur. In super autem in persona dicte regie maiestatis auctoritate nobis premisso modo concessa, iudicium commisimus partibus predictis vinculo tali mediante, quod quacunque . . . . pars non contenta auso temerario premissam iam iudicatam causam moveret, tunc illa pars contra aliam in quinquaginta marcis Bwdensibus similiter gravi ponderis et capite convincatur proprio eo facto, ad quod se partes ambe coram nobis firmiter obligarunt sponte, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Zygeth quarta feria proxima ante festum beati Martini Episcopi et confessoris. Anno domini Millesimo quadringentessimo quinquagesimo septimo.

Din originalul scris pe papir provezut cu cinci sigille.

237.

1457. 23. Novembre. Szigeth. Magistratul Comitatului adeveresce, că Gregoriu Ezeni și sociul seu vicecomiți au eșit fără judele Nobililor în moșia Nireș și au vrut se iee averile lui Draguș din Nireș, acestu-a cu Georgiu Ficze din Giulesci s'au opus și au omorit pe vicecomitele Gregoriu Ezeni. Causa s'a cercetat inaintea tribunalului. Dér numiții Georgiu și Draguș aflănduse nevinovați, au fost absolvați, pentru că Vicecomiții au procedat in causă nejudecată și nedrépta.

Nos Valentinus Zakay, Bartholomeus Nag vicecomites terre Maromorosiensis, necnon Petrus Gurhes, Ladislaus de Slatina, Michael

de Farkasrev et Michael Ficze judices nobilium terre Maramorosiensis significamus universis tenore presentium omnibus quibus expedit memorie commendantes, quod temporibus retroactis familiares nobilium virorum Stephani Erdeli necnon Angelo protunc comites Maramorosienses, Gregorius Ezeni cum suo socio vicecomite insurgentes et exeuntes ad provinciam et ad villam Nyres vocatam absque judice nobilium ad causam seu opus iniudicatum, res et bona cuiusdam nobilis Dragus vocati de predicta Nyres aufferentes predictosque Gregorium (Ezeni) . . . . . et suum socium vice comites Georgius Ficze de Gywlafalwa necnon Dragus de prefata Nyres requirentes causam, cur res et bona aufferrent, ipsique Gregorius Ezeni necnon eius socius hoc non advertentes, ipsique Georgius Ficze de Gywlafalva necnon Dragus de Nyres, volentes recipere res ablatas, contingit ut idem Gregorius Ezeni protunc vicecomes per eosdem occisus et interfectus est. Nos puta Valentinus Zakay, Bartholomeus Nagi necnon iudices nobilium prenotati prefatos puta Georgium necnon Dragus coram nobis evocantes, rationemque ab ipsis inquirentes et scrutantes, cur prefatum vicecomitem occiderunt, prefatamque causam simul cum nostris pro tribunali consedentibus taliter decrevimus (libere). Quia exquo ipsi prenotati comites causam iniudicatam et iniustam ventilassent, ideo quic . . . . . ipsis contingit per . . . . . coram ipsis adinvenerunt, prefatosque Georgium necnon Dragus absque crimine invenimus. Ideo presentibus ipsos de factis prefatis eliberamus expedimusque eos coram vicecomitibus et Iudicum nobilibus (sic). In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro corroboravimus. Scripta in Zygeth feria tercia in festo Clementis pape. Anno M⁰ CCCC⁰ quinquagesimo septimo.

Din originalui lui Ludovic Jura advocatul, provezut cu trei sigille sfermate. L'a copiat şi mi-l'a comunicat Stefan Szilágyi directorul.

238.

1458. 28. Februar. Ladislau de Wpor Comitele Maramureșan și patru judi ai Nobililor adeveresc, că in urma mandatului regelui Ladislau au cercetat causa litigiósă ivită in contra oppidanilor din Câmpulung și vezênd documentele ambelor părți au introdus până la sfirșitul precesului pe Simon Călugherul Mănăstirei Săntului Michail Archangel aprópe de Apșa, pe Petru Gerheș din Saraseu și pe Thoma din Apșa in possessiunea pămêntelor controverse.

Nos Ladislaus de Wpor comes Maramarosiensis et quatuor judices nobilium comitatus eiusdem memorie commendamus per presentes, quod nos iuxta continenciam literarum serenissimi principis domini Ladislai regis Hungarie recomendacionis scilicet domini nostri generosi causam quam Petrus Gerhes de Zarwazo et Thomas de Apsa necnon religiosus frater Symon Kalugyr in claustro beati Michaelis Archangeli prope possessionem Apsa degens, Iohannes Bank, Michael et Lucas de Zarwazo contra judicem, Iuratos ceterosque cives de Hosswmezew in dicto Maramarusio commorantes racione quarumdam terrarum arabilium, silvarum, pratorum fenilium inter metas possessionum Zarwazo et Zaploncza vocatarum, existencium et adiacencium, per reambulacionem metarum prescriptas metas partes inter prescriptas rectificare deberemus, et illam partem qua evidenciora documenta et legittimas conprobaciones efficaciones iuxta sua jura privilegialia exhybere et habere dinosceretur in dominio dictarum metarum et terrarum litigiosarum conservare et relinquere deberemus. Nos itaque mandatis dicti domini nostri regis ut tenemur obidere cupientes, ad facies dictarum possessionum Zarwazo, Apsa et Zaploncza vocatarum ac dicti oppidi Hosswmezew pro rectificacione dictarum metarum cum nonnullis nobilibus Maramarosiensibus accessimus, visis ambarum parcium juribus ac contenta jurium et privilegialium antefatos Symonem Kalugyr[1]) et nobiles Petrum Gerhes de Zarwazo, Thomam de Apsa[2]) ceterosque prescriptos in dominio dictarum terrarum litigiosarum utputa arabilium, silvarum, pratorum fenilium inter dictas metas adiacencium commisimus relinquendos interi m, quousque ipsa causa in presencia regie Maiestatis fuerit fine decisivo assecuta. Harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zygeth feria tercia proxima

post dominicam Reminiscere. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.[3])

[1]) In alt document citat prin J. Duliskovics (o. c. II. 68.) acest Călugher s'a numit: Simeon din Silagiu.

[2]) Nu se scrie că Thoma din care Apşa era? In anul 1525. intâlnim intre alţi nobili din Apşa de mijlocu şi pe Thomas Mihal, legiuindise cu successorii lui Petru din Dolha, pentru nesce păduri in margine cătră Tĕrnova şi Criva. (Lelez: Prot. H. p. 412. Act. anni 1525. No. 38. folii.)

[3]) Din originalul scris pe papir provezut cu cinci sigille.

239.

1458. 10. Mai. Buda. Regele Mathia Corvinul la cererea lui Michail fiul lui Thatul şi Bogdan din Jalova confirmă literile donaţionale date prin tatăl seu Joan din Huniad gubernatoriul ţerei in 3-a Juniu 1448. despre moşiile Crăciunesci Bocicou şi Lunca; de a supra mai dăruesce numiţilor şi dreptul regescu, ce s'ar afla tot acolo.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis Quod venientes nostri in presenciam fideles nostri Michael filius condam Thathwl de Ilholcz et Bogdan de eadem exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam literas donationales condam illustris principis domini Iohannis de Hunijad, alias regni nostri Hungarie gubernatoris genitoris nostri carissimi, patenter confectas, sigilloque suo quo tunc uti gubernator eiusdem regni nostri Hungarie utebatur impressive consignatas, quibus mediantibus idem possessiones Karathonfalva, Bothko et Lompka vocatas in comitatu Maromorosiensi habitas eisdem Michaeli Thathwl et Bogdan pro eorum fidelibus servicijs Auctoritate sue Gubernacionis contulisse dinoscitur tenoris infrascripti, supplicantes nostre maiestati humili prece et devota ut easdem literas prefati ipsius condam domini gubernatoris ratas gratas et acceptas habendo literis nostris privilegialibus verbotenus inseri et inscribi faciendo huiusmodi donacioni cunctisque alijs in ipsis literis ipsius condam domini Gubernatoris genitoris nostri contentis, nostrum regium consen-

sum prebere dignaremur. Quarum tenor talis est. Nos Iohannes de Hunyad regni Hungarie Gubernator etc. (vide sub No 196.) Nos igitur supplicacionibus antefatorum Michaelis Thathwl et Bogdan per eos maiestati nostre, modo quo premittitur porrectis regia benignitate exauditis clementer et admissis, prescriptas literas donacionales prefati condam domini Iohannis gubernatoris, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, presentibus literis nostris privilegialibus insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos eatenus quatenus eedem rite et legittime existunt emanate, viresque earum veritati suffragantur ratas, gratas et acceptas habendo prefate donacioni et omnibus superius in tenore ipsarum literarum condam genitoris nostri contentis nostrum regium consensum prebuimus ymmo prebemus benevolum pariter et assensum, et nichilominus attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis eorundem Michaelis Thathwl et Bogdan per ipsos nobis exhibitis et impensis totum et omne ius nostrum regium si quod in dictis possessionibus Karathonfalwa, Bothko et Lompka in dicto comitatu Maromorosiensi existentibus, nunc apud manus eorundem pacifice videlicet habitis qualitercumque haberemus aut nostram ex quibusvis causis et racionibus concernerent maiestatem simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencijs quibuslibet videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis et pascuis, campis, fenetis, siluis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, alpibus, vallibus, vineis vinearumque promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis aquarum decursibus, molendinis et molendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis sub earum veris metis et antiquis premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Michaeli Thathwl et Bogdan ipsorumque heredibus et posteritatibus universis ex certa nostra sciencia dedimus donavimus et contulimus, ijmo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur appensum est vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude feria quarta proxima ante festum ascensionis domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

S'a publicat prin com. Josef Teleky: Hunyadiak kora X. pag. 584.

———

240.

1458. 10. Mai. Buda. Conventul din Lelesz adeveresce că in urma mandatului regelui Mathia Corvinul a introdus fără contradicere in 9-a August pe Michail fiul lui Thatul din Jalova in possessiunea moşielor Bocicou şi Lunca şi in jumetatea moşiei Crăciunesci.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conuentus ecclesie sancte crucis de Lelesz salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regis domini nostri graciosissimi introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in hec verba. Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris conuentui ecclesie sancte crucis de Lelesz salutem et graciam. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus servicijs fidelis nostri Michaelis filij Thathwl de Ilholtz per eum primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone et tandem maiestati nostre fideliter et constanter exhibitis impensis, possessiones Bothco, Karachonffalwa et Lonca vocatas in comitatu Maramorosiensi existentes, in quarum pacifico dominio idem Michael se ab antiquo perstitisse et persistere asserit eciam de presenti, item totum et omne Ius nostrum regium si quod in eisdem possessionibus qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis vijs modis et racionibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis earundem et eiusdem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus memorato Michaeli de Ilholtz suisque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium earundem et eiusdem Iuris nostri regij per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bogdan de Zowaij, aut Stephanus de Lypse, necnon Michael de Pethrowa alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Bothco, Karachonfalwa et Lonca consequenterque dicti Iuris nostri regij in eisdem habiti vicinis et commetaneijs earundem universis inibi

legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratum Michaelem filium Thathwl de dicta Ilholtz in dominium earundem et eiusdem, Statuatque easdem et idem eisdem simul cum cunctis earundem et eiusdem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premisso nove nostre donacionis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum Michaelem filium Thathwl exponentem ad terminum competentem nostram personalem in presentiam racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus termi- noque assignato nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Ascensionis domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Nos igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri regis obedire cupientes vt tenemur . . . prefato Bogdan de Zowaij homine eiusdem domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum priorem ecclesie nostre antedicte ad infrascriptas introduccionem et statucionem faciendas nostro pro testimonio duximus . . . . Qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, Quod ipsi feria quarta proxima ante festum Assumpcionis beate Marie virginis proxime preteritum ad faciem dictarum possessionum Bothko, Karathonffalwa et Lonka vocatarum consequenter Iuris Regij in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis videlicet Nicolao de Bede, Iohanne de Weresmarth, et Michaele Nan de Zlathijna inibi legittime convocatis et presentibus accedentes, introduxissent prefatum Michaelem filium Thathwl in dominium dictarum possissionum Bothko et Lonka ac medietatis ipsius possessionis Karathonffalwa necnon Iuris regij in eisdem habiti, statuissentque easdem et idem eidem premisse nove donacionis titulo sibi incumbente perpetuo possidendum, nullo penitus contradictore inibi apparente, In quarum faciebus legittimis et consvetis diebus permanserunt, in cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Michaeli filio Thathwl duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis predictarum. Anno domini prenotato.

S'a publicat prin com. Josef Teleky: Hunyadiak kora X. pag. 600.

241.

1458. 10. Mai. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Michail Thatul şi Bogdan din Jalova in posesiunile Crăciunesci, Bocicou si Lunca, dăruite lor prin Joan din Huniad gubernatoriul. Regele confirmând donaţiunea părentului seu, mai dăruesce şi tot dreptul regescu, ce ar ave la aceste moşii. Introducerea in posesiunile Bocicou şi Lunca se face fără contradicere, dér in privinţa moşiei Crăciunesci şi a dreptului regescu da acolo Thoma din Apşa contradice.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Cum nos donationi illi, quam alias quondam illustris princeps Dominus Ioannes de Hunyad alias regni nostri Hungariae gubernator, genitor noster carissimus fidelibus nostris Michaeli filio Thathwl de Ilholcz et Bogdan de eadem pro fidelibus serviciis eorumdem de possessionibus Karachonfalva Bachko et Lonka vocatis in comitatu Maramorosiensi existentibus et habitis, mediantibus suis literis superinde confectis, fecisse dinoscitur, nostrum regium consensum praebuimus, nichilominus attentis et consideratis fidelitatis et fidelium servitiorum gratuitis meritis eorundem Michaelis Thathwl[1]) et Bogdan per ipsos nobis exhibitis et impensis totum et omne jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Karachonfalva, Bachko et Lonka vocatis in dicto comitatu Maramarosiensi existentibus, nunc apud manus eorumdem pacifice, ut dicitur, habitis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis et rationibus concernerent majestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissis sic ut refertur stantibus et se habentibus, memoratis Michaeli Thathwl et Bogdan, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum, ex certa nostra scientia in perpetuum contulerimus, velimusque ipsos in dominium earumdem et dicti juris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus de Uglya, vel Stephanus sin Iohannes de Lypse, aut Bogdan de Negova, aliis absentibus homo noster ad facies

dictarum possessionum Karachonfalva, Bachko et Lonka, consequenterque dicti juris nostri regii in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Michaelem Thathwl et Bogdan in dominium earundem et dicti juris nostri regii in eisdem habiti, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissae nostrae donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Michaelem Thathwl et Bogdan nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima ante festum ascensionis Domini. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Lecta. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, pro Michaele filio Thathwl de Ilholcz, et Bogdan de eadem Introductoria et statutoria. Nos igitur mandatis vestrae serenitatis etc. unacum praefato Bogdan de Negova homine vestrae majestatis unum ex nobis videlicet Andream presbyterum priorem ecclesiae nostrae antedictae, ad praemissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio duximus destinandum qui tandem etc. quod ipsi in festo nativitatis beatae Mariae virginis proxime praeterito ad facies praenominatarum possessionum Karachonfalva, Bochko et Lonka vocatarum, consequenterque dicti iuris regii in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cumque ipsi praefatos Michaelem Thathwl et Bogdan de Ilholcz in dominium praemissae possessionis Karachonfalva ac juris regii introducere, easdemque et idem eisdem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemissae donationis titulo ipsius domini nostri regis ipsis incumbentibus perpetuo possidendas statuere voluissent, tunc Thomas de Apsa illic personaliter adhaerendo ipsos a statutione dictae possessionis Karachonfalva tantum modo ac dicti juris regii eisdem Michaeli . . . . contradicen . . . . propter quod . . . . ipsi ibidem et eodem die praefatum Thomam de Apsa contra annotatos Michaelem filium Thathwl de Ilholcz ac Bogdan de eadem ad octavas festi Beati Michaelis nunc venturas vestrae sublimitatis personalem evocassent in praesentiam,

rationem contradictionis suae redditurum. Datum quinto die diei evocationis etc.[2])

[1]) Din secolul XV. se incep a se intrebuinţă numiri de familiă; aci vedem un esemplu la acea, că numele de botez al părentului, devine nume de familia al fiului; fiul lui Tatul din Jalova primesce numirea Michail Tatul.

[2]) Conventul din Lelesz. (Statutoriarum J. No. 107.)

242.

1458. 29. Mai. Buda. Regele Mathia Corvinul prin donaţiune nóuă dăruesce lui Simeon din Cuhea, fratelui seu Joan şi verului seu de acea-şi nume Kenesiatul posesiunei Cuhea, ţinute de dĕnsul şi de strămoşii sei, cu condiţiune că donatarii se dăe in fie care an căte 25. berbeci ca victualie pentru cei din cetatea Huszt.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis instantiam nostre propterea porrecte maiestati, tum etenim consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelium nostrorum Symonis de Kohnya ac Iohannis carnalis et alterius Iohannis patruelis, fratrum eiusdem Symonis de dicta Kohnya, per eos uti didicimus primum nostre maiestati, tandemque sacre Hungarie regni huius nostri corone, iuxta eorum possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, Kenesiatum dicte possessionis Kohnya in comitatu Maramorosiensi existentis et habite, in cuius pacifico dominio idem Symon progenitores suos ab antiquo prestitisse, seque et prefatos Iohannem carnalem et alterum Iohannem patruelem fratres suos persistere asserit eciam de presenti, simul cum cunctis ipsius Kenesiatus utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, Alpibus, servicys et pertinencys suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad ipsum Kenesiatum rite et legitime spectantibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, prefatis Symoni de dicta Kohnya ac Iohanni carnali, et alteri Iohanni patrueli fratribus suis, ipsorumque

heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus, lure perpetuo, possidendum, tenendum pariter et habendum. Salvo Iure alieno. Sub illa tamen condicione ut ydem Symon et uterque Iohannes fratres sui, ipsorumque heredes et posteritates universe in qualibet annorum revolucione viginti quinque oves sew castrones vulgo Berbech[1]) ad castrum nostrum Hwzt pro victualibus eiusdem castri nostri dare debeant et teneantur.[2]) Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.[3])

Relatio Domini Episcopi Varadiensis.

[1]) Castro=vervex=berbece=ürü.

[2]) Cum se vede și de aci, kenesiatul s'a conferit intru tóte asemene, ca posesiunea nobilitare, deosebire aflăm numai in espressiunea „serviciis" care nu provine in alte donațiuni, și care insemnéza probabil contribuțiunea speciale a romănilor ce respundeau in așiă numită: „quinquagesima" adecă a cinci-zecea parte din venitul lor economic; in locul acestei contribuțiuni se va fi stabilit pestatiunea de 25. berbeci.

[3]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil imprimat, la dr. Elia Mariș advocatul.

243.

1458. 30. Mai. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul se introducu fără contradicere Simeon din Cuhea cu frate seu Joan, și vĕrul seu Joan și cu dómna Elena sora lor socia lui Manaila in dominiul Kenesiatului Cuhea.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore, Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba, Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris conventui de Lelez salutem et graciam. Cum

nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicationis instanciam, nostre propterea porrecte maiestati, tum etenim consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelium nostrorum Symonis de Kohnya, ac Iohannis carnalis, et alterius Iohannis patruelis fratrum eiusdem Symonis de dicta Kohnya per eos, uti didicimus, primum nostre maiestati, tandemque sacre huius regni nostri Hungarie corone juxta eorum possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, Kenesiatum dicte possessionis Kohnya in comitatu Maromorosiensi existentis et habite, In cuius pacifico dominio Idem Symon progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque ac prefatos Iohannem carnalem, et alterum Iohannem patruelem fratres suos persistere asserit eciam de presenti, simul cum cunctis ipsius Kenesiatus utilitatibus et pertinencys quibuslibet necnon Alpibus videlicet Papodya ac Chercen et Fyntha nominatis, premissisque sic ut prefertur stantibus et se habentibus, prefatis Symoni de dicta Kohnya, ac Iohanni carnali, et alteri Iohanni patrueli fratribus, per eosdem domine Elene consorti Manayla de predicta Kohnya sorori, suis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium, nove nostre donacionis titulo contulerimus, velimusque eosdem in dominium Kenesiatus predicti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael vel Ladislaus de Krisfalwa, aut Nicolaus de Keweslígeth, sin Ivasko de Iody sew Symon de Zarwazo, sive Gorzo de dicta Iody, aut Iohennes de Apsa alys absentibus, homo noster, ad facies predicte possessionis Kohnya, consequenterque dicti Kenesiatus In eadem habiti, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Symonem et utrosque Iohannem ac dominam Elenam in dominium eiusdem, statuatque eundem eisdem premisse nostre nove donacionis titulo ipsis incumbentem, perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos Symonem ac utrosque Iohannem et dominam Elenam, ad terminum competentem, nostram personalem in presenciam, racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem, et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria tercia proxima

post festum sancte Trinitatis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri regis satis facere volentes, ut tenemur, una cum prefato Iohanne de Apsa, homine ipsius domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum priorem ecclesie nostre antedicte, ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beati Egidi Abbatis proxime preteritum, ad facies dicte possessionis Kohnya vocate, comitatu in prescripto existentis et habite, consequenterque dicti Kenesiatus, vicinis et commetaneis eiusdem videlicet Sandrino et Iohanne de Iood, ac Georgio Peterman de Sayo inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legittimis et consvetis diebus permanendo, prefatosque Symonem et utrosque Iohannem de Kohnya, ac dominam Elenam, sororem eorumdem, in dominium eiusdem Kenesiatus,[1]) introducentes, eundemque eisdem premisse dicti domini nostri regis, nove donacionis titulo ipsis incumbentem, statuissent perpetuo possidendum, nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam, stabilitatemque perennalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et statucionis antedictarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo supradicto.[2])

[1]) De órece donaţiunea prin introducere necontradisă, (statutio pura) a primit effectu juridic şi real, prin acésta introducere vedem, că „dominium Kenesiatus“ a format oblectul introducerei chiar aşă ca „dominium possessionis“.

[2]) Din originalul scris pe pergamen şi provezut cu sigil pendente la dr. Elie Mariş advocatul.

244.

1458. 22. Juliu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Georgiu Peterman din Şieu in contra lui Dunca din Şieu, Sandrinu, Vanahogka si Ostaş din Sarascu, Tivadar din Dragumiresci şi Costa din Feresci, carii au occupat dóue părţi ale moşielor Şieu, Poeni şi Slatióra şi nesce pămênte arătórie şi prate ţinetórie de curia sa nobilitare.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatie, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et graciam. Exponitur nostrae maiestati in persona fidelis nostri Georgii Petherman de Sayo, quomodo Dwnka[1]) de Sayo praedicta, Sandrinus, Vanahogka et Hostaas[2]) de Zarvazo ac Thiwadar de Dragomerfalva nec non Koztha de Feyerfalw duas partes possessionis Sayo praedictae, ac possessiones Payanfalwa et Slathanyfalwa pro se ipsis occupassent, occupatasque tenerent etiam de praesenti, praeterea circa festum beati Iacobi apostoli proxime praeteriti certam particulam terrarum arabilium, et pratorum ad curiam suae nobilitatis spectantem occupassent, potentia mediante, in praeiudicium et damnum dicti exponentis valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Iohannes Thorkos[3]) de Dragomerthfalva, vel Gorzo de Jod, aut Nicolaus de Vysay; aliis absentibus homo noster scita prius praemissorum mera veritate, accedendo ad praefatum Dwnka de Sayo praescripta et alios supradictos, amoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi infra quindecim dierum spatio, a die hujusmodi amonitionis computando, dicto exponenti praescriptas possessiones et partes dictae possessionis, ac terras arabiles et prata modo praemisso occupatas remittere debeant et teneantur, quod si fecerint bene quidem, alioquin evocet eosdem contra annotatum exponentem personaliter, et non per procuratores, nostram in praesentiam personalem ad vigesimum diem festi beati Michaelis Archangeli proxime venturi, rationem praemissorum reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos non obstante, insinuans ibidem eisden, ut sive ipsi termino in praedicto coram eadem nostra personali praesentia compareant, sive non, eadem nostra personalis praesentia, ad partis comparentis

instantiam absque ulteriori prorogationis confidentia, id faciet in praemissis, quod iuri videbitur expediri. Et post haec huiusmodi inquisitionis, amonitionis, evocationis et insinuationis seriem cum nominibus evocatorum, terminum ad praedictum, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo beatae Mariae Magdalenae. Anno Domini millessimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Lecta. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz, pro Georgio Petherman de Sayo contra Dwnka de eadem et alios intrascriptos ad vigesimum diem festi beati Michaelis Archangeli nunc venturi. Inquisitoria, amonitoria, evocatoria, et Insinuatoria. *Synopsis relationis.* Regius Johannes de Apsa, noster frater Andreas prior suo modo in comitatu Maramarosiensi, ac die Dominico post Aegidium ibidem in Sayo per Dwnka ammonuissent, et evocassent.[4])

[1]) Numirea Dunca provine din cuventul grecescu duca=duce=voivod format prin nasalism propriu limbei române și al limbei paleoslovene; familia nobilă cu acest nume e lățită mai ales in satele Șieu, Ieud, Bărsană, Budesci, Serbi etc. Din trinsa au eșit mulți bărbați eminenți in comitat și a fară de comitat. Joan Dunca la sfersitul secolului XVIII. părăsind comitatul ș moșiile sale in Șieu și in Glod, a fost consiliar in Cerneuțiu (Vedi III. 1784 39.) Dintre descendenții lui amintim pe Paul Dunca consiliariu gubernial in Transilvania († 1888. in Sibiu in virsta de 88 ani); Stefan Dunca președinte de tribunal in Cahul (Besarabia.) Julius Dunca general in armată română; Tit Dunca major la franctireur-i in resbelul franco-prussian (1870.) Carol Dunca unul dintre cei 1000. de eroi, cu carii a debarcat Garibaldi in 11. Mai 1860. la Marsala in Sicilia spre a cuceri Italia meridionale; care a murit apoi ca căpitan in America din nord in bătăliă pentru eliberarea sclavilor de acolo (1864); sora lor este soccia lui Antoniu Schiau procuror erarial reg. ung. Constanția Dunca authora renumită a mai multor opuri literarie premiate.

[2]) Ostaș Eustratie; Poyanfalva=Poenile Șieului; Slathynafalva=Slatióra.

[3]) După acésta familia se numesce Turcușescu partea de cătra resărit a muntelui Cybleș.

[4]) Conventul din Lelesz, de unde mi s'a espediat in 15-a Aprilie 1877. in copia legalizată; se află in copiă vechiă și intre actele familiei Man din Șieu.

245.

1458. 8. Septembre. Nandor Alba (Belgrad). Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Sandrin, Joan și alt Joan fiii lui Crăciun din Apșa de mijloc și a dómnelor nobile Maria socia lui Michail, și Magdalina in partea a nóuă a moșiei Uglea și in curia nobilitare de acolo. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini. . . . Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. exponitur nostrae maiestati in personis fidelium nostrorum Sandrini, Johannis et alterius Johannis filiorum Krecsunoi de Kezepse-Apsa ac nobilium dominarum Mariae consortis Michaelis, nec non Magdalena vocatae filiae condam Petri . . . . . . ipsius Michaelis quomodo ipsi in dominium tertiae partis . . . . ipsos omne . . . . legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus . . . . . hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Negre de Szlatina, vel Ioannes Huza de Apsa sin Kozma de eadem . . . . homo noster ad facies dictae possessionis Uglya consequenterque directae tertiae partis alterius tertiae partis ejusdem possessionis Uglya . . . . . curiae nobilitaris, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratos Sandrinum, et utrosque Iohannem ac alios praedictos statuatque easdem eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemissis Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsarum introductionis et statutionis seriem cum contradictorum, et evocatorum vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae

fideliter rescribatis. Datum in castro nostro Nandor albensi in festo nativitatis beatae Mariae virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Nos igitur praeceptis, et mandatis dicti domini nostri regis satis facere volentes ut tenemur, una cum praefato Negre de Szlatina homine ipsius domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Andream praesbiterum . . . . . ecclesiae nostrae ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmissimus, qui tandem ex inde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante festum beati Pauli confessoris proxime praeteritum ad faciem dictae possessionis Uglya consequenterque directe tertiae partis alterius tertiae partis praefatae possessionis Uglya nec non duarum . . . . . dictae tertiae partis curiae nobilitaris comitatu in praescripto habitarum vicinis et commetaneis ejusdem universis videlicet Ladislao et Michaele Sztojka de Kricsfalva, et altero Michaele Tatul de Irholcz inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, in cujus facie legitimis et consvetis diebus permanendo praefatosque Sandrinum, Iohannem et alterum Iohannem filios Krecsunoi de Kezepse-Apsa ac dominas praedictas in dominium directae tertiae partis alterius tertiae partis dictae possessionis Uglya nec non duas . . . . . curiae nobilitaris dictae tertiae partis . . . . . introducendo easdemque eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemissis Iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perennalem praesentes litteras privilegiales sigilli nostri appensionis munimine roboratas duximus concedendas. Datum quintodecimo die diei introductionis et statutionis annotatarum Anno Domini supra dicto.

[1]) După datele impărtăsite prin comitele J. Teleky „Hunyadiak kora" III pag. 113. regele era in 8. Sept. in Segedin, şi in 4. Octobre in Belgrad.

[2]) Din paria intre actele procesului producţional al familiei Kozup=Közép-Apşai din Apşa de mijloc şi din Uglea. (Archivul Comitatului III. 1782|35.

246.

1459. 3. Marțiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Georgiu Gorzo și Joan din Ieud in posesiunea alor șepte sessiuni iobăgesci și a lor dóue Curii nobilitare in moșia Ieud. Se introduc fără contradicere.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Expositum est nobis in personis fidelium nostrorum Gregorii Gorzo et Ioannis de Iood, quomodo ipsi in dominium quarundam septem sessionum jobbagionalium ac duarum curiarum nobilitariarum in praedicta possessione Iood vocata, in comitatu Maramorosiensi existente habitarum ipsos jure haeraditario concernentium legitime vellent introire, ideo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Elias Danch de Vanchfalva, vel Georgius Petherman de Sajo, aut Simon de Kohnya sive Ioannes de eadem, aliis absentibus homo noster ad facies praescriptae possessionis Iood et per consequens antefatarum septem sessionum jobbagionalium et curiarum nobilitariarum in eadem habitarum vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Gregorium Gorzo et Ioannem de dicta Iood in dominium ejusdem, statuatque easdem eisdem cum omnibus ejusdem utilitatibus et pertinentiis universis videlicet alpibus, montibus jure praemisso eisdem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus, terminoque assignato eidem nostrae personali presentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante Dominicam laetare. Anno Domini 1459. Relationis vero tenor is est. Regius Simon de Kohnya noster frater Andreas Iunior, ac feria quinta ante festum trinitatis accessissent, praesentibus vicinis Iohanne et Manajla de dicta Kohnya, ac Ivan Torkos de Dragomerfalva. Nullo contradicente. Datum 5-ta decima die.

Din transscrisul autentic al lui Elie Joody in Apsa de jos.

247.

1459. 1. Mai. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru reambularea metelor oppidului Szigeth. Metele anumite se stătoresc fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore: Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod nos litteras serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae et Bohemiae domini nostri gratiosissimi reambulatorias, nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum prudentium et circumspectorum civium ac universitatis oppidi nostri Szigeth, quod dictum oppidum nostrum Szigeth vocatum, in comitatu Maramarosiensi existens et habitum, legitima reambulatione, novarum metarum erectione plurimum indigeret. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Petrus Naan de Szlatina, aut Barnabas Burdon de eadem, vel Simon Gerhes de Szarvaszo, aliis absentibus, homo noster ad faciem dicti oppidi nostri Szigeth vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet idem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum Iuribus metaliter separatam et distinctam relinquat prefatis civibus Iure incumbente perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos cives de Szigeth ad terminum competentem, racionem contradictionis reddituros efficacem. Et post haec huiusmodi possessionariae reambulationis, et metarum erectionis seriem, cum universis metarum finibus item nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorum et commetaneorum, qui praemissae reambulationi intererunt, terminoque assignato nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria tertia proxima post festum beati Georgii martyris, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Nos igitur mandatis praefati domini nostri regis, prout tenemur, obedientes, una cum praenominato

Petro Naan de Szlatina, homine suo regio, unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Ioannem de Peterfalva priorem ecclesiae nostrae conventualem, ad praemissa peragenda, nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi die Dominico proximo post festum beati Ioannis ante portam Latinam, proxime praeritum, ad faciem praescripti oppidi Szigeth vocati comitatu in praescripto existentis et habiti, vicinis et commetaneis ejusdem universis, videlicet nobilibus Ioanne Gerhes, nec non altero Ioanne Bank, item similiter Ioanne Fekete et Bank ex Szarvaszo, Simone Paska de Fejeregyhaz, Stephano Nagy de Farkasfalu, Wan de Lopataka[1]) inibi legitime convocatis et praesentibus accesserint. Idemque oppidum Szigeth per suas veras metas et antiquas undique reambulassent, reambulatumque et ab aliorum Iuribus possessionariis metaliter separatum et distinctum, praefatis civibus oppidi Szigeth praemisso Iure ipsis incumbente reliquissent et commisissent, perpetuo possidendum, tenendum, pariter et habendum, nemine penitus contradictore inibi apparente. Metae autem et cursus metales, quibus ipsi praefatum oppidum Szigeth, undique metaliter separassent et sequestrassent, prout Idem homo regius ac nostrum testimonium nobis retulerunt, hoc ordine protenduntur. Quod primo inceperint ab aquilone a plaga Kabolapataka, et directe descendit ad fluvium Iza nominatum, Idem fluvius Iza pertransiliens et occidentaliter tendit ad plagam Vanczaga appellatam, ab hinc exeundo iterum ad occidentem ad tres terreas metas pervenissent quas ibidem pro metali signo reliquissent, penes quas tendit supra ultra Tyciam dehinc directe ascendit prope Tyciam ad plagam Gordonpataka[2]) inde jungitur versus orientalem et tendit ad fluvium Sarospatak, abhinc directe ascendit orientaliter ad plagam Aranyospatak, inde directe iterato ascendit ad meridiem, ad verticem montis Zugohegy nuncupati. Inde descendendo reflectitur ad meridiem ad plagam Kisforras. Adhuc per eundem fluvium descendit ad partem meridionalem et cadit in fluvium Rhona, fluvium pone pertransiens meridionaliter ascendit ad plagam Asztagko: inde eadem plaga ascendit ad meridiem ad plagam Hegyeshegy, in eius vertice similiter duas metas terreas novas erexissent, et inde ad meridiem descendit ad exteriorem Lopataka, ab hinc inter duos montes ad meridiem non longe a possessione Farkasrev vocata fluentem currit versus eundem meridiem, et cadit in fluvium Iza nominatum, deinde pertranseundo directe ad meridiem ad fluvium Turczad, et ascendit ad plagam Elsepataka, per eandem plagam iterum ad campos Kajtar ibi sunt

duae terreae metae noviter aggregatae, de quibus tendit ad plagam meridionalem Avasutha nominatam, ab hinc descendit versus meridiem, ad plagam Estvan Nyarlo,[3]) de hinc directe pertransit plagas fluvii Nagy Maramaros, per quas plagas eiusdem fluvii ascendit ad plagam Hosszae(?) inde a capite iterum dicti fluvii Maramaros transcendit ad plagas civitatis Rivuli Dominarum[4]), dehinc directe ascendit ad occidentem, tandem flectendo jungitur aliis metis dictae civitatis Szigeth metaliter ab aliis sequestratis. Quae quidem loca supra nominata ubique pro signis metalibus dictus homo regius et nostrum testimonium relinquerunt. In quorum praemissorum memoriam stabilitatemque perennalem praesentes litteras nostras privilegialiter sigilli nostri appressionis munimine roboratas duximus concedendas. Datum vigesimo quinto die diei executionis praemissorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono supra dicto[5]) [6]).

[1]) Lopatak=Valea Jepi.

[2]) Gordon=Gardány.

[3]) Estvan Nyarlo -Poiana Stefanului, in hotarul Giulescilor, sub acésta duce drumul către ţéra Oaşului.

[4]) Intre Sziget şi Baia mare mai sunt Giulescii, Sugatagu şi Crăcescii cu hotare intinse, de de mult era şi satul Turczad.

[5]) Din transscrisul regelui Joan II. dat in Alba Julia 25. Novembre 1559. la cererea lui Thoma Szany şi Stefan Filep. Copia dela Gabriel Várady.

[6]) Din Sziget şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Hajnal--Szerencsi (1702.) Szegedi (1701.) Szigeti alias Szabó (1550.) Kovási alias Bozga (1720.) Váradi alias Borbély (1607.) Kosa (1699.) Tótt (1650.) Székely (1632.) Bagosi, Dobri, Szőcs (1668.) Fejér (1678.) Vaida (1699.) Zsibai (1617.) Balás (1670.) Pribék (1611.) Rozsi (1697.) Barta (1668.) Toott (1670.) Lakatos (1635.) Tar (1698.) Csiszár (1699.) Horvath (1602.) Fodor (1631.) Técsi (1672.) Vernika (1700.) Faidasi (1585.) Csutak (1643.) Tordai (1670.) Hatvani (1617.) Bartos (1696.) Pataki (1696.) Bálint (1699.) Izak (1612.) Szany (1649.) Komáromi (1633.) Albert (1612.) Varó (1645.) Méczér (1684.) Kolya (1670.) Nagy (1664.) Vizaknai (1672.) Makai (1634.) Kovács (1673.) Magyar (1612.) Török (1670.) Todal (1666.) Dési (1631.) Kegyes (1613.) Bökény, Balog (1699.) Orbán (1699.) Imbre (1698.) Szabó (1673.) Veres (1670.) Birtalan (1639.) Szentiváni alias Fejér (1684.) Fekete (1612.) Tooth (1653.) Csaszlai, Bajoczki, Debreczeni (1668.) Bártfai (1715.); in anii 1763—1768. familiele: Deák (1758.) Pap alias Szakácsi (1754.) Szabó alias Asztalos (1701.); in anii 1763—1769. familiele: Solymos, Lippai (1765.) Csicsó—Kereszturi (1630.)

248.

1459. 21. Mai. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plânsórea lui Michail și Ambrosiu din Dolha in contra lui Joan din Dolha alias din Ruszkova, care a occupat părțile lor din Rosalia și din Poeni; și in contra lui Petru din Vad, Georgiu din Văncesci, Jurca din Călinesci, Georgiu Ficze din Giulesci, Bud din Budesci și Joan Mikle din Șugatag pentru faptele lor potențiale severșite in Strimtura și in Botiza.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez, salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Michaelis et Ambrosy filiorum Stanislai de Dolha gravi cum querela, quomodo circa festum resurerreccionis Domini proxime preteritum Ioannes de Dolha quasdam porciones possessionarias ipsorum exponencium in possessionibus Rozavlya ac Polyana vocatis in comitatu Maramorosiensi existentibus habitas minus juste et absque omnis via legis pro se ipso occupasset, occupatisque uteretur, preterea Petrus de Farkasrev, Georgius de Wancsfalva ac Gyurka de Kanyafalva, Georgius Ficze de Gyulafalva ac Bud de Budfalva nec non Ioannes Mykle dictus de Sugathyak in anno cuius jam annualis preteriisset revolutio, armatis manibus et potenciariis ad possessiones ipsorum exponencium Szurdok et Bathyza vocatas irruendo ibique universas res, bona Iobagionum ipsorum exponentium aufferri ac asportari nec non super eosdem populos et Iobbagiones in predictis possessionibus commorantes taxam imponi et exigi fecissent potencia mediante, in prejudicium et damnum dictorum exponencium satis vigens. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Bilke, seu Ioannes Gorzo dictus de Lipsy, sive Ladislaus de Krisfalva neve Stephanus de Rakoch aliis absentibus, homo noster scita prius mera veritate evocet prefatos Ioannem de Ruzkova et alios suprascriptos contra memoratos Michaelem et Ambrosium de Dolha ad tricesimum secundum diem diei evocacionis exinde fien . . . . . computan . . . . . nostram personalem in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in pre-

dicto coram nostra personali presencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod Iuri videbitur expediri. Et post hec huius modi Inquisicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum nominibus, terminum ad predictum eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude secundo die festi sancte Trinitatis. Anno Domini Mº CCCCº L. nono. Regius Stephanus de Bylke, noster frater Andreas junior suo modo in Maramorosiensi, ac in Translacione Patris Dominici confessoris prenominatos Ioannem de Dolha in Rozavlya, ac eodem die prenominatos de Farkasrew in eadem, item Gyurka in Kanyafalva eadem, Georgium Fycze in Gyulafalwa in eadem habita, ac Bud in possessione Zeer, preterea Ioannem Sugatagh in eadem Sugathagh, quemlibet videlicet eorum in porcionibus eorum possessionariis in eisdem habitis evocassent. Datum nono die. Nos igitur habitis ipsa inquisitione feria secunda proxima ante festum beati Laurency martyris proxime preteritum memoratos Georgium de Wanchfalwa in eadem, Ioannem de Dolha in Rozavlya ac Petrum de Farkasrev, Gyurka de Kanyafalwa similiter in eadem, preterea eodem die Georgium Fycze de Gyulafalwa consimiliter in eadem Gyulafalva nec non Bud in Zeer ac Ioannem de Sugathag modo simili in eadem Sugathag vocatis possessionibus, quemlibet videlicet eorum de porcione sua possessionaria possessionibus in prenominatis habita contra annotatos Michaelem et Ambrosium de Dolha ad predictum etc. ut intra, Datum nono.

1) Dela Georgiu se numesce familia Jura din Văncesci, şi dela Jurca cea din Călinesci de acelu-aş nume.

2) Conventul din Lelesz (Actorum No 2. anii 1459.) Copia dela Georgiu Petrovay.

249.

1459. 18. Juniu. Conventul din Lelesz adeveresce, că de o parte Ivaşco fiul lui Sandrin din Ieud, fiul seu Alesandrin, fratele seu Gregoriu Gorzo şi fiii acestuia Ivaşco şi Thoma, de altă parte Sandrin Bala din Ieud, fratele seu Joan Bala, fiii sei Joan Bala Chindriş şi Lazar mai incolo Simeon fiul lui Joan la intervenirea barbăţilor onoraţi şi făcători de pace, s'au impăcat la olaltă, processul dintre dĕnşii l'au cassat, Ivaşco şi Joan au dat innapoi lui Sandrin Bala trei jugere de pămĕnt arătoriu.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod Ivasko filio Sandrini de Iod pro se personaliter ac pro Gregorio Gorzo fratre carnali nec non pro Alexandrino filio ac Ivasko et Thoma filiis dicti Gorzo fratribus suis, quorum onera et quelibet gravamina ad subnotandam confessionem observandam super se levando ab una, parte autem ab altera Sandrino Bala de Iod similiter personaliter pro se ac pro Iohanne Bala carnali fratre, item pro Iohanne Bala, Kendrys et Lazaro filiis eiusdem Sandrini Bala, preterea pro Simone filio dicti Iohannis patruele fratribus, aliis etiam quibuslicet fratribus suis, modo simili onera et quelibet gravamina eorumdem ad subscripta illibate et inviolabiliter observanda similiter per omnia super se levando coram nobis constitutis per eosdem Ivasko et Sandrinum Bala confessum extitit nostri in presentia pariter et relatum. Quod ipsi per ordinationem, et dispositionem plurimorum proborum nobilium virorum inter eos pro pace laborantium, super universis factis potenciarys, dampnis, nocumentis, iniurys, ofensis et generaliter quibusvis malis et malorum generibus hactenus et usque modo parti per partem quolibet et qualitercumque factis, illatis et perpetratis, cassatis et carere commissis universis literis inquisitoriis, protestatoriis, evocatoriis et insinuatoriis alys etiam quibuslibet causalibus, super premissis sub quibusvis formis et materys verborum ortis, editis et emanatis, se se mutuo ac pars partem vicissim et alternatim ac mutua vicissitudine, demptis solum tribus jugeribus terrarum arabilium in facie eiusdem possessionis Iod adiacentibus de porcione possessionaria annotatorum Ivasko et Gorzo excisarum, ipsis Sandrino Bala ac filiis et

fratribus eiusdem, salvis et illesis remanentibus, reddidissent et commisissent quitos et expeditos atque satisfactos. Ymo annotati Ivasko et Sandrinus Bala suis prenominatorumque fiiiorum et fratrum eorum nominibus et in personis reddiderunt et commiserunt coram nobis, tali vinculo obligaminis mediante, quod si ipsi temporum in eventu in premissa dispositione et ordinacione predictorum proborum et nobilium virorum quoquomodo persistere ac eamdem acceptare nollet seu non curaret, (sic) extunc talis pars infringens et retractans contra partem alteram premissa observantem et in eisdem persistentem et pacem tenentem in quinquaginta Marcis Budensibus salva iudiciaria portione ante litis aditum et ingressum deponendorum, (sic) convinceretur et haberetur convicta ipso facto. Ad que premisse partes sepe dicte se personaliter, dictos autem filios et fratres eorum ad onera preassumpta sponte obligarunt coram nobis patrocinio presentium mediante. In quorum premissorum memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigillo nostro communitas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima ante festum beatorum Decem millia Militum et Martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

[1]) Ivaşko, Gorzo, Balea şi Chindriş sunt descendenţii donatarilor numiţi in diploma din anul 1419. Familiele nobile cu aceste numiri stepănescu şi aḑi in Ieud. Numirea Ivaşco=Joan, Gorzo=Georgiu; Balea Valentin, Chindris=Candidus.

[2]) Din originalul bine conservat, scris fórte frumos pe pergamen, şi provezut cu sigil pendente; există şi in copia legalizata in anul 1760. prin vicecomitele Michail Balya din Ieud.

250.

1459. 17. Octobre. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul şi la cererea eremiţilor de ordul Stului Paul primul eremit, se face reambularea metale a posesiunei claustrului Sântă Mariei (Remeţi, lângă Teceu) de către Săpênţia. Pentru redicarea nouelor semne de hotar Dunca din Şieu contraḑice in numele lui Ostaş, Petru Gerheş din Saraseu si al lui Thivadar şi Luca din Săpênţa. Acestii sunt citaţi inaintea regelui.

Serenissimo principi domino Mathie Dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum generoso Blasius prepositus et

conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, precones in Domino pro vestra vita pariterque salute. Literas vestre serenitatis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba, Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum religiosorum fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli primi heremite in Claustro beate Marie Virginis in Maromorosiensi existenti degencium, quomodo claustrum ipsorum predictum simul cum universis pertinencys eiusdem a partibus possessionum Zaponcza et Bedew vocatarum legittima reambulacione et novarum metarum ereccione plurimum indigeret, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus; quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Briccius literatus de Pozony, aut Stephanus Pellifex, vel Simon Iudex, an Georgius Literatus, sin Petrus Literatus de Zygeth, sive Nicolaus Dyak, neve Demetrius Literatus de Hozwmezew, nempe Elyas Magyar et Iohannes Ladislaus, neve Paulus Einz de Hwzth, nempe Michael Thatul an Nicolaus de . . . Alys absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter deputatus ad facies predicti claustri ac cunctarum suarum pertinenciarum, novas juxta veteres in locys (sic) vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta (sic) in locis necessarys erigendo, reambulatumque et ab aliorum juribus possessionarys metaliter seperatum et distinctum relinquat prefatis fratribus heremitis Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram specialem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi reambulacionis et metarum ereccionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, nominibusque contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse reambulacioni intererunt, terminoque assignato eisdem nostre speciali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Galli confessoris. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Nos igitur mandatis vestre serenitatis satis (facere) volentes ut tenemur, una cum prefato Georgio Literato de Zygeth homine vestre maiestatis de curia vestra regia ad id specialiter deputato, unum ex nobis videlicet fratrem Stephanum presbiterum, ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum,

qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi octavo die festi Epiphaniarum Domini proxime preteriti, ad facies prescripti claustri ac cunctarum suarum pertinenciarum, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legittime convocatis et presentibus accedissent, idemque claustrum per suas veras metas et antiquas reambulassent, reambulatumque ab aliorum juribus possessionarys metaliter separassent et distinxissent, prenominatis fratribus heremitis jure ipsis incumbenti perpetuo possidendum, nullo contradicente. Tandem tamen in festo beate Prisce virginis, Dunka de Sayo vice nominibus et in personis Ostas, Petri Gerhes, Simonis fily eiusdem, nec non Michaelis fily Naan de Zarwazo, Thywadaryque et Luce de Zaponcza nostram veniens in presenciam, nos non a reambulacione, sed novarum metarum ereccione prenominatis fratribus heremitis fienda prohibuit contradicendo, propter quod nos eisdem Ostas, Petro Gerhes, Simoni filio eiusdem, nec non Michaeli filio Naan de Zarwazo necnon Thywadar et Luce de Zaponcza contra annotatos fratres heremitas, octavas festi beati Georgy martiris nunc venturi pro termino coram vestra speciali presencia comparendi deputavimus et assignavimus, racionem eorum contradiccionis reddituros. Datum septimo dei diey. Signa autem metalia et cursus metales, quibus ipsum predictum claustrum dictis suis pertinencys a parte possessionis Zaponcza separassent et distinxissent, prout ydem vestre maiestatis et noster homines nobis recitarunt hoc ordine proteduntur. Quod primo incepissent a plaga orientali super . . . . vadum Kyralrewe vocatum super quandam arborem illicis quod cruce consignassent . . . . deinde venissent versus plagam meridionalem, et in eadem linea paulisper . . . . cruce consignatum de novo consignassent . . . . versus eandem plagam . . . . metam antiquam . . . . quod de novo renovassent . . . . Inde quandam pereundo vallem in cuius . . . . antiquam metam bene apparentem . . . . terre de novo circumfodissent renovando, deinde eadem plaga meridionali servata . . . . ducit de opido Zygeth versus dictum claustrum, annexissent quoddam fenetum in cuius medio . . . . . ssent aliam metam terream antiquam, quam de novo renovassent. De hinc ad eandem plagam venientes attigissent quendam rivulum in cuius meatu tempore inundacionis aquarum aqua egreditur, deinde modice procedendo prope parvum lacum reperissent

unam metam antiquam, quam de novo renovassent. Abinde procedendo per eandem vallem ad eandem plagam parvum eundo, annexissent rivum Saruspataka appelatum, ubi secus eundem rivulum alias quadam arbor wulgo Egerfa fuisset sed per adversarios exradicata esset, et ibidem unam metam terream reperissent, quam de novo consignassent, deinde ipsum rivulum pertransiendo attigissent aliam metam terream antiquam, quam de novo renovassent, demum versus eandem plagam ascendendo per silvas et montes et attigissent ad quendam ruppem Kechkekw vocatum, ab huc ad eandem plagam transeundo et ab eadem plaga declinando per bonum spacium eundo et ad quemdam locum Rosdas Zaponcza appellatum, demum vero transeundo versus dictam plagam eundo plusquam milliare attigissent quendam montem Kezhercz nominatum, deinde venissent flectendo ad plagam septentrionalem et descendendo de monte attigissent metam opidi Thewche, postremoque et ultimo venissent ad dictum portum fluvii Thycie, et ibi mete dicti claustri a parte dicte possessionis Zaponcza terminassent, Datum septimo die diei execucionis premisse. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

(Dorso) In specialem presenciam domini Regis.

Pro Oztas, Petro Gerhes ac Simone
filio eiusdem et alys introscriptis, contra
religiosos fratres Heremitas, ordinis sancti
Pauli primi heremite, in Claustro beate
Marie virginis in comitatu Maramorosiensi
fundato degentes, super reambulacione
et consignacione metarum predicti claustri
earum a partibus possessionis Zaponcza, modo
intrascripto facta, Ad octavas festi beati
Georgy martiris.

Par
Evocatoriarum.

Din originalul scris pe papir cu urmele sigilului.

251.

1460. 1. Juniu. Agria. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Comiții și Judii nobililor ca se-lu aperă pe Petru Gerheș românul din Saraseu in contra fiilor lui Andrei Bank carii pretind partea de moșiă a fiului seu și a sociei acestui-a dómna Anna, pentru carii el a portat fatigiele și espensele multor resbóie fără a fi recompensat.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus comitatus Maramarusiensis salutem et graciam. Exponitur nobis in persona Petri Gerhes Volahi de Zarwazo, quomodo temporibus proxime preteritis ipse exponens in facto porcionis possessionarie Symonis fily sui ac nobilis domine Anna vocate, consortis eiusdem, filie videlicet condam Michaelis Hovrela de eadem Zarwazo, quamplures labores belli expensasque et fatigias fecisset et tollerasset, de quibus sibi nulla satisfaccio usque nunc per dictam dominam Annam nec alios quospiam impensa fuisset. Nunc vero Iohannes Bank, alter Iohannes et Sandrinus fily Andree Bank de dicta Zarwazo, asserentes ad eandem porcionem possessionariam Ius habere, ipsum exponentem in dicta porcione possessionaria i . . . . . . et diversimode perturbare non cessarent, unde cum de huiusmodi laboribus et expensis eidem exponenti iuxta consuetudinem regni, omni moda satisfaccio impendi debeant, ideo fidelitatibus vestris harum serie firmissime precipiendo committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus receptis pr . . . . premissisque sic uti naravimus stantibus et se habentibus, eundem exponentem iuxta sua probabilia documenta in prescriptam porcionem possessionariam annotate domine Anne et fily sui contra annotatum Iohannem Bank et alios predictos, tamdiu donec et quousque per hos quibus illa res congruit, de prescriptis suis laboribus et expensis omnimoda satisfaccio impensa fuerit, protegere et conservare ac indempniter manutenere debeatis, nostre Maiestatis in persona et auctoritate presentibus vobis in hac parte attributa et Iusticia mediante. Volumus enim, quod si quid accionis et quescionis antefatus Iohannes Bank et aly predicti haberent, vel habere sperarent, hoc juxta regni nostri consvetudinem Iuridice prosequantur. Et aliud nullomodo facere presumpmatis in premissis.

Presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Agrie in festo Penthecostes, Anno Domini millessimo quadringentesimo sexagesimo.

Din originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat.

252.

1460. 11. Novembre. Eperjes. Regele Mathia Corvinul la intervenţiunea thesaurariului Emeric din Zapolia, şi in recompensarea servicielor aduse in ḑilele lui Joan din Huniad, concede lui Ambrosiu din Dolha din graţiă speciale că acestu-a se şi pótă zidi o casă de pétră in Dolha, şi se o foloséscă ca cele l'alte moşie ale sale.

Commissio propria domini Regis.
Laurencio literato referente.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad humillime supplicationis instantiam fidelis nostri magnifici Emerici de Zapolija Thezaurarij, per eum pro parte fidelis nostri egregij Ambrosij de Dolha nostre propterea porrecte maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus seruicijs eiusdem Ambrosij per eum primum condam illustri principi domino Iohanni comiti perpetuo Bistriciensi genitori nostro carissimo, tandemque maiestati nostre et sacre huius regni nostri Hungarie corone juxta sue possibilitatis exigenciam sub locorum et temporum varietate fideliter exhibitis et impensis, eidem id ex gracia nostra speciali duximus annuendum et concedendum, ymo annuimus et concedimus presencium per vigorem, ut ipse in possessione sua Dolha predicta, in comitatu Maromorosiensi existente et habita, ubi sibi conueniencius videbitur, unam domum lapideam construi et edificari facere, constructamque et edificatam ipse et sui heredes universi Iure perpetuo et irrevocabiliter, instar aliorum Iurium suorum possessionariorum, tenere et possidere valeant atque possint. Salvo Iure alieno, harum nostraium vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Eperijes in festo beati Martini Episcopi et Confessoris. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

S'a publicat prin com. Jos. Teleky: Hunyadiak kora t. X. p. 641. Diplómele nóstre nu amĕntesc alte curți de pétră decăt acésta. Locuințe de lemnu erau mai uşor de construit, şi sunt mai sănetóse, ca cele de pétră. Fortificațiunile, care'e numai din numirea „Cetate" seu „Cetățea" le cunóscem, de esemplu in Apsa, Slatină, Saraseu, Văncesci, Bărsană, Rosalia, Ieud, Selisce, Sziget, Visk, Criva etc. erau asemene din lemnu construite, de órăce neci ruinele lor nu se cunosc. De pétră erau zidete castrul de la Huszt, care a ars la medilocul secolului trecut, castellul de la Coştui (Ronaszék), castellul dela Dolha şi Bronka. In acestu castellu din Dolha se vor fi intĕmplat abusuri, de órăce prin articolul de lege 1471. XXIX. s'a decretat demolarea castellului.

Ihr seht die Burg zerfallen,
Und keine Ritter drin;
Die beste Burg von Allen
Ist freier Männer Sinn.

Mulțimea de bărbati liberi n'a suferit se fie afară de castrul Hustului şi altă fortificațiune in Comitat. Unii afirmă, că decretul pentru demolare se referesce la castellul din Bronka, care era după tradiț'une un adeverat cuib de cavaleri-hoți; acésta afirmare nu e probabilă, de orăce Bronka in diploma anului 1454. se numesce prediu; castellul de acolo trebuia se fiă fost cu mult mai vechiu; in ruinele de acolo s'au găsit numuri antice de a imperaților romani.

253.

1461. Sziget (Fragment.) Attestatul cetățenilor jurați din Sziget despre un aşedămĕnt intre Blaşiu din Bărsană, Simeon din Cuhea şi alți nobili şi Georgiu Pontz cetățan din Sziget.

. . . . yga Johannes Derczeny
. . . . deZygeth memorie comendamus
. . . . una Blasius de Barczanfalva
. . . . a Gorzo et Ivasko de
. . . . k de Zlatina Thomas de
. . . . orgius Pontz concivis noster
. . . . quomodo ipsi inter Nobiles
. . . . as et arbitry ac compositionis
. . . . parte erecte, Ipseque Romasko
. . . . per ipsum Simonem de Kohnya
. . . . Simon de Kohnya contra

. . . . aquisicionem iustificato et
. . . . a que universe inter eosdem
. . . . pretextu dicte arby . . .
. . . . Iudicium facere niteretur in eademque persistere nollet
. . . . predicte Civitatis Zigeth in Centum florenos auri puri ac
. . . . m ante litis ingressum deponendos convincatur et convicta
. . . . viros electos sew arbitros et vicecomitem huius terre
. . . . . . om rebellantes in ipsis centum florenis convinci permisisse
. . . . . . vigore et testimonio presencium mediante. Sripta in dicta
. . . . literas nostras sigillo dicte nostre Civitatis roboratas
. . . . duximus concedendas, Sripta in dicta Zygeth feria tercia proxima
. . . . is Annno Domini milessimo LX⁰ primo (sic.)

Din originalul scris pe papir cu urmele sigillului imprimat in céra verde. Am primit acest fragment in publicaţiunea de faciă pentru că 1-o este fórte vechiu, 2-o conţine numele mai multor persóne de atunci, intre altele a lui Georgiu Pontz; memoria lui se păstréză până aḑi in partea de hotar numit Poncz-járó, Ponczláz şi adeveresce că nu numai numirea comunelor, dér şi a părţilor de hotare au o vechime de 4—5. şi mai multe sute de ani. Romasko=Roman, formaţiune analogă cu Ivasko=Ivan. Am mai publicat acest fragment 3-o că de s'ar află órecăndva jumetatea perdută, textul se se pótă completă.

254.

1461. 5. Februar. Trencin. Mandatul regelui Mathia Corvinul către Judele, Juraţii şi cetăţenii opidului Sziget că de órăce a concrezut lui Emeric de Zapolya thesaurariul judecarea faptelor violente, sfirşite la Breb moşia lui Petru Gherheş din Saraseu, prin Michail Sthybor locuitor in Sziget şi alţi mulţi complici ai sei, pentru acea se fie cu ascultare la judecata numitului Zapolya, şi neci dânşii neci comitele comitatului se nu se amestece in afacerile de drept ale altora.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris circumspectis judici, juratis ceterisque civibus oppidi nostri Zygeth, salutem et graciam, nostre maiestatis veniens in presenciam, fidelis noster Petrus Gelhes de Zaruassow, in sua ac Simonis fily sui

personis nostre significare curavit maiestati querulose, quomodo in festo Circumcisionis domini proxime preterito Michael Sthybor inhabitator dicti oppidi nostri Zygeth, assumptis sibi quam pluribus complicibus suis et malefactoribus ac Georgio Rosa, ex induccione videlicet et voluntate Stephani Pelificis Iudicis ad possessionem eorumdem exponencium Hothpathaka vocatam in comitatu Maramarusiensi existentem manibus armatis et potenciarys hostiliter irruendo, abinde universas pecudes et pecora jobagionum ipsorum exponencium in eadem Hothpathaka commorancium depelli, scriniaque eorundem confringendo, de eisdem universas res et bona in eisdem repertas et inventa recipi et asportari fecissent. Hys non contenti ibidem in detrimentum sexus feminini tam mulieres quam virgines dire et atrociter verberassent, ipsisque puellis in signum amissionis virginitatis earumdem crines abscidissent, potencia mediante, in preiudicium eorumdem et dampnum valde magnum. Supplicatum itaque extitit nostre maiestati, ut ipsis exponentibus circa premissa remedium adhibere dignaremur opportunum. Et licet pro premissis comiti vestro ordinario man . . . . . s, tamen quia idem comes in hac re suspectus esse asseritur, ideo mediantibus alys literis nostris fideli nostro . . . . Emerico de Zapolya Thesaurario nostro etc. mandavimus ut ipse aut personaliter, aut per unum rectum suum familiarem, coram testimonio conventus de Lelez in dicto oppido nostro Zygeth inter ipsas partes judicium et Iusticiam facere debeat, quo . . . . . firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus . . . . . et quam primum prefatus Emericus de Zapolya aut . . . . . . predictus pro faciendo huiusmodi . . . . . . in vestrum medium pervenerit, extunc eidem Emerico aut homini suo . . . . obedire et obtemperare eiusdemque judicio astare debeatis, et secus nullatenus facere presumatis . . . . . . ut nec vos nec comes dicti comitatus Maramarusiensis ad possessiones et Iura possessionaria dictorum . . . . . . Maramarusiensium se quoquomodo ingerere presumatis. Siqui enim habent aliquid accionis contra eosdem, id coram nostra personali presencia aut palatino de curia nostra regia . . . . Iudicialiter prosequamini, ex parte quorum omnium contra . . . . . querulatur judicium et justicia administrabitur evidens et condigna, prout dictaverit ordo Iuris, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Trenchinii in festo beate Agathe virginis. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Din originalul scris pe papir și provezut cu sigil imprimat.

255.

1461. 5. Februar. Trencin. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Emeric de Zapolya thesaurariul, ca se cerceteze şi se judece controversiile escate intre Petru Gherheş din Saraseu şi fiul seu Simon de o parte, ér de altă parte intre Michail Stibor locuitor in Sziget, care impreună cu Georgiu Rosa şi la indemnarea lui Stefan Argasitor judele opidului Sziget a sferşit fapte violente la Breb; mai incolo se judece şi violenţiile suferite de Petru Gherheş şi fiul seu din partea eremiţilor Claustrului Săntă-Măriei şi din partea cetăţenilor opidului Cămpulung, carii au occupat cu putere partea de moşiă in Sapĕnţia a lui Petru Gherheş.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fideli nostro magnifico Emerico de Zapolya sumpmo Thesaurario nostro ac generali capitaneo parcium nostrarum Zepusiensium, salutem et graciam. Nostre maiestatis veniens in presenciam fidelis noster Petrus Gerhes de Zarwazo in sua, ac Simonis fily sui personis, nostre significare curavit maiestati querulose, quomodo in festo circumcisionis domini proxime preterito Michael Sthibor inhabitator oppidi nostri Zygeth, assumptis sibi quam pluribus complicibus suis et malefactoribus ac Georgio Rosa, ex induccione videlicet et voluntate Stephani Peleficis Judicis dicti oppidi nostri Zygeth ad possessionem eorumdem exponencium Hathpataka vocatam in comitatu Maramarusiensi existentem et habitam, manibus armatis et potenciarys hostiliter irruendo, abinde universas pecudes et pecora jobagionum ipsorum exponencium in eadem Hathpathaka commorancium depelli, scriniaque eorumdem confringendo, de eisdem universa res et bona in eisdem repertas et lu venta recipi et asportare fecisset. Hys non contentus, sed malis mala accumulantes, ibidem in detrimentum sexus feminini tam mulieres quam virgines dire et atrociter verberassent, ipsisque puellis in signum amissionis virginitatis earumdem, crines abscidisssent. Et insuper fratres heremite in claustro beate Marie virginis Maramarusy fundato degentes, quandam porcionem possessionariam ipsorum exponencium in possessione Zapoloncza vocata habitam, aliam vero particulam eiusdem possessionis Zapoloncza Cives de Hozwmezew potencialiter occupassent, in preiudicium eorumdem exponencium et dampnum valde

magnum, et hec sic facta fuisse ex literis Iudicum nobilium ac nobilium comprovincialium, ceterorumque nobilium . . . . . orum dicti comitatus Mamarosiensis . . . . speciale productis, clare vidimus contineri. Quia vero nos neminem regnicolarum nostrorum sic indecenter suis possessionibus privari, eandemque per quoscunque turbare volumus, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, vos ipsi personaliter, aut si alys preoccupati negociys vos personaliter id facere non possetis, extunc unum certum familiarem vestrum in uno certo et brevi termino ad ipsum oppidum nostrum Zygeth transmittatis, qui ibidem coram testimonio conventus ecclesie de Lelez, quod per ipsum illuc serie presencium transmitti iubemus, convocatis tam ipsis heremitis quam eciam civibus de Hoziwmezew ac Zygeth predicta necnon ipsis exponentibus, visisque et examinatis earum proposicionibus, allegacionibus et responsionibus, necnon literalibus instrumentis ambarum parcium, inter easdem nostra auctoritate presentibus sibi in hac parte attributa, et justicia mediante, judicium et justiciam adeo impendere debeatis, ut de cetero, ipsis exponentibus non sit opus, pro abnegata ipsis iusticia, nostre querulare maiestati. Secus non facturi, presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Trinchiny in festo beate Agathe virginis, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat.

256.

1461. 20. Novembre. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Magistratul Comitatului ca se se dăe deplină satisfacțiune lui Petru Gherheș și fiului seu Șimon, pentru faptele nelegiuite sfîrșite prin Michail Sthybor locuitor in Sziget.

Relacio Georgy de Parlag.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris egregio Paulo de Parlag comiti ac vicecomitibus suis et judicibus nobilium comitatus Maramarusiensis, salutem et graciam.

Quamvis nos mediantibus alys literis nostris preceptoriis vobis in eo mandaverimus, ut vos fidelibus nostris Petro Gerhes de Zarvazo et Simoni filio eiusdem, de et super certis spoliacionibus, verberacionibus ac rerum et bonorum ablacionibus per Michaelem Sthibor inhabitatorem oppidi nostri Zygeth, eisdem ut dicitur factis et illatis, Judicium et justiciam ac debite satisfaccionis complementum facere et impendere deberetis. Tamen sicuti nos ex querulosa significatione annotati Petri Gerhes in sua ac antefati Simonis fily sui personis nobis previa racione facta intelleximus vos ysdem Petro et Simoni nescitur quo ducti motivo, ex parte prelibati Michaelis Sthybor, nullam omnino . . . . . . onis complementum impendissetis, et nec curaretis facere etiam de presente ipsis in hac parte . . . . . . justiciam abnegantes in prejudicium juris dampnumque valde magnum, et . . . . . dampna et preiudicia dictorum exponentium . . . . volentes eisdem . . . . reddifacere cupimus. Ideo fidelitati vestre serie presencium firmissime precipientes committimus . . . . . omnino . . . . volentes, quatenus receptis presentibus, ulteriori, memoratis Petro Gerhes et Simoni, filio eiusdem ex parte prelibati Michaelis Sthybor juxta tenorem et continenciam priorum nostrarum literarum vobis directarum plenam et omnimodam satisfaccionem . . . . . facere et impendere debeatis, ne ydem de cetero pro abneganda justicia, nostre compellantur supplicare maiestati, et aliud non facturi in premissis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima post festum beate Elisabethe Vidue. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Lecta.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat.

257.

1462. 25. Januar. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea dómnei Elisabeta, mama regelui, in cele dóue părți judecătoresci, competente regelui, pentru sentenția capitale adusă prin dênsul in processul lui Petru și Joan din Ujhely in contra lui Nicolae, Michail și Stefan din Bilke din moșiile Bilke, Rakocz, Misztice, Lukava, Dobroka, Komoro in Bereg, și Lipce, Herince, Berezna, Ökörmező, Vizköz și Keleczen in Maramureș. Introducerea se face fără contradicere.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, memorie commendamus per presentes, quod nos litteras serenissimi principis domini Mathie Dei gratia regis Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba: Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Cum nos ad humillime supplicationis instantiam illustris domine Elizabeth genitricis nostre carissime per eam nobis propterea porrectam, illas duas partes judiciarias, que nobis ut judici de possessionibus Nicolai, Michaelis, Stephani et alterius Stephani de Bylke in eadem Bylke ac Rakolch, Myztyczew, Lwkava, Doborka et predio Komoro in de Beregh, item Lypche, Herenche, Berezna, Ekermezew, Wyzkez et Kelechen vocatis, in Maramarosiensi comitatibus existentibus habitis, vigore cuiusdam sententie capitalis per fideles nostros Petrum et Iohannem de Wyhel, contra eosdem Nicolaum, Michaelem, Stephanum et alterum Stephanum de dicta Bylke novissime coram nobis, ut dicitur roportate, juxta antiquam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consvetudinem provenire deberent, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, memorate domine Elizabeth genitrici nostre infra tempus redemptionis earumdem vigore aliarum litterarum nostrarum contulerimus, velimusque eandem per nostrum et vestrum homines in dominium earumdem legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestre firmiter committimus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes de Farnas vel Benedictus de Borswa sive Pelbartus de Gwlach, seu Iohannes de Kerepecz, alys absentibus homo noster de

Curia nostra per nos ad id specialiter deputatus, ad facies prefatarum possessionum Lypche, Herenche, Berezna, Ekermezew, Wyzkez et Kelechen vocatarum aliarumque prenominatarum, consequenterque illarum duarum partium nostrarum judiciariarum in eisdem habitarum . . . . vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatam dominam genitricem nostram in dominium earumdem, statuatque easdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisso jure sibi incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra prefatam dominam genitricem nostram personalem in presentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorundem reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude in festo conversionis beati Pauli Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Nos itaque preceptis et mandatis ipsius domini regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Iohanne de Farnas homine ipsius domini regis, per ipsum dominum regem de Curia sua regia ad id specialiter deputato, unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium presbyterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio destinassemus. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post festum beati Valentini Martyris de novo preteritum, ad facies predictarum possessionum Lypche, Herenche, Berezna, Ekermezew, Wyzkez et Kelechen vocatarum in dicto comitatu Maramarosiensi existentium, consequenterque prescriptarum duarum partium prefati domini nostri regis judiciariarum, in eisdem possessionibus habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Iohanne vicario de Keselewmezew, Petro Palko de Weresmorth et Stephano de prefata Lipche inibi legitime convocatis et presentibus accessissent. In quarum faciebus congruis diebus permanendo memoratamque illustrem dominam Elizabeth genitricem annotati nostri domini regis in dominium earundem introducendo, easdemque eidem simul cum prescriptis cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet premisso jure sibi incumbenti, usque pretactum tempus redemptionis earundem, statuissent possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam et firmitatem presentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas.

Datum sexto die diei statutionis antedicte. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo prenotato.

Conventul din Lelesz, copia de la Gabriel Várady.

258.

1462. 11. Juniu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Magistratul Comitatului, ca in înțelesul ordinelor mai dinainte, se se judece fără amênare și se se dăe satisfacțiune lui Petru Gherheș din Saraseu pentru pagubele suferite cu nedrept din partea lui Michail Stybor locuitor in Sziget.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fideli nostro egregio Michaeli de Pesthyen comiti, ac vicecomitibus suis et judicibus nobilium comitatus Maromorusiensis, salutem et graciam. Exponit maiestati nostre, fidelis noster nobilis Petrus Gerhes de Zarvazo querulose, quod quamvis nos sepe sepius mandaverimus fidelibus nostris comitibus vel vicecomitibus predecessoribus vestris ac judicibus nobilium eiusdem comitatus Maromorusiensis in eo, ut ipsi eidem Petro Gerhes, de quibusdam dampnis per quendam Michaelem Ztybor inhabitatorem oppidi nostri Zygeth, temporibus pro tunc transactis indebite factis et illatis, judicium et justitiam ac debite satisfaccionis complementum facere et exhibere dictareque jure deberent, tamen ydem comites vel vicecomites predecessores vestri, necnon judices nobilium dicti comitatus ex parte prefati Michaelis Ztybor, de premissis dampnis sew actibus potenciariis nullum judicium, nullamve justiciam impendere et facere hactenus minime curavissent, nec curarent eciam de presenti, in contemptum mandatorum nostrorum, ac preiudicium et dampnum dictorum exponencium walde magnum. Et cum iustitia nemini sit deneganda, fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, aliter h . . . . re nolentes, quatenus receptis presentibus, dilacionibus et allegacionibus quibuslibet . . . . . annotato Petro Gerhes ex parte prelibati Michaelis Sthybor, juxta continenciam priorum literarum nostrarum, predictis predecessoribus vestris . . . . satisfaccio-

nem . . . . . . et adeo impendere et exhibere debeatis, ne idem de cetero pro abneganda iustitia nostre queruletur maiestati, secus facere nullatenus presumatis, presentes autem perlectis reddi iubemus presentanti. Datum Bude feria sexta proxima ante festum sancte Triniatis, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Din originalul scris pe papir provezut cu sigil imprimat.

259.

1462. 24. Juliu. Michail de Pesthyen comitele Maramureșan conferesce lui Ambrosiu din Dolha și lui Michail Mare din Rosalia porțiunile sale din moșiile Vajnag și Ujbart, care au fost ale lui Sandrin Bud din Vajnag.

. . . . . . Quod egregio Michaele de Pesthyen comite comitatus Maramorosiensis personaliter coram nobis constituto per eundem confessum extitit, quod quamquam ipse diebus novissime elapsis a serenissimo principe Mathia Dei gracia rege Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. quasdam porciones possessionarias Sandrini Bud de Waynak in possessionibus Waynak predicta et Wybarthfalwa vocatis in dicto comitatu Maramorosiensi existentibus habitas, quas idem Sandrinus ex eo quod ipse officium foris conmissiset secundum judicia . . . in eodem tribunali manifeste deprehensus fuisset . . . . pro iudiciis part . . . . presen . . . . sacre corone dicti domini regis pro locorum et temporum varietate constanter exhibitur . . . . . et inpensur . . . idem dominus rex dederat . . . . quod autem ipse ob fraternalem amorem Ambrosij de Dolha ac Michaelis Magni de Rozavlya easdem portiones possessionarias simul cum cunctis ipsarum utilitatibus dedit contulit, donavit proventibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, sylvis, pratis, fenetis, nemoribus, montibus, aquis aquarumque decursibus, generaliter quarumvis utilitatibus et utilitatum proventibus, integritatibus ad easdem portiones possessionarias undique de jure spectantibus et pertinentibus, spectareque et pertinere debentibus memoratis Ambrosio de Dolha et Michaeli Magno de Rozavlya ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset, donasset et contulisset, imo dedit donavit et con-

tulit jure perpetuo et irrevocabiliter premisse donationis prefati domini nostri regis possidendas tenendas pariter et habendas, nil juris nilque proprietatis idem in eisdem portionibus possessionariis pro se ipso reservando, sed totum jus omneque dominium et proprietatem in prefatos Ambrosium de Dolha ac Michaelem Magnum de Rozavlya, eorundem heredibus et posteritatibus universis transferendo pleno jure presentium mediante Datum in Vigilia festi beati Iacobi Apostoli. Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Conventul din Lelesz. (Prot. auth. 4-a fol. 68. Anni 1462.) Copia dela Georgiu Petrovay.

260.

1462. 28. August. Oradea mare. Mandatul regelui Mathia Corvinul către magistratul Comitatului, ca se judece cu dreptate procesul început înaintea magistratului de Michail Stibor din Sziget in contra lui Petru Gherheș din Saraseu și fiul seu Șimon; și déca acesti din urmă n'ar primi judecata, atunci se se trimită causa la Curia in presenția regelui, a prelaților și a baronilor.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maromorosiensis salutem et graciam, exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Petri Gerhes ac Symonis fily eiusdem de Zarvazo, quomodo Michael Stibor de Zygeth ipsos racione quorumdam negociorum vestri in presenciam in causam attraxisset, in qua vos judicibus haberetis pro suspectis, unde cum in presencys judicum suspectorum non sit tutum litigare, ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus premissam causam partes inter prenotatas vestri in presenciam, ut predicitur motam et . . . . . . justo juris tramite adjudicare debeatis, et si ydem exponentes de huiusmodi vestro iudicio contentari noluerint, ex tunc ipsam causam cum tota serie ipsius vestre adjudicationis fine . . . . . gravamine ipsorum exponencium in Curiam nostram regiam nostram scilicet personalem in presenciam.

nostri ac prelatorum et baronum nostrorum deliberacioni transmittatis partibus predictis coram nobis comparentibus, termino vestris in literis prefigentibus congruente, secus non facturi. Datum Varadini in festo beati Augustini episcopi et confessoris, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Din originalul scris pe papir si provezut cu sigil imprimat

261.

1462. 6. Octobre. Rupea. Inaintea scaunului judecătoresc ținut prin regele Mathia in opidul Rupea in Transilvania Joan Giula fiul lui Nan, numit altcum Popa Jancu din Giulesci, a incusat pe Michail Sthybor așisdere Giula din Giulesci, că acestu-a a occupat partea sa din Giulesci, pe tutorul seu Michail Fițe l'a captivat, a stors de la dĕnsul cu putere documentele sale, și a luat cu nedrept de la jobagii sei și de la mama sa Margaretha șepte boi, un cal, siesesprețiece oi seu berbeci și un floren de aur; Michael Sthybor s'a aperat, că și dĕnsul este fiul lui Pop Nan, pe actorul și pe mama sa din moșia nu i-a scos, obiectele amintite nu le-a luat; pentru acea regele dispune se se cerceteze starea lucrului, și se-i se facă relațiune.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croaciae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et graciam, noveritis quod feria tertia proxima post festum beati Fransisci confessoris proxime preteritum una cum nonnullis praelatis, baronibus et regni nostri nobilibus in oppido nostro Keuhalom[1]) partium nostrarum transilvanarum constitutis et existentibus, causasque regnicolarum nostrorum iusto iuris ordine discutientibus, de medio aliorum litigantium Ioannes Gyula dictus filius quondam Naan alio nomine Ianko Pap dicti de Gyulafalua personaliter in nostrae majestatis personalem veniens praesentiam, praesente et audiente ac consimiliter personaliter adhaerente Michaele Sthybor, alio nomine similiter Gyula dicto de dicta Gyulafalua nunc in oppido nostro Ziget vocato commorante, contra eundem proposuit eo modo, quomodo in autumno proxime elapso, cuius nunc instaret revolutio annualis, idem Michael Sthybor

totalem portionem suam possessionariam in dicta possessione Gyulafalua, in comitatu Maramarusiense existenti habitam, per matrem praefati quondam Nan Pap patris sui in ipsum iure paterno condescensam iniuste pro se ipso occupusset, ac eundem exponentem sed et dominam Margaretham matrem eiusdem de dominio eiusdem exclusisset, et quod in hieme proxime praeterita idem Michael Sthybor similiter Gyula dictus, Michaelem Fyce de dicta Gyulafalua tutorem videlicet et protectorem dicti exponentis, per comites eiusdem comitatus Maramarusiensis dominos scilicet suos, in persona captivari fecisset, captumque tamdiu donec ab eodem litteras et litteralia instrumenta eiusdem exponentis, factum universorum iurium suorum possessionariorum tangentes et concernentia pro se extorsisset. His non contentus idem Michael tempore dictae occupationis super jobbagiones dicti exponentis septem boves, unum aequm et sedecim oves berbecz dictas, item unam vaccam et unum florenum auri a dicta domina matre eiusdem exponentis iniuste et indebite abstulisset, potentia sua mediante, in praeiudicium et damnum antefati exponentis valde magnum. Ex parte cuius idem Ioannes Gyula per nostram majestatem iudicium et justiciam elargiri suplicabat. Quo audito ante fatus Michael Sthybor Gyula dictus personaliter, ut praemittitur, in eandem nostram personalem exurgendo praesentiam respondit ex adverso, quomodo ipse esset filius antefati quondam Nan Pap[2]) sicuti et praefatus Ioannes Gyula, et ob hoc ipse dictam portionem annotati exponentis pro se iniuste et potentialiter non occupasset, et neque ipsum ac praelibatam dominam Margaretham matrem eiusdem de dominio eiusdem exclusisset, sed ipsa portio possessionaria in qua ipse ad praesens existeret, ipsum iure paterno aequaliter concerneret. Et neque ipse annotatos septem boves et unum aequum, sedecim oves necnon unam vaccam et unum florenum auri super populos et jobagiones ac matrem dicti exponentis extorsisset et usurpasset, sed in totali praemissa actione et accusatione dicti Ioannis Gyula actoris innocens esset pariter et inmunis. Et in eo se ad veridicam attestationem vicinorum et conmetaneorum dictae possessionis Gyulafalva, nobiliumque conprovincialium jam dicti comitatus Maramarusiensis per formam communis inquisitionis fiendae submittebat. In quorum contrarium idem Ioannes Gyula replicabat e converso, quod ipse annotatum Michaelem Stybor dictum Gyula filium annotati Nan Pap patris sui esse omnino ignorasset, nisi idem Michael Gyula de iuris ordine filium eiusdem Nan Pap existere et esse declararet, et in eo se ipse Ioannes Gyula

consimiliter tam quod ipse Michael Gyula dictus tempore in praedicto dictam portionem suam possessionariam iniuste pro se occupasset, ac dictas septem boves sed et annotatas oves, unum aequum, unam vaccam et unum florenum auri a praefatis jobbagionibus et matre dicti actoris modo praemisso extorsisset, quam etiam in eo quod ipse Michael dictus filius dicti Nan Pap patris sui sit et existat vel ne (?) ad ipsam communem inquisitionem nobis legitime requirentibus submittebat, ad quam faciendam noster et vester homines necessario transmitti debebunt. Pro eo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius de Kalynfalua, vel Dan de Nyires, aut Ioannes Hozyu de Apsa, sin Mikle de Sugatag, seu Ostas de Zarvazo pro parte actoris, aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus, quinto decimo die festi epiphaniarum domini nunc venturi ad faciem ejusdem possessionis Gyulafalua, ubi eaedem partes dictam communem inquisitionem fieri voluerint, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis Gyulafalua aliisque nobilibus conprovincialibus dicti comitatus inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, primo ab eisdem vicinis et conmetaneis demum vero a praefatis nobilibus conprovincialibus per ipsas partes illac congregandis et convocandis, partibus etiam praedictis vel earum legitimis procuratoribus praesentibus, ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro regio diademati observandam, tacto dominicae crucis signo praestandam, odio, favore, timore, amore, praece et praemio penitus post tergatis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, solum Deum et eius justitiam ferendo prae oculis, primo et principaliter hoc et id, utrum praefatus Michael Sthybor Gyula dictus sit et existat filius antefati quondam Naan Pap sicuti Ioannes praefatus Gyula, vel ne? demum vero de eo utrum ipse Michael Gyula dictus jam dictam portionem possessionariam praelibati Ioannis Gyula dicti actoris tempore in praedicto pro se iniuste occupaverit, et dictas litteras et literalia instrumenta ipsius actoris modo praemisso a praefato Michaele Ficze tutore ipsius actoris extorserit, dictosque septem boves, sedecim oves berbech vocatas, unum aequum, unam vaccam et unum florenum auri a praenominatis jobbagionibus et domina matre dicti actoris similiter iniuste pro se ipso receperit et abstulerit potentia mediante, an ne? more communis inquisitionis eosdem vicinos et commetaneos ac nobiles conprovinciales insimul convocatos seorsim et singilatim investigando, sciat, inquirat et experiatur meram, plenam atque omni

modam praemissorum certitudinis veritatem, et si ea hujusmodi veridica attestatione dictorum vicinorum et commetaneorum ac nobilium conprovincialium dicti comitatus rescriptam portionem possessionariam dicti actoris in dicta possessione Gyulafalva in dicto comitatu existente habitam per antefatum Michaelem Sthybor Gyula dictum, tempore in praedicto injuste pro se occupatam fore receperint, extunc eandem portionem possessionariam dicti actoris eidem restituat, perpetuo possidendam, contradictione praelibati Michaelis Sthybor Gyula dicti et aliorum quorumlibet praevia ratione non obstante, et post haec huiusmodi rescite veritatis praemissorum ac attestationis communis inquisitionis et restatutionis seriem, ut fuerit expediens, cum propriis et possessionum attestantium nominibus ad octavas festi epiphaniarum domini nunc venturas legitime perdurantes eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum in Keuhalom praedicta secundo die termini praenotati, Anno Domini 1462.[3])

[1]) Regele Mathia conducea atunci o óste in contra sultanului Mohamed, care năvălise cu 250,000 de ostaşi in ţéra românéscă.

[2]) De aci se esplică faptele violente lui Michail Sthybor in contra lui Petru Gherheş, care a stat in cértă continuă cu Popa Nan.

[3]) Conventul din Lelesz. (Protocolli actorum Anni 1764. pag. 161.)

262.

1463. 24. Februar. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Michail Voivod din Dolha Mare şi a lui Nicolau Pop, Mandra Costa din Vişeu de josu şi a lui Nicolau din Dragoesci in posesiunea moşiei Vişeu de jos din districtul Cuhei; introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas vestre serenitatis statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba. Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie sancte Crucis de Lelez, salutem et

gratiam. Cum nos consideratis et attentis multimodis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis fidelis nostri egregii Michaelis Vajda dicti de Nagy Dolha, per eum uti didicimus primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre juxta sue possibilitatis exigentiam cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessionem nostram Also-Vysso vocatam in comitatu Maramorosiensi, et districtu de Kohnya habitam, simul cum cunctis ejusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, memorato Michaeli Vayda dicto de Nagy Dolha et per eum Nicolao Pap, Mandra Koztha de Also-Visso, et alteri Nicolao de Dragojesth, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimns, velimusque eosdem in dominium ejusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael, aut Petrus de Farkasreue, sive Georgius Vanch de Vanchfalva, neve Ivan Dyak de Dragomerfalva aliis absentibus homo noster ad facies predicte possessionis Also-Vysso vocate, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Michaelem Vayda, ac Nicolaum Pap et Mandrakozth, et alterum Nicolaum de Dragojesth in dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Michaelem Vayda, et alios predictos nostram personalem in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quinta proxima ante Dominicam Invocavit. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Nos igitur mandatis vestre serenitatis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Iwan Dyak de Dragomerfalua homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Anthonium presbyterum Juniorem ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt. Quod ipsi octavo die festi sacratissimi corporis Christi proxime preteriti, ad facies prescripte

possessionis Also-Visso vocate in prescripto comitatu Maramorosiensi et districtu de Kohnya existentis habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Iohanne et Simone de Kohnya, ac Iohanne, et Luca de Zelestye inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, prefatosque Michaelem Vayda ac Nicolaum Pap, Mandra Koztha et alterum Nicolaum de Dragojesth in dominium eiusdem introduxissent, ac eandem eisdem simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentys quibuslibet premisse vestre nove donacionis titulo ipsis incumbente statuissent, perpetuo possidendam. In cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introductionis et statutionis ante dictarum. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio supradicto.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. No 50. Anni 1463.) se află şi in processul producţiunei al familiei Pap din Drăguesci; archivul Comitatului III. 1783/42. Mandatul fără relaţiune s'a publicat prin comitele J. Teleky in „Hunyadiak kora." Tom. XI. pag. 46. — Din Nicolae Pap se trage familia nobilă Pap din Vişeu; din Nicolau de Draguesti se trage familia nobilă Pap din Drăguesci. — Din Drăguesci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Rişko (1402.) Roman (1402.) Orosz (1634.); la anii 1763—1769. familia Szilágyi (1620.)

263.

1463. 26. Februar. Buda. Regele Mathia Corvinul in recompensarea servicielor lui Ambrosiu din Dolha aduse prin versarea săngelui seu in resbelul contra turcilor şi altor inimici, prin donaţiune nóuă dăruesce lui şi fiilor sei Demetriu, Georgiu, Ladislau, Joan, Nicolau şi Petru moşiele Kusnitza şi Kereczke in Comitatul Bereg, dăruite prin Joan din Huniad.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos attentis fidelibus servicijs rebusque egregie gestis sub diversitate locorum et temporum fidelis nostri egregij Ambrosij de

Dolha, que ipse progenitorum nostrorum et nostris temporibus diu multumque et pro defensione sacre regni nostri corone partim contra Turcos christiani nominis inimicos, partim adversus alios emulos regnum nostrum populantes gessit. Considerantes eciam quod ipse Ambrosius sepe numero cum hoste conflixerit et pro honore et amplitudine nostre Maiestatis non solum certamen gloriosum inivit, sed eciam cruenta wulnera suscipere et sangvinem habunde fundere non formidavit, volentes igitur subditorum nostrorum quaslibet res memoratu dignas regali munificencia decorare, ut reliqui subditi avidi laudis et cupidi glorie magnum et memorabile factum summa ope aggredi, laboresque et rerum omnium industriam ultro suscipere enitantur, possessiones Kwsnijtza et Kereczke vocatas in comitatu de Bereg existentes et habitas, in quarum pacifico dominio idem Ambrosius per certa tempora, virtute donacionis condam illustris domini Iohannis de Hwnyad comitis Bistriciensis etc. genitoris nostri carissimi felicis memorie perstitit, persistereque asserit eciam de presenti, item totum et omne jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Kwsnijtza et Kereczke qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibusvis causis, vijs, modis et racionibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, virgultis, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarium suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Ambrosio de dicta Dolha et per eum Demetrio, Georgio, Ladislao, Iohanni, Nicolao et Petro filijs ipsius, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegij redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude die Sabbati ante dominicam Invocavit. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

S'a publicat prin Com. J. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. pag. 49.

264.

1463. 26. Februar. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Ambrosiu din Dolha și fiilor sei Demetriu, Georgiu, Ladislau, Joan, Nicolau și Petru in possessiunea moșielor Kusnitza și Kereczke. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris. Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gratia regis Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba. Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie sancte crucis de Lelez salutem et gratiam. Cum nos pro fidelibus servitijs fidelis nostri egregij Ambrosij de Dolha, per eum nobis ac sacre regni nostri Hungarie corone sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessiones Kwsnijtza et Keretzke vocatas, in comitatu de Bereg existentes et habitas, in quarum pacifico dominio idem Ambrosius per certa tempora virtute donationis condam domini Iohannis de Hwnyad comitis perpetui Bistriciensis etc. Genitoris nostri carissimi felicis memorie perstitit, persistereque se asserit etiam de presenti, item totum et omne Jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Kwsnijtza et Keretzke qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, vijs, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Ambrosio de dicta Dolha et per eum Demetrio, Georgio, Ladislao, Iohanni, Nicolao et Petro filijs ipsius, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum, nove nostre donationis titulo in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium dictarum possessionum et Iuris nostri regij in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci. Ideo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sandor de Bijlke, vel Stephanus de Rakoltz, aut alter Stephanus de Lijpse, sin Iohannes Garzo de dicta Bijlke, alijs absentibus, homo noster ad facies prescri-

ptarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke vocatarum, consequenterque Iuris nostri regij in eisdem habiti, vicinisque et commetaneis earundem inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Ambrosium ac Demetrium, Georgium, Ladislaum, Iohannem, Nicolaum et Petrum filios eiusdem in dominium earundem, statuatque easdem et idem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs, premisse nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Ambrosium et alios predictos nostram personalem in presentiam ad terminum competentem racionem de premissis reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbato ante dominicam Invocavit. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio. Nos igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Sandorino de Bijlke homine eiusdem domini nostri regis unum ex nobis, videlicet fratrem Anthonium presbiterum juniorem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi in dominica Oculi proxime preterita ad facies prescriptarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke vocatarum comitatu in prescripto existencium, consequenterque prescripti Iuris regij ipsius domini nostri regis in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem et eiusdem videlicet Iohanne Waywoda officiali de Zenthmiklos ac Stephano de Bilke et altero Stephano de Lijpse inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, in quarum et cuius faciebus legittimis et congruis diebus permanentes, prefatosque Ambrosium de dicta Dolha ac Demetrium, Georgium, Ladislaum, Iohannem, Nicolaum et Petrum filios eiusdem in dominium premissarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke ac prescripti Iuris regij dicti domini nostri regijs introducentes easdemque et idem, simul cum prescriptis cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premisso donationis titulo prefati domini nostri regis eisdem incumbente statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis

prenotatarum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio supradicto.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. No 47.) S'a publicat prin Com. Teleky: Hunyadiak kora. Vol. XI. pag. 50.

265.

1463. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Ambrosiu din Dolha și a fratelui seu Michail in posesiunea moșiei Vișeu de jos. Relațiunea lipsesce.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, ... conventui ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem et graciam. Cum nos pro fidelibus . . . . . Ambrosy de Dolha per eum nobis ac sacre regni nostri Hungarie corone sub locorum . . . . . te cum omni fidelitatis constancia fideliter et constanter exhibitis et inpensis, possessionem Also-Viso . . . . . . Maramarosiensi existentem habitam, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinencys quibuslibet . . . et per eum Michaeli de predicta Dolha fratri suo carnali ipsorumque heredibus et posteritatibus universis . . . . literarum nostrarum exinde confectarum de manibus nostris regys in perpetuum contulerimus, velimusque . . . . possessionis Also-Viso per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, superquo fidelitati . . . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sandor de Bilke vel Stephanus aut alter Stephanus de Liptse, sin Ioannes Gorzo de dicta Bilke, aliis absentibus homo noster ad faciem . . . . Also-Viso vocate, vicinisque et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Ambrosium et Michaelem in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisse nostre donationis titulo ipsis in cumb . . . . perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Ambrosium et Michaelem nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem de premissis reddituros, et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetane-

orum, qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude die Sabbatto ante Dominicam . . . Anno Domini M⁰ CCCC⁰ LX. tercio.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. No 254.) Copia de la Georgiu Petrovay.

266.

1463. 1. Marţiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru reambularea metelor posesiunilor Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnia, Bronyka şi Polonya, moşiile lui Ambrosiu din Dolha. Metele se stătorescu fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos litteras serenissimi principis domini Mathie Dei gratia regis Hungarie, Dalmacie Croatie etc. reambulatorias nobis directas, honore et reverentia, quibus decuit, accepimus in hec verba. Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris conventui de Lelez salutem et gratiam. Dicit nobis fidelis noster egregius Ambrosius de Dolha, quomodo possessiones sue, Dolha predicta, ac Kusnicza, Kereczke, Zadnia, Bronyka et Polonya vocate, in comitatu de Beregh apud manus suas habite, ipsum pleno juris titulo concernentes, legitima reambulatione, ac metarum erectione plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sthanislaus de Lipse, vel Gregorius de Komlos, aut Thomas de eadem, sin Sandrinus de Bilke, alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Dolha, Kusnijcza, Kereczke, Zadnya, Bronyka et Polonya vocatarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarijs erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus possessionarijs metaliter separatas et distinctas relinquat prefato Ambrosio jure ipsi incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos

contra prefatum Ambrosium nostram personalem in presentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionum reambulationis et metarum erectionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulationi intererunt nominibus terminoque assignato, nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima post dominicam Invocavit, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri regis satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Sandrino de Bilke homine ejusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Antonium presbyterum juniorem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Oculi preteritam, ad facies predictarum possessionum Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronyka et Polonya vocatarum comitatu in prescripto existentium, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, easdemque per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarijs erigendo, undique reambulassent, reambulatasque ab aliorum juribus possessionarijs metaliter separatas et distinctas prefato Ambrosio de Dolha jure sibi incumbenti commisissent perpetuo possidendas nullo contradictore. Mete autem, et cursus metales, quibus ipsi predictas possessiones Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronka, et Polonya ab aliorum juribus possessionarijs separassent et distinxissent, prout iidem dicti domini nostri regis, et noster homines nobis expresserunt hoc ordine protenderentur. Quod primo incepissent a parte occidentali, et a parte possessionis Bilke, penes fluvium Sebespataka vocatum, ubi idem fluvius olim cursum habuisset et idem fluvius caderet in fluvium Borsova, ubi due mete terree antique haberentur, quarum una Bilke et alia Dolha possessionibus predictis metaliter essent separantes, quas de novo renovassent, inde per ipsum fluvium Sebespathaka contra meatum ejusdem supra ad plagam septemtrionalem eundo, venissent ad locum, ubi ipse fluvius duplicaretur, et inde in ipsa duplicatione relinquendo ipsum fluvium jungeret quoddam Bercz, et per ipsum Bercz ad eandem plagam pergendo attigissent sylvam Medve Barlaga vocatam, ubi due mete terree antique haberentur, predictisque possessionibus Dolha et Bilke forent distingventes, quas de novo renovassent. Abhinc in eandem plagam septentrionalem venissent

ad unum Kõzbercz declinando ad plagam orientalem attigissent fluvium Kovaczpathaka vocatum, et de illo loco declinando ad eandem plagam orientalem pervenissent ad quendam locum, qui vocatur Uthijath, et abinde de illo loco ulterius procedendo similiter ad eandem plagam orientalem pergendo venissent ad quandam viam, per quam viam itur ad possessionem Ardanfalva, que via veniret de Kereczke, et per illam viam similiter irent ad dictam possessionem Ardanfalva, ubi invenissent quendam fontem a parte Isaak, quem pro meta reliquissent, ab hinc de illo fonte tendendo per magnum spatium eundo per eandem Kõzbércz pervenissent ad quandam viam, que via iret de dicta possessione Kereczke ad possessionem Zolywa, ubi in vertice montis duas metas terreas erexissent, quarum unam eidem Zolywa, alteram autem Kereczke possessionibus reliquissent, et abinde per magnum spatium eundo pervenissent ad quendam locum qui vulgo Savanyz vocaretur, quem pro meta deputassent, deinde ab illo loco per parvum spatium eundo per Kõzbércz venissent ad alpem, qui vocaretur Borsowa havassa, et per Kõzberž venissent ad verticem alpis, qui vulgo Naghthethew[1]) vocaretur, quem pro meta relinquissent, et de illo loco procedendo per cacumen ipsius alpis, per longum spatium eundo super, ad orientem pervenissent ad viam, et illam viam modo simili pro meta relinquissent, et de illo loco ulterius procedendo per verticem alpis, pervenissent ad magnum lapidem, qui lapis vocatur Verpelipecz,[2]) et ab illo Lapide infra eundo per longum spatium declinando ad dictam plagam orientalem pervenissent ad quoddam Bercz, et illud pertranseundo pervenissent ad quendam rivulum qui vocaretur Bukvecz,[3]) et de illo rivulo super ad eandem plagam orientalem pergendo attigissent quendam montem, qui similiter Bukvecz vocaretur, et ab illo monte declinando ad meridionalem plagam pervenissent ad quendam locum, qui vocaretur Zthoss, ubi fluvius Ritska, ibidem fluvium pertransisissent, et de illo fluvio ulterius procedendo, venissent ad unum montem, et illum montem pertranseundo attigissent quendam fluvium Thuska, quem pro meta relinquissent, et illum fluvium directe pertranseundo super ad meridiem attigissent quandam viam, per quam viam de dicta possessione Kusnicza itur ad terram Ruthinorum, quam pro meta reliquissent, et de illa via, recte ad eandem meridiem pervenissent ad quendam rijvulum qui vocaretur Puthnij, quem pro meta commisisissent, et de illo rijvulo per longum spatium eundo, et ad plagam orientalem declinando venissent ad unum Kõzbercz Montsol vocatum, indeque transeundo ipsum Bercz, attigissent fluvium Kuzypathaka,

ab hinc venissent ad locum, ubi Ipse fluvius cadit in alium fluvium Iza nominatum, et deinde declinando ad dictam plagam meridionalem Jungeret quoddam Kōzbercz, inde ad eandem plagam tendendo venissent ad unam sylvam montosam Velo Zopanka nuncupatam, quam includendo amplius jungeret locum Csaholts vocatum, inde ad eandem plagam pergendo venissent ad unum Közbercz, ab hinc ad eandem plagam jungeret montem Dobocz vocatum, et hinc venissent ad viam, que de dicta possessione Dolha duceret ad possessionem Lipse vocatam, penes quam una meta terrea antiqua haberetur, quam renovassent, amplius per ipsum montem Dobocz eundo, jungeret aliam viam de possessione Mijsthichew ad dictam possessionem Lipse dirigentem, ubi penes ipsam viam esset una meta terrea antiqua quam renovassent, deindeque declinando ad plagam occidentalem attigissent fluvium Sebespathaka, ubi olim idem fluvius Sebespathaka cursum habuisset, et ibidem mete et cursus metales predictarum possessionum Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronyka, et Polonya terminarentur. In quorum premissorum memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei executionis premissorum, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio supra dicto.[4])

[1]) Naghthethew=Nagyhegy (1598 m.) Borsowa havas=Stoj (1679 m.)

[2]) Verpelipecz=Pilipecz.

[3]) Bukvecz=Bukovecz=Bukocz.

[4]) Conventul din Lelesz. (Metalium Cottus de Bereg. No 31.) s'a publicat prin Com. J. Teleky: Hunyadiak kora. Vol. XI. pag. 53.

267.

1463. 25. Juliu. Sopron. Stefan archiepiscopul din Colocea, Joan episcopul din Oradea, Ladislau din Palocz judele Curiei regesci şi Emeric de Zapolya thesaurariul şi căpitan suprem al părţilor superióre fac cunoscut celor 7. scauni săsesci, că sacra corona a Ungariei de de mult instrainată s'a restituit şi se află in mănile lor. Portătorii acestei scire imbucurătórie nobili Simon Bizo din Byzofalva şi Ladislau Mare sunt de trămis innapoi cu bucuriă.

Prudentes et Circumspecti amici nobis dilecti. Has novitates gaudij vobis scribere possumus, quod divina favente clementia die dominico in profesto videlicet beati Iacobi apostoli proxime preterito circa horam sextam eiusdem diej, sacra corona regni Hungarie que dudum ab hoc regno alienata fuerat, domino nostro generoso regj et regno pretacto restituta est, et existit in manibus nostris, super quibus gaudiis, scimus bene, ut multum congratulamini et gaudetis, pro cuius gaudii ad vos delatione deputamus erga vos, nobiles Simonem Byzo[1]) de Byzofalva et Ladislaum Magnum, quos pro tam alte rei et magni gaudii ad vos deportatione rogamus, ut eosdem iterato, ad nos cum gaudio remittatis. Datum Sopronii in festo beati Jacobi apostoli Anno dominj millessimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Stephanus ecclesiarum Colocensis et Baciensis
Archiepiscopus, locique ejusdem comes perpetuus
Johannes Episcopus ecclesie Waradiensis
Comes Ladislaus de Palocz judex curie regie
ac Emericus de Zapolya summus thesaurarius
Regius partiumque superiorum regni Hungarie supremus
capitaneus.[2])

[1]) Acest Simon Bizo era atunci deputat al Comitatului, a fost comite suprem cum ne arétă diploma anului 1465. 23. Aprilie, tot in acésta diplomă se amintesce şi Michail Mare din Săpenţia, care va fi fost probabil de una familia cu celu-a l'alt deputat. Familia nobilă Bizo stepănesce si aḑi in Cuhea.

[2]) S'a publicat cu un fac-simile prin Com. J. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. pag. 75.

268.

1464. 18. Januar. Conventul din Lelez adeveresce, că Petru Gherheș din Saraseu a protestat pentru acea, că Michail Stybor din Giulesci in anul precedent cu mai mulți complici a năvălit cu mănele armate a supra Curței sale din Sarasau, a spart ușile caselor și armariele, a scos averile și literile sale, a mănat staua și turmele sale, pe fiul seu Simon l'a rănit greu și l'a dus prins, și astfeliu l'a păgubit afară de literile cu 400 fl. de aur.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod Petrus Gherhes de Zarvazo nostram veniens in presenciam in sua ac Symonis fily sui personis dixit nobis protestando, quomodo Michael Stibor de Gywlafalwa in anno proxime transacto videlicet circa festum Epiphaniarum domini proxime transacto ymo advocatis sibi non nullis complicibus suis et malefactoribus ad domum et curiam prefatorum exponencium in prefata possessione Zarwazo vocata in comitatu Maramarosiensi existente habitam, manibus armatis et potenciarys irruendo, ibique hostia domorum dictorum exponencium confringendo, scriniaque eorumdem dissecando et abinde universas res et quelibet bona domo in eadem repertas et inventa, necnon literas et literalia eorum instrumenta facta et iura possessionaria prelibatorum exponencium tangencia et concernencia, scrinio de predicto abstulisset, eo non contentus idem Michael Stibor una cum prenominatis complicibus secum adherentibus prefatum Symonem exponentem captivando ac letalibus vulneribus sauciasset, nec non equos equacias pecudesque et pecora dictorum querulancium esportasset et recepisset. In quibus prelibatis exponentibus demptis literis et literalibus instrumentis dampna quadringentorum florenorum auri errogasset et abstulisset potencia mediante. In preiudicium et dampnum dictorum querulancium valde magnum. Datum in festo beate Prisce virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat in dos.

269.

1464. 18. Marţiu. Buda. Literile prorogatorie ale regelui Mathia Corvinul, prin care se amână processul lui Joan fiul lui Mikle din Şugatag in contra lui Perşe, fiul lui Michail Ficze, şi alţi cointeresaţi.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Damus pro memoria, quod causam, quam Iohannes filius Mikle de Sugatagh, contra Perse filium Michaelis Ficze, Georgium similiter Ficze, alterum Georgium Ivanka, ac Ivanka et Vlad necnon dictum Michaelem Ficze, juxta continentias litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris conventus ecclesiae de Lelez inquisitorys, attestatorys, restatutorys, evocatorys et insinuatorys, per modum proclamatae congregationis generalis emanatis, contentis, in octavis festi Epiphaniarum Domini movere habebat, coram nostra speciali praesentia, ex deliberatione praelatorum et baronum nostrorum, ac regni nostri procerum ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturi duximus prorogandam. Datum Budae sexagesimo sexto die Octavarum festi Epiphaniarum Domini praedictarum. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Pro Ioanne filio Mikle de Sugatag, contra Perse filium Michaelis Ficze de Gyulafalva et alios introscriptos ad octavas festi beati Georgii martyris prorogatoria etc. etc.

Din actele processului lui Joan Kodra contra lui Callistrat Perşe in archivul Comitatului Ill. 1774/20.

270.

1464. 7. Juniu. Petru Leuke d'in Vad cu frate seu Michail, şi cu Petru din Crăciuneşci protestézâ in contra intentiunei, ca se se doneze lui Andrea numit Porcolab şi sociei sale nobilei dómne Martha a treia parte d'in moşia Crăciunesci.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod Petrus Leuke de Farkasrev nostram personalem veniens in presenciam in sua et Michaelis similiter Leuke de dicta Farkasrev fratris carnalis et Petri de Karachonfalva personis . . . regiam maiestatem a donacione et collacione, Andream vero dictum Porkolab ac nobilem dominam Martham consortem eiusdem ab impetracione et . . . . . conferri . . . . . tercie partis dicte possessionis Karachonfalva vocate in cōmitatu Maramarosiensi existentis habite, occupacioneque et detencione . . . . . et utilitatum eiusdem quarumcunque percepcione . . . . Datum octavo die festi sacratissimi corporis Christi. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Din originalul scris pe papir, provezut in dos cu sigil imprimat la Joan Jura; a treia parte a diplomei e nedescifrabilă.

271.

1464. 19. Juniu. Regele Mathia Corvinul confirmă şi transscrie dóue litere, una donaţiunea sa propriă dată lui Simeon din Cuhea, fratelui seu Joan şi verului seu de acea-şi nume despre kenesiatul posesiunei Cuhea; altă sunătoriă despre introducerea legitima a numiţilor in Kenesiatul de acolo

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fide-

libus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium Salvatore. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum, in hys presertim qui videntur suorum subditorum commodis utiliter convenire. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod fideles nostri Symon de Kohnia, ac Iohannes carnalis et alter Iohannes patruelis fratres eiusdem Symonis nostre maiestatis venientes in conspectum, exhibuerunt nobis et presentaverunt quasdam duas literas, unam nostram patenter confectam, secreto sigillo nostro, quo ante felicem coronacionem nostram utebamur, consignatam, qua mediante nos Kenesiatum possessionis Kohnya in comitatu Maromorosiensi existentis et habite, simul cum cunctis utilitatibus et pertinencys suis, eisdem Symoni ac Iohanni carnali, et alteri Iohanni patrueli fratribus suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum dedisse et contulisse dinoscimur, aliam vero conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, sigillo eiusdem, quo utitur, impendente communitam, super legittima statucione eiusdem Kenesiatus, ipsis Symoni ac utrique Iohanni, per ipsum conventum nullo contradictore apparente, facta emanatam, tenorum subsequencium. Supplicantes maiestati nostre idem Symon ac uterque Iohannes, ut nos dictas ambas literas ratas, gratas et acceptas habere, literisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri, et inscribi facere, ac pro ipsis Symone et utrique Iohanne, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum unius videlicet nostre tenor talis est, Nos Mathias etc. (vide sub. No. 242.) Alterius vero scilicet prefati conventus tenor sequitur in hec verba, Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 243.) Nos igitur humilibus et devotis supplicacionibus prefatorum Symonis ac utriusque Iohannis per eos nostre modo quo superius porrectis maiestati regia benignitate exauditis et clementer admissis, prescriptas ambas literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sua parte suspectas, sed omni porsus suspicionis vicio carentes, presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum, sine diminucione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos, eatenus quatenus eedem rite et legittime exstitunt emanate, viresque earum veritati suffragant acceptamus, approbamus et ratificamus, easque nichilominus et omnia in eis contenta pro ipsis Symone, et utrisque Iohanne, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes, perpetuo valituras confirmamus, presentis scripti

nostri patrocinio mediante. Salvis juribus alienis, in cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas (sic.) Datum per manus reverendissimi in Xro patris domini Stephani ecclesiarum Colocensis et Baciensis Archiepiscopi, locique eiusdem Colocensis comitis perpetui. Aule nostre summi cancellary fidelis nostri dilecti. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, tredecimo Kalendas mensis Iuly, regni nostri anno septimo coronacionis vero primo. Venerabilibus in Christo patribus dominis Dijonjsio de Zech Cardinali Strigoniensi, eodem domino Stephano Colocensi archiepiscopis, Ladislao Agriensis, Iohanne Varadiensis, Nicolao Transsilvaniensis, Zagrabiensi sede vacante, Iohanne Quinqueecclesiensis, Alberto Vespremiensis, Augustino Iauriensis, Vincencio Vaciensis, Alberto Chanadiensis, Thoma Nitriensis, Bosnensi sede vacante, Vrbano Sirmiensis, Marco Tinninensis, Segniensi sede vacante, Nicolao Modrusiensis ecclesiarum episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Item magnificis Michaele Orzag de Gwth regni nostri Hungarie predicte palatino, Emerico de Zapolya regni Bozne gubernatore, Nicolao de Vylak et Iohanne Pongracz de Dengeleg Wayvodis Transsilvanensibus, comite Ladislao de Palocz Iudice Curie nostre, eodem Emerico de Zapolya Dalmacie, Croacie, Slavonie regnorum nostrorum et prefato Nicolao de Vylak Machoviensi Banis, honore banatus Sewriniensis vacante, Iohanne de Rozgon Thavernicorum, Benedicto de Thurocz Ianitorum, Emerico de Palocz prefata pincernarum, Ladislao de Bathor dapiferorum, Ladislao de Kanisa et Pertholdo Elderboh de Monyorokerek Agazonum nostrorum regalium magistris, Andrea Pawmkyher Posoniensi, Petro de Zakol Themesiensi comitibus. Alysque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente, la Dr. Elie Mariş advocatul.

272.

1465. 23. Aprilie. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul se cercetéză plânsórea nobililor Petru Gherheş din Saraseu, Luca, Michail Naan, Theodor, Stan, Michail Mare şi Petru Thivadar din Săpênţa in contra Călugărilor de ordinea săntului Paul eremit, locuitori in mănăstirea Săntă Măriei din Remeţi, carii au occupat cu nedrept o parte mare de pămênt arător, ce se incepe la o pescăria numită Rechitiş şi se intinde pănă la mănăstirea lor. Se ascultă o mulţime de martori in presenţia lui Ladislau Thathy locuţiitoriul Comitelui Simeon Bizo, şi in presenţia juḑilor nobililor; martorii toţi adeveresc fapta nelegiuită, călugării sunt citaţi inaintea regelui.

Serenissimo principi domino Mathie Dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum generoso, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oraciones in Domino pro vestra vita pariterque salute, literas vestre serenitatis comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maramarosiensis preceptorias loquentes de commissione eiusdem vestre serenitatis patenter emanatas nobisque directas, honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba, Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maramarosiensis salutem et graciam. Exponitur nobis in persona fidelium nostrorum nobilium Petri Gerhes de Zarwazo ac Luce de Zaponcza, Michaelis Naan dicti, Theodori Sthan, Michaelis Magni et Petri Thyvadar[1]) de eadem, quomodo in dominica Iudica proxime preterita religiosi fratres heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite in claustro beate Marie Virginis in Maramaros fundato degentes, quandam magnam particulam terrarum arabilium penes fluvium Thicie ad possessionem eorum Zaponcza vocatam in dicto comitatu Maramarosiensi existentem, pertinentem a quadam piscina Rekethyies vocata incipientem usque ad claustrum ipsorum minus iuste et indebite pro ipsis occupari, terras eciam metas terreas earumdem distrahi fecissent potencia mediante, in preiudicium et dampnum dictorum exponencium valde magnum. Supplicatumque itaque extitit nostre maiestati ut ipsis superinde de remedio providere dignaremur opportuno, et quia nos huiusmodi . . . . . . actus potenciarios per quempiam regnicolarum

nostrorum committere, patrari commissosque et patratos simpliciter et impune pertransire nolumus, Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus universis vicinis et commetaneis dicte possessionis Zaponcza, ceterisque nobilibus provincialibus dicti comitatus Maramorosiensis, quibus decet et licet ad unum certum et brevem terminum sedis vestre Iudiciarie per vos ipsis partibus prefigendum per modum proclamate congregacionis generalis in eandem sedem vestram judiciariam vestri in presenciam convocatis, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro regio dyademati observandam tacto dominice crucis signo per eos coram vobis ac Elia de Anchokfalwa vel Thoma de Bewde, aut Iohanne Mykle de Swgathag siwe Petro de Farkasreve alys absentibus homine nostro regio et testimonio conventus ecclesie de Lelez . . . . ipsum conventum ad id presencium serie illuc transmitti iubemus, partibus eciam predictis vel eorum legittimis procuratoribus ante octo dies, sew terminum inquisicionis veritatis premissorum ac attestationis ex hinc fac . . . . . . prefertur eisque partibus prefigendum, per unum ex vobis puta iudicem nobilium . . . . . . in aliqua possessionum seu porcionum possessionariarum parcium earumdem illac legitime vocatis et accersitis ac presentibus . . . . super . . . . certitudinis veritatum, qua rescita et comperta . . . . . testimonio dicti conventus ecclesie de Lelez eosdem prefatos fratres heremitas . . . . nostram personalem in presenciam, racionem super premissis actibus potenciariis reddituros, litis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante . . . . ut sive ipsi accersiti in predicto termino coram nostra personali presencia compareant siwe non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod juri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum ac attestacionis, evocacionis et insinuacionis seriem, cum proprijs et possessionum, attestancium evocatorumque nominibus octavas ad predictas per vos et dictum conventum eidem nostre personali presencie ut fuerit expediens suo modo rescribi volumus et mandamus. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beati Adalberti martiris, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. Regni nostri anno octavo, coronationis vero secundo. Nos itaque mandatis eiusdem vestre serenitatis satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Thoma de Bedew, homine vestre serenitatis in eisdem literis vestris nominatim conscripto, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem presbiterum ad premissa peragenda nostro

pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima post festum Penthecostes proxime preteritum de propria voluntate vicecomitis et Iudicis nobilium . . . dicti comitatus Maramarosiensis ad facies dictarum terrarum arabilium per dictos fratres occupatarum intra metas dicte possessionis Zapuncza existencium, diem scilicet sedis judiciarie predicti comitatus Maramarosiensis, et locum ubi iidem vicecomes et judex nobilium dicti comitatus ipsam huiusmodi inquisicionem fieri voluissent, accessissent, universis vicinis et commetaneis dicte possessionis Zaponcha, nobilibusque conprovincialibus prefati comitatus Maramarosiensis per modum proclamate congregationis generalis, in simul quorum presentibus eisdem prefato videlicet Petro Gerhes de Zarwazo, Luca de Zaponcza, Michaele Naan dicto, Theodoro, Sthano, Michaele Magno et Petro de eadem Zaponcza, item annotatis fratribus heremitis de possessione Remethe vocata, quemlibet videlicet eorum de porcionibus possessionariis in dictis possessionibus habitis ante octo dies diei seu termini huiusmodi inquisicionis veritatis premissorum, ac attestacionis ex hinc fiende, videlicet de festo beati Urbani pape Nicolaus de Bede predicta judex nobilium antefati comitatus Maramarosiensis de dictis portionibus eorum possessionariis pro audiendis et videndis fassionibus infrascriptis prefatorum vicinorum et conmetaneorum ac nobilium conprovincialium predicti comitatus Maramarosiensis illac evocari et accersiri fecissent, prefatisque Petro Gerhes de Zarvazo, Luca de Zaponcza, Michaele Naan dicto, Theodoro, Sthano, Michaele Magno et Petro actoribus personaliter, item religioso fratre Iohanne heremita in persona ceterorum fratrum heremitarum in dicto claustro degencium personis ut in causam attractis modo simili personaliter inibi adherentibus et presentibus accedendo, cumque eosdem vicinos et commetaneos dicte possessionis nobilesque conprovinciales predicti comitatus Maramarosiensis ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vobis et sacro vestro regio dyademati observandam tacto insuper dominice crucis signo per eos coram nobis ac Ladislao de Thathy vicecomite in persona Symonis Byzo dicti comitis,[2]) necnon Michaele de Krychfalva, Nicolao de Bede, Feyer de Gyulafalva et Iohanne Nemes de Wanchwkfalva judicibus nobilium dicti comitatus Maramarosiensis prestitam super premissis idem vicecomes et judices nobilium requisitos habuissent. Tunc primo iidem vicini et conmetanei ac viceconmetanei ac demum nobiles nobiles (sic) conprovinciales sepe dicti comitatus Maramarosiensis taliter fassi ex-

titissent, item primo Iohannes, Elyas et Thomas de Bede, Nicolaus de Also-Apsa, Nyezthor, Thomas, Syman Gorzo, Iohannes Thivadar, Radul, Cozmas de Kezepsew-Apsa vicini et conmetanei ex scitu, item Roman de Kekenyes, Iohannes de Nagy-Gania et Michael de Irholtz vicini et conmetanei prefate possessionis Zaponcza quilibet eorum ex scitu fassi fuissent, quod prefati fratres heremithe in dicto claustro beate Marie virginis in Maramaros fundato[3]) degentes quandam magnam particulam terrarum arabilium penes fluvium Thice ad possessionem dictorum exponencium Zaponcza vocatam pertinentem a quadam piscina Rekethyes vocata incipientem usque ad claustrum ipsorum minus iuste ac indebite occupari, terreas eciam metas . . . . eorum distrahi fecissent, potencia mediante, item Sandrinus de Vaynak, Nicolaus . . . . de eadem, Andreas de Wglya viceconmetanei ex scitu, Erdew, Sthanus, alter Sthanus, Georgius ac Simon de eadem Wglya et Benedictus de Krichfalva vicecommetanei ex scitu, Ladislaus de Zlatyna, Barnabas de ea . . . . Iohannes Bank de Zarvazo, Lucas ac Dragus, Andreas, Danch, Sthanus et Thomas de eadem, Michael de Kabolapathaka, Iohannes, Michael, Lucas, Karachon, Symon et Michael de eadem vicecommetanei, quilibet eorum ex sci(tu fassi sunt) sic et eo modo veluti prenominati vicini et commetanei prefate possessionis Zaponcza confessi fuissent, affirmassent, item Iohannes ac Demetrius de Somos conprovinciales ex scitu, Petrus, Thomas et al . . . . . de Bwthfalva ex scitu, item Goztholya de Feyerfalva ex scitu Georgius, alter Georgius Iwanka Gywla et Dragus de Gywlafalva ex scitu, item Dragus, Sandrinus . . . . Lucas, Demetrius, Sandrinus de Budfalva . . . . Sandrinus de Zelfalva, Dragus, Petrus et Demetrius de Budfalva nobiles conprovinciales prefate possessionis Za(ploncza ex scitu fassi sunt sic et eomodo) veluti prenominati vicini et commetanei fassi fuissent, per omnia comprobassent, premissis itaque . . . . inquisitione et attestatione eorundem vicinorum et commetaneorum ac vicecommetaneorum comprovincialium modo et ordine quo premittitur peractis et celebratis . . . . prenominato Ladislao de Thaty vicecomite in persona memorati Symonis Byzo comitis ac judicibus nobilium antefati comitatus Maramarosiensis antedictas particulas terrarum arabilium occupatas et terreas metas ut prefertur distractas ex premissis attestationibus clare experissent. Unde idem homo vestre serenitatis predicto nostro testimonio prenominatos fratres heremitas in dicto claustro[4]) degentes ibidem et eodem die contra memoratum Petrum Gerhes de Zarvazo et

alios prescriptos ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi vestre serenitatis personalem evocassent in presenciam rationem de premissis actibus potenciarys reddituros, premisse litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi terminis in predictis coram eadem vestra personali presentia compareant, sive non, vos ad partis comparentis instanciam id faceretis in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum decimo die diei evocacionis insinuacionisque et execucionis prescriptarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto supradicto.[5])

[1]) Dela Stan şi Thivadar din Săpĕnţă amintiţi intre cei cu plănsórea, se trag familiele nobile de acele-şi nume; cea dintăniă e numerósă şi stepănesce şi aḑi in Sapĕnţia, din cea a dóuă au eşit in decursul secolilor mulţi bărbati de frunte, intre alţi Josif senior Szaplonczay consiliariu regesc vicecomite. (†1811.) Josif Szaplonczay preşedinte la tribunal regesc (†1880.)

[2]) Acestu Simeon Bizo, luănd parte la dietă ţerei in anul 1463. a fost insărcinat impreună cu Ladislau Mare se ducă la Saşii din Transilvania scirea imbucurătóriă despre restituirea săntei Corone; familia nobilă Bizeu stepănesce şi aḑi in Cuhea, Dragumiresci etc.

[3]) Moşia claustrului acestuia s'a conferit in anul 1556. lui Paul Litterat din Sziget, in mandatul de introducere dat prin Comitele Petru Petrovics se afirmă că claustrul era desolatu, şi părăsitu de călugări; la introducere au contraḑis Laurenţiu Petrovay cu fraţii sei, Andrea Kegyes judele cu juraţii oppidului Técső etc.

[4]) Claustrul Săntă Măriei in Remeţi zace in ruine, dér beserica de lăngă el, zidită in stil curat gothic, stă şi ăstăḑi pe un loc innalt şi se măresce Domnul in trĕnsa după ritul ruthen.

[5]) Din originalul fórte greu de cetit, rupt şi sters, scris pe papir cu litere fórte merunte, in dos cu urmele sigillului.

273.

1465. 2. Mai. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea mumei sale Elisabeta in possessiunile Dolha, Zadnya, Bronka, Kusnicza, Kereczke şi Lisicza din Comitatul Bereg, Strimtura, Rosalia, Poienile şi Şieu in Maramureş moşiile lui Ambrosiu din Dolha, carele innecând pe frate seu Ostaş din Saraseu in apa Tisei, moşiile numite au devenit sub collaţiunea regelui. Relaţiunea despre introducerea lipsesce.

Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie, etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Cum nos ad petitionem illustris domine Elizabeth genitricis nostre charissime possessiones Dolha, Zadnya, Bronka, Kwsnicza, Kereczke et Lisicza in de Bereg, necnon Zurdog, Horozallya, Polyana et Sayo in Maramarosiensi Comitatibus existentes, ac alias universas possessiones, portionesque et iura possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus dicti regni nostri habitas et existentes, que alias cuiusdam Ambrosij de Dolha predicta prefuisse, sed ex eo quod idem Ambrosius quendam fratrem suum Osztas nominatum de Zarvazo, instar Cain fratricide in fluvium Ticie submergendo interfecisse dicitur, ad nostram collationem rite et legitime devolute esse perhibentur, simul cum cunctis earundem utilitatibus, ac pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum, memorate domine Elizabeth genitrici nostre in perpetuum contulerimus, velimusque eandem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ioannes de Vrmezew, Michael aut Georgius Ficze de Batizfalva, (?) seu Michael de Petrowa, sive alter Michael de Orda, vel Simon de Kohnya, aut Blasius de Barczanfalva sive Petrus vel Michael de Farkasrewe, seu Georgius aut Thomas de Komlos, sive Georgius vel Andreas de Kerepecz, aut Briccius seu Simon de Posahaza alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum ac portionum ac jurium possessionariorum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, ac presentibus accedendo, introducat memoratam

dominam Elizabeth genitricem nostram in dominium earundem, statuatque easdem eidem simul cum cunctis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, dicte nostre donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eandem dominam genitricem nostram in personalem presentiam nostram ad terminum conpetentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni intererunt, nec non possessionum ac portionum et jurium possessionariorum statuendorum nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quinta proxima ante festum inventionis sancte crucis, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, regni nostri anno octavo, coronationis vero secundo.

S'a publicat prin Com. J. Teleky: Hunyadiak kora tom. XI. pag. 118.

274.

1465. 5. Novembre. Sziget. Ladislau Mare şi Simon Bizo Comiţii ţerei Maramureşului şi patru judi ai nobililor adeveresc, că in urma mandatului regesc şi din comisiunea lui Emeric din Zapolia Comitelui ţerei Sepuşului au introdus din nou pe Ambrosiu din Dolha in posesiunea moşiei Moiseni.

Nos Ladislaus Magnus, ac Simon Bijzo comites terre Maramorosiensis, necnon quatuor judices nobilium videlicet Iohannes Nemes, Michael Fijcze, Nicolaus Bedey et Michael Sthoyka eiusdem terre, memorie commendamus, quod licet egregius Ambrosius Dolhaij, anterioribus temporibus in dominio possessionis Maijze fuisset, et nunc ex mandato serenissimi domini Mathie regis Hungarie etc. domini nostri graciosissimi, et eciam ex commissione magnificj domini Emerici de Zapolia comitis perpetui terre Scepusiensis, de novo, eundem egregium Ambrosium Dolhaij in dominium possessionis Maijzee cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs intromisimus nullo contradicente, ijmo intromittimus jure perpetuo in filios filiorum et heredibus perpetualiter tenere habere et possidere. In cuius reij testimonium literas

nostras sigillo nostro roboratas duximus concedendas. Datum in Zygeth feria tercia proxima ante festum sanctj Martini episcopi. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

S'a publicat prin Com. J. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. pag. 146.

275.

1466. 5. Juliu. Buda. Palatinul ţerei Michail Orszag transscrie mandatul către conventul din Lelesz, dat pentru introducerea Elisabethei, mumei regelui Mathia in posesiunea moşielor Kereczke şi Kusniţia, judecate ei, ca apertinenţiele castrului Munkács, pe lângă restituirea moşielor Makaria, Sarkad şi Romanpataka primite in schimb de la Ambrosiu şi Michail din Dolha.

Nos Michael Orszag de Gwth regni Hungarie palatinus et judex Comanorum memorie commendamus, quod nobis secundo die festi visitacionis beate Marie Virginis proxime preteriti hic Bude constitutis, magister Benedictus de Peczel pro illustri domina Elisabeth genitrice domini nostri regis cum procuratorijs literis regalibus nostram veniens in presenciam, quasdam literas nostras super restatucione possessionum Kereczkij et Kwsnycza appellatarum, Bude septuagesimo quarto die octavarum festi epiphaniarum domini proxime preteriti anno in presenti clause confectas scripto proprie manus magistri Nicolai de Wag, tunc prothonotarij nostri consignatas nobis presentavit, petens nos debita cum instancia ut tenores earundem in transcripto aliarum literarum nostrarum eidem domine genitrici dicti domini nostri regis dare dignaremur, juris eiusdem ad cautelam, que quidem litera nostra restatutoria propter sui inprevisam conservacionem indebitamque hinc inde eius delecionem satis corrupta esse videbatur. Cuiusque tenor talis est, Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelesz Michael Orszag de Gwth regni Hungarie palatinus et judex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis quod Benedictus de Peczel pro illustri domina genitrice domini nostri regis cum procuratorijs literis regalibus juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi

epiphaniarum domini in figura nostri judicij comparendo, contra Ambrosium de Dolha proposuit eo modo, quomodo post mortem condam domini Uladislai regis Polonie idem Ambrosius de Dolha quasdam possessiones eiusdem domine Kereczkij et Kwsnycza vocatas in comitatu de Bereg existentes, ad castrum eiusdem Munkach appellatum pertinentes pro se occupasset, et easdem occupacione conservaret et uteretur eciam de presenti potencia mediante in prejudicium et dampnum dicte domine valde magnum, et hec sic facta fore exhibicione unius litere inquisitorie ecclesie de Lelesz conprobando. Ex parte ejusdem Ambrosij per nos in premissis juris conformitatem peciit elargiri. Quo audito Iohannes de Kerepecz pro eodem Ambrosio in causam attracto cum procuratoriis literis dicti conventus ecclesie de Lelesz in eandem nostram exurgens presenciam respondit ex adverso, quod idem in causam attractus prefatas possessiones Kereczkij et Kwsnycza pro se minus juste et indebite non occupasset et neque occupative teneret sed eedem possessiones . . . . in causam attracto et Michaeli fratri eiusdem vigore certarum literarum pertinerent, et in comprobacionem horum verborum suorum exhibuit nobis quasdam duas literas, unam quondam spectabilis st magnifici domini Iohannis de Hu . . . regni Hungarie predicti gubernatoris etc. permutacionalem et aliam prefati conventus ecclesie de Lelesz superinde statucionalem ambas in pargameno pendentibus sigillis eorum communitas, quarum prima ipsius . . . . . gubernatoris in oppido Beche sabbato proximo ante festum purificacionis beate Marie Virginis, in Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo patenter confecta exprimebat, quod ipse . . . . . gubernator cum prefatis nobilibus Ambrosio et Michaele filiis Stanislai de Dolha per formam concambii talem fecisset permutacionem, quod ipse Ambrosius et Michael possessiones ipsorum (Makaria et) Sarkad vocatas et predium Romanpataka appellatum omnino in comitatu de Bereg, sub una meta existentes, cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et in(cultis), pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliterque quarumli- . . . . integritatibus eidem domino Iohanni gubernatori suisque filiis et heredibus universis per ipsum ad castrum suum Munkach annectendas et applicandas in perpetuum tenendas possidendas pariter et habendas dedissent . . . . e converso idem Iohannes gubernator possessiones suas Kereczkij et Kwsnycza in pertinencia dicti

castri in eodem comitatu de Bereg existentes ab eodem castro Munkach separando, sequestrando prefatis Ambro . . . . . . unaque heredibus universis simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis metis et antiquis irrevocabiliter dedisset, donasset et contulisset perpetuum . . . pariter et habendas sub tali condicione, quod si ipse Iohannes gubernator, aut successores sui, annotatos Ambrosium et Michaelem seu heredes eorundem in pacifico dominio dictarum possessionum Kereczkij et Kwsnycza . . . . . . t seu non valerent, extunc idem Iohannes gubernator aut dicti sui successores preassertas eorum possessiones Makarija ac Sarkad et predium Romanpataka sine omni litiginario processu remittere . . . . obligati atque astricti, et e converso prefati Ambrosius et Michael eundem Iohannem gubernatorem in eisdem possessionibus per ipsos eidem sub premisso titulo concambialis permutacionis datis et donatis suosque et heredes universos . . . . tenerentur, casu autem quo id ipsi facere non possent, extunc pretactas possessiones ipsius Iohannis gubernatoris illico sine strepitu alicuius litis remittere tenerentur. In altera vero earundem literarum dicti scilicet . . . . sancte crucis de Lelesz quinto decimo die sabbati proximi post festum beati Mathie apostoli in anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo supradicto, pirvilegialiter edita inter cetera adinveniebatur, ... Elye de Bijlke dicti domini gubernatoris et frater Petrus presbiter ad premissa pro testimonio per dictum conventum datus, eiusdem conventus homines prefato sabbato proximo post festum beati Mathie apostoli ad facies . . . . . . rum possessionum Kereczky et Kwsnycza vocatarum in prescripto comitatu de Bereg existencium, vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Iohanne Waywoda de Zenthmiklos et pertinenciis ejusdem, Boczo de Lypche et Michaele . . . . . . nis Wayvode inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, prefatos Ambrosium et Michaelem de Dolha ad literatoriam commissionem dicti domini gubernatoris transmissi in dominium earundem introduxissent, easdemque eis . . . . tatum utilitatibus, et pertinenciis quibuslibet premisso jure ipsis incumbente statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente, in earundem faciebus legitimis et consvetis diebus permanentibus . . . . . tis et exhibitis, amplioribus documentis et literarum exhibicionibus renunciantibus ambarum parcium procuratores predicti partibus eisdem per nos in premissis judicium et justiciam postularunt elargiri, verum quia prefatus . . . . nes gubernator cum annotatis Ambrosio et Michaele

in annotatis possessionibus ipsam concambialem permutacionem fecerit, eosdemque nobiles per se et per suos successores in dominio dictarum possessionum permutatarum conservare assumpserit, et postmodum idem Ambrosius et Michael mediantibus eiusdem domini gubernatoris et dicti conventus de Lelesz hominibus in dominium dictarum possessionum Kereczkij et Kusnijcza introducti fuerunt, tamen quia in persona dicte domine Elisabeth genitricis ipsius domini nostri regis prescripto modo circa dominicam proximam post festum beatorum Viti et Modesti martijrum in anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto preteritum, hic Bude nobis prefata querimonia facta fuisse, eademque domina mater dicti domini nostri regis, et nec aliquis ex filiis dicti domini gubernatoris nullibi in prefata litera donacionali ipsiusque domini gubernatoris prescripte possessionarie permutacioni consensum dedisse, et neque per hoc quod in eadem donacione exprimit pro se ipso Iohannes gubernator aut sui successores, ipsos Ambrosium et Michaelem in dominio dictarum possessionum conservare non possent, extunc ipse aut dicti successores sui possessiones eorundem Ambrosii et Michaelis eisdem remittere deberent, prefatam dominam et ipsos suos successores ita stricte obligasse, quin iidem infra tempus prescripcionis et potissime prefata domina, cuius nomen in eadem donacione nullibi ponitur, juri suo reappropriare et reintegrare possent. Ex premissis omnibus manifeste reperiebantur, et ob hoc prefate dicte possessiones Kereczkij et Kwsnicha similiter cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet prefate domine Elisabethe matri ipsius domini nostri regis ad prefatum castrum suum Munkach vocatum eo jure, quo prefatum castrum eidem dinoscitur pertinere tamquam ad idem castrum pertinentes, annectende, applicande, reintegrande, relaxande, readjudicari et restatui, et prefate alie possessiones Makarija et Sarkad vocate ac predium Romanpathaka appellatum similiter cum universis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, per eandem dominam matrem domini nostri regis eisdem Ambrosio et Michaeli eorumque heredibus et posteritatibus universis sub pristino juris eorum titulo tenende et possidende remitti, et relaxari per nosque readjudicari et restatui debere, nobis aliisque baronibus et dicti regni nobilibus nobiscum in judicio existentibus perspicue cernebantur, pro eo eorundem baronum et nobilium regni requisito et assumpto consilio prematuro, prefatas possessiones Kereczkij et Kwsnycha vocatas ad prefatum castrum Munkach annectendas et applicandas prefate domine Elisabeth genitrici ipsius domini nostri regis

readjudicantes, prefatas quoque possessiones Makarija et Sarkad vocatas, ac predium Romanpathaka appellatum a prefato castro Munkach adjudicantes et easdem ac idem prefatis nobilibus Ambrosio et Michaeli filiis Stanislai de Dolha sub pristino juris eorum titulo tenendas et possidendas restituentes et relaxari facientes, nosque readjudicantes et easdem possessiones Kereczkij et Kwsnycha prefate domine . . . . . regis per nostrum et vestrum homines modo subscripto restatuere decreverimus, vestram amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes . . . . . . ladus de Pakan aut Iohannes de Maglod seu alter Iohannes de Myhaldij, sin Gallus de Fyldeak aliis absentibus homo noster de curia regia per nos ad id specialiter transmissus, ad facies . . . . . . Kereczkij et Kwsnijcza appellatarum vicinis et commetaneis earundem universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo, restatuat easdem simul cum cunctis utilitatibus earundem et pertinenciis quibuslibet . . . . . Matri domini nostri regis annectendo et applicando ad dictum castrum suum Munkach vocatum eo jure, quo sibi ipsum castrum dinoscitur pertinere possidendas, tenendas et habendas contradiccione dict . . . . . Michaelis filiorum Stanislai de Dolha et aliorum quorumlibet previa racione non obstantibus, et post hec hujusmodi possessionarie restatucionis seriem ut fuerit expediens . . . ad octavas festi beati Michaelis . . . . . . venturi legitime perdurantes nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude septuagesimo quarto die octavarum festi epiphaniarum domini predictarum. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo sexag . . . . os tenores prescriptarum literarum nostrarum restatutoriarum de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali presentibus literis nostris patentibus inseri et transcribi facientes eidem domine genitrici . . . . . duximus concedendas, comuni justicia svadente. Datum Bude predicto tercio die termini prenotati anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto supra dicto. Lecta et correcta per EE.

S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. pag. 167.

276.

1466. 10. Septembre. Litere despre invoirea lui Ambrosiu din Dolha şi a fiilor sei cu Michail Orda din Leordina, şi cu Michail Bogdan din Petrova şi fiii lor, carii se invoescu, că moşiile lor Rosalia, Poiana şi Lonca se fie impărţite intre dênşii astfeliu, cum au fost şi intre părênţii lor, ér moşia Dolha se remâne până ce trăesce in posesiunea lui Ambrosiu.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ab futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod egregio Ambrosio filio quondam Stanislai de Dolha eidem Demetry, Georgy, Ladislai, Ioannis, Petri et Nicolaj filiorum suorum ab una, parte vero ab altera Michaele Orda de Leurdina eidem consimiliter Ioannis, item altero Michaele Bogdan de Petrova idem modo simili Ioannis, Georgy, Demetry et Ladislaj filiorum ipsorum onera infra spacium vite ipsorum ad infra scripta observanda in se ipsos assumpmendo, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem confessum exstitit nostri in presencia pariter et relatum: Quod licet inter ipsos racione et pretextu quarumdam possessionum ac portionum possessionariarum in possessionibus Rozalya, Lonka, Polyana et Dolha vocatarum in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum litis et controversie materia nata fuerit et exorta, et aliquandiu ventillata extiterit, tamen ipsi ex ordinatione certorum proborum ac nobilium virorum inter easdem partes laborancium ad talem pacis et concordie devenissent unionem, imo devenerunt coram nobis, ut ipsi prescriptas tres possessiones Rozalya, Lonka et Polyana cum universis utilitatibus earundem sub illis divisionibus et metis ac pertinencijs, quibuslibet prout et quemadmodum olim Stanislaus, Ioannes et Bogdan patres prescriptarum parcium divisissent et usi fuissent, ita et eodem modo partes premisse et ipsorum heredes et posteritates universi perpetue possidere uti et frui, proventusque et obventiones earundem unusquisque ad porcionem earundem pro se tollere valeant, debeant atque possint, prescriptam vero possessionem Dolha idem uterque Michael vita comite et durante prefati Ambrosii de Dolha eidem Ambrosio uti et possidere comisissent, imo comiserunt nostri

in conspectu, tali obligaminis vinculo mediante, quod si qua pars parcium predictarum dictam disposicionem . . . . quoquomodo retractaret seu infringeret, ex tunc talis pars contra partem alteram in premissis persistentem in quinquaginta marcis compensa . . . . . convinceretur et convicta haberetur eo facto. Ad que omnia et singula premissa partes predicte se porsonali eorum astancia, dictos autem ad onera preassumpta sponte obligaverunt coram nobis. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensionis munimine roboratas eisdem partibus duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum nativitatis B. Marie virginis Anno Domini M^{0} CCCC^{0} LX^{0} sexto. Lecta.

Coram Emerico de Zapolya in Thokaj
1466. in profesto nativitatis Iohannis.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 9. anni 1466.) Copia de la Georgiu Petrovay.

277.

1467. 22. Juliu. Conventul din Lelesz la cererea lui Petru Gherheș din Saraseu transscrie literile metale ale moșiei Sarasеu din anul 1406. 14. Aprile.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Petrus Gerhes de Zarvazo nostram personaliter veniens in presenciam, exhibuit et presentavit nobis quasdam literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munitas, tenoris et continencie subscriptorum, petens nos debita cum instancia ut easdem de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi, transscriptumque et transsumptum litteris nostris mediante inseri faceremus uberiorem ad cautelam, quarum quidem literarum tenor per omnia sequitur in hec verba: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 78.) Nos igitur peticioni annotati Petri Gerhes de dicta Zarwazo favorabiliter inclinati et iusticie annuentes, prescriptas litteras nostras privilegiales de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi, transsumptumque et transscriptum presentibus litteris nostris similiter pri-

vilegialibus inseri fecimus firmiorem ad cautelam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras privilegiales pendentis et aultentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Petro Gerhes de Zarwazo duximus concedendas. Datum in festo beate Marie Magdalene, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente.

278.

1467. 17. August. Conventul din Lelesz adeveresce, că fiii lui Petru Bolond din Bilke cu alți frați impărțitori au vĕndut lui Ambrosiu din Dolha și fiilor sei partea lor de jumetate in moșiile Ökörmező, Ripine, Kelechen, și Szolyva (Vizköz) pentru patru sute de floreni de aur curat.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ac futuris presencium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam serie presencium volumus pervenire. Quod Nicolao, Stephano et Michaele filio condam Petri Bolond de Bilke, Stephano filio Elie, Andrea filio Ioannis, altero Ioanne Gorzo de eadem, et Stephano filio Gregory de Lipche eodem Ioannis, Michaelis, Simonis et Sandrini filiorum ipso Stephano, Michaelis, Ioannis et Georgy filiorum eodem Michaele, Ladislai prefato siquidem Andrea: Nicolai et Ioannis filiorum prelibato vero Ioanne Gorzo: Stephano, Michaelis, Andree et Petri filiorum ipsorum oneribus ad infrascripta inviolabiliter observanda in se ipsos assumpmentibus coram nobis personaliter constitutis, sunt confessi in hunc modum. Quomodo ipsi certis et rationalibus de causis integras medietates possessionum Ekermezew, Rypina, Kelechen et Vyzkez vocatarum, porcionum utpote ipsorum possessionariarum, ommino in comitatu Maramarosiensi existentium et habitarum cum universis eorundem utilitatibus, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, alpibus, indaginibus, aquis, fluvys, eorumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum integritaiibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dictas medietates prefatarum possessionum undique de Iure spectantibus et pertinere debentibus

egregio Ambrosio de Dolha ac Demetrio, Georgio, Ladislao, Ioanni, Nicolao et Petro filys ejusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis pro quadringentis florenis auri puri plene ut dictum est habitis ab eisdem et realiter receptis, jure perpetuo et irrevocabiliter dedissent, annuissent et contulissent, imo dederunt, annuerunt et contulerunt coram nobis nil Iuris proprietatisve et dominy in dictis integris medietatibus jam fatarum possessionum sibi ipsis et ipsorum successoribus reservando, sed totum jus omnemve juris et dominy proprietatem in prefatum Ambrosium de Dolha et filios suos predictos necnon posteritates ipsorum universos transferendo, pleno Iure. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum assumpcionis Beate Marie virginis Anno Domini M⁰ CCCC⁰ LX septimo.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 40.)

279.

1467. 2. Novembre. Sighișóra. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Comiții și judii nobililor, ca se-lu scutéscă pe Ambrosiu din Dolha in moșiile sale in contra ori-ce pretențiuni, de óre-ce pe numitul Ambrosiu l'a primit cu tóte moșiile și drepturile sale in protecțiunea sa speciale.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris comitj vel vicecomitj et judicibus nobilium comitatus Maromorosiensis, salutem et graciam. Cum nos fidelem nostrum egregium Ambrosium de Dolha, simul cum universis possessionibus porcionibusque et juribus possessionarijs, necnon rebus et bonis suis quibusvis justis utputa et legittimis, in nostram regiam receperimus protectionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis persone vestre commiserimus tuicioni, igitur fidelitatj vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus, receptis presentibus prefatum Ambrosium, in dictis universis possessionibus porcionibusque et juribus possessionarijs, necnon rebus et bonis suis quibuslibet, justis ut

prefertur et legittimis, contra quoslibet illegitimos Impetitores, tueri protegere et defensare ac indempniter manutenere debeatis nostre maiestatis in persona, et auctoritate nostra presentibus (vobis) in hac parte attributa et justicia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Segeswar feria secunda proxima post festum omnium sanctorum, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Regni nostri anno decimo, coronacionis vero quarto.

S'a publicat prin Com. J. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. p. 286.

280.

1467. 31. Decembre. Braşov. Mandatul regelui Mathia Corvinul către Paul Kinisi comitele comitatului Maramureş, pentru aperarea lui Ambrosiu din Dolha in tóte drepturile sale, de óre-ce acela a fost primit in protecţiunea speciale a regelui.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fideli nostro egregio Paulo Kijnisij comiti comitatus Maromorosiensis salutem et graciam, cum nos fidelem nostrum egregium Ambrosium de Dolha simul cum universis possessionibus porcionibusque et juribus possessionarijs, necnon rebus ac bonis suis quibusvis justis utputa et legittimis in nostram regiam receperimus proteccionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis persone tue commiserimus tuicioni. Igitur fidelitati tue harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus prefatum Ambrosium de Dolha in universis possessionibus, porcionibusque et juribus possessionarijs necnon rebus et bonis suis quibuslibet, iustis ut prefertur et legittimis, contra quoslibet illegittimos impetitores tueri, protegere et defensare ac indempniter manutenere debeas nostre maiestatis in persona et auctoritate nostra presentibus tibi in hac parte attributa et justicia mediante. Secus ergo non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Brassouie in festo beati Siluestri pape. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Regni nostri Anno decimo, coronacionis vero quarto.

S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: Hunyadik kora t. XI. p. 293.

281.

1468. 5. Februariu. Debreţin. Donaţiunea nóuă a regelui Mathia Corvinul, pin care dăruesce nobilitatea (Kenesiatul) moşiei Moiseni lui Joan Juga, alt Joan, Blaşiu şi Simon din Vişeu, intărind prin acésta donaţiunea părĕntelui seu Joan din Huniad.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicationis instantiam per eos pro parte fidelium nostrorum Ioannis, Iuga, ac alterius Iohannis, Vlasy et Simonis de Viso nostrae propterea porrectae majestati, tum etenim consideratis fidelibus serveciis per eos nobis et sacrae dicti regni nostri Hungariae coronae juxta ipsorum possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, nobilitatem in possessione Majzen habitam, per quondam illustrem principem Dominum Iohannem de Hunyad genitorem nostrum carissimum eisdem collatam fuisse, in cujus pacifico dominio iidem Iohannes ac alter Iohannes et Simon se ex donatione ejusdem condam illustrissimi principis domini Iohannis de Hunyad genitoris nostri carissimi perstitisse persistereque asserunt etiam de praesenti, simul cum cunctis ejusdem nobilitatis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis, molendinis, proventibus, obventionibus, servitiis et muneribus, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad ipsam nobilitatem rite et legitime spectantibus praemissis, sic ut prefertur, stantibus memoratis Iohanni, alteri Iohanni et Simoni, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis novae nostrae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, quin imo damus, donamus, et conferimus jure perpetuo. Sub illis tamen . . . . bus et servitiis, quibus ceteri nobiles suas nobilitates tenere consveverunt tenendam, possidendam pariter et habendam, proventibus nostris ac castrorum nostrorum et juribus alterius remanentibus semper salvis, harum nostrarum vigore testimonio mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in Debrechen in profesto beatae Dorotheae virginis.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri Anno decimo, coronationis vero quarto.

[1]) Nobilitas=Kenesiatus, cum se vede şi din diploma următoriă, tot din acest an. (No. 284.)

[2]) Din copia autentică intre actele procesului producţional al familiei Vlaşin din Moiseni, in archivul Comitatului.

282.

1468. 23. Februariu. Sziget. Relaţiunea lui Joan din Urmező şi Lorenţiu Literat vicecomiţi, Blaşiu din Bărsană, Sandrin din Desesei, Ladislau din Slatină şi Michail Lungu din Săpĕnţa patru juḑi ai nobililor cătră regele Mathia Corvinul despre acea, că inaintea scaunului judecătoresc al Comitatului ascultănd pe vecinii moşiei Moiseni şi pe ălţi nobili ai Comitatului, acestii cu toţi au mărturisit sub jurămĕnt, că moşia Moiseni a fost a lui Ambrosiu din Dolha, dér in anul 1467. nobilii din ambele Vişae şi din Selisce au occupat o cu potere de la Ambrosiu. Pentru acea au scos pe Simon şi Stefan din Vişeu, pe Nicolau Popa şi Ladwan din Vişeu de jos şi pe Ivaşko Juga din Selisce din posesiunea acésta, şi au introdus tot in acea pe numitul Ambrosiu, ér pe cei scoşi i-au citat inaintea regelui.

Serenissimo principi, Domino Mathie Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regi, Domino nostro gracioso, Iohannes de Wrmezev et Laurencius litteratus vicecomites, Blasius de Barchanfalwa, Sandrinus de Deszefalwa, Ladislaus de Zlathijna et Michael Longus de Zaploncza, quatuor judices nobilium comitatus Maromarusiensis, servicium continuum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, nos literas vestras scilicet inquisitorias, attestatorias, restatutorias, evocatorias et insinuatorias, modum et formam cuiusdam proclamate congregacionis generalis in se habentes, nobisque in certa sui parte, pro parte nobilis Ambrosij de Dolha, contra Sijmeonem et Stephanum de Wijso, Nicolaum Pap de Alsowijso, Iwasko Iwga de Zelesthije, Nicolaum et Ladwan de dicta Alsowijso, preceptorie loquentes et directas, honore et reverencia quibus decuit recepisse, et nos juxta earundum continenciam, universis vicinis et commetaneis possessionis Moijsche ceterisque

nobilibus comprovincialibus eiusdem comitatus Maromarusiensis, quibus decuisset et licuisset, ad vigiliam festi beati Mathie Apostoli proxime preteriti, in opido Zijgheth, diem scilicet et locum sedis nostre judiciarie per nos ipsis partibus presignatum per modum proclamate congregacionis generalis, in eandem sedem nostram judiciariam, videlicet in nostram presenciam, convocatis, partibus eciam predictis puta antefatis Ambrosio de Dolha, necnon Sijmone et Stephano de Wijso, Nicolao Pap de Alsowijso, Iwasko Iwga de Zelesthije, Nicolao et Ladwan de eadem Alsowijso, in eisdem Wijso ac Alsowijso et Zelesthije porcionibus eorum possessionarijs, ante octo dies dieij sew termini execucionis huiusmodi inquisicionis et attestacionis veritatis premissorum, per unum ex nobis videlicet Blasium de Barczanfalwa, puta judicem nobilium, illac legitime convocatis et accersitis, ac presentibus ipsis partibus necnon Stephano de Bijlke, homine vestre serenitatis in dictis vestris literis inter alios homines vestros nominatim conscriptos expressato, ac discreto viro Alberto presbitero rectore altaris beati Nicolai Episcopi et confessoris, in ecclesia Waradiensi fundati, ad premissa fideliter peragenda pro testimonio capituli dicte ecclesie Waradiensis fidedigno transmisso, nos eosdem vicinos et commetaneos nobilesque comprovinciales, iamfati comitatus Maromarusiensis, ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque vobis et sacro vestro regio dijademati observandam, tacto in super dominice crucis signo, per eosdem coram nobis prestitam, de eo utrum circa festum beati Mathie Apostoli proxime preteritum, ipsi nobiles, Sijmon et Stephanus de Wijso, ac alij predictj, predictam possessionem Maijsche vocatam, in dicto comitatu Maromarusiensi existentem, a manibus eiusdem Ambrosij de Dolha minus iuste et indebite pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent et eadem uterentur eciam de presenti potencia mediante, an ne, inquisivimus et attestari fecimus. Qui quidem vicini et commetanei dicte possessionis Maijsche, nobilesque comprovinciales infra nominandi, per nos modo premisso requisiti, de factis prescriptis modo subnotato attestati exstiterunt. Nomina vero vicinorum et commetaneorum, nobiliumque comprovincialium infranotandorum pro parte prefati Ambrosij de Dolha attestancium, et possessionum eorundem sunt hec, Item primo Emericus Sthijborij de Saijo fassus est per hunc modum, quod dicta possessio Maijsche prefati Ambrosij de Dolha prefuisset, sed in Anno proxime elapso predicti nobiles de utraque Wyso et Zelesthije, ab ipso potencialiter occupassent, item Dunka de eadem Saijo fassus est eodemmodo, item Iwasko de Iood fassus est, quod predicta pos-

sessio Maijsche, condam Michaelis et dicti Ambrosij de dicta Dolha prefuisset, et idem Michael usque vitam possedisset, item Blasius de Barczanfalwa fassus est simili modo, item Iohannes de Rwskowa, Iohannes Nemes, Elyas Danch de Wanchfalwa, Michael Orda de Leordina, Georgius Wanch de predicta Wanchfalwa, item Danch de Dragomijrfalwa, item Hodor de Barczanfalwa, Michael Fijcze de Gijwlafalwa, Wanch de Barczanfalwa antedicta, Danch de Nijres, Item Dragws et Iwan, ac alter Iwan Nemes de Gijwlafalva, Item Lucas de Bwdfalwa, Gywla de predicta Gywlafalwa, Demetrius de eadem, Iohannes de Saijo, Item Thijwadar et Iwandiak de dicta Wanchfalwa, Miachael Parvus de Dragamijrfalwa, Thomas de Iood, Sijmon et uterque Iohannes de eadem, Item Maneijla de Kohnija, et Petrus Wanch de sepe dicta Wanchfalwa, vicini scilicet et commetanei dicte possessionis Maijsche, fassi et attestati extiterunt, sicuti prefatus Emericus Sthijbor de Saijo, eodem modo per omnia affirmantes. Habita itaque huiusmodi attestacione, quia ex huiusmodi veridicis attestacionibus dictorum vicinorum et commetaneorum ac nobilium comprouincialium, annotatam possessionem Maijsche, termino in predicto, a manibus dictj exponentis per dictos Sijmonem et Stephanum, ac alios prenominatos iniuste occupatam esse agnovimus, ob hoc exclusis prius et eiectis prefatis Sijmone, Stephano, Nicolao et alijs prenominatis de dominio eiusdem possessionis, rursus et iterum dictos exponentes in dominium eiusdem reintroduximus et eandem eidem restatuimus, reintroductumque contra quoscunque illegitimos impeditores, et signanter adversus prefatos Sijmonem, Stephanum et Nicolaum ac alios predictos, nos protegere tuerj et defensare assumpsimus, vestre Maiestatis in persona et auctoritate nobis in hac parte attributa et justicia mediante, et nichilominus idem homo vestre serenitatis, presente dicto testimonio prefati capituli ecclesie Waradiensis, memoratos Sijmonem et Stephanum de Wijso, Nicolaum Pap de Alsowijso, Iwasko Iwga de Zelesthije, Nicolaum de dicta Alsowijso et Ladwan de eadem in festo beati Mathie apostoli proxime preterito, videlicet quemlibet eorum in dictis possessionibus Wijso et Alsowijso porcionibus scilicet ipsorum possessionarijs, in eisdem habitis, pro premissis actibus potenciarijs, contra annotatum exponentem, ad octavas festi beati Georgij martyris nunc venturi, vestram personalem evocaverat in presenciam, rationem de premissis reddituros, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuaverat ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis, coram eadem vestra personali presencia, compareant sive non, eadem ad partis

comparentis instanciam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum die et loco predictis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo.

Moşia Moiseni după alte diplóme din 1468. a fost a lui Joan Juga, Joan Vlad din Seliste, a lui Simon din Vişeu, ér in anul 1548. a lui Joan, Simon şi Cosma Coman, al căror strenepotii o stepănesc şi aḑi. — S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. p. 307. — Din Desesci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Draguş, (1505.) Pop alias Draguş, Roman (1505.) la anii 1763—1768. Pop alias Popa, (1673.); la anii 1763—1769. familia Trufan (1662.)

283.

1468. 12. Marțiu. Relațiunea capitlului din Orade către regele Mathia Corvinul despre acea, că in adunarea Comitatului au fost ascultați mai mulți nobili și vecini cu moșia Moiseni, și toți intr'o formă au adeverit sub jurămênt, că moșia Moiseni a fost a lui Ambrosiu din Dolha, dér nobilii din Vișeu au occupat o cu potere; drept acea pe Ambrosiu l'au reintrodus in posesiunea moșiei.

Serenissimo principi dominio Mathie Dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Domino eorum naturali graciosissimo, capitulum ecclesie Waradiensis oracionem in filio virginis gloriose perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos literas eiusdem vestre serenitatis inquisitorias, attestatorias, restatutorias, evocatorias et insinuatorias modum et formam cuiusdam proclamate congregacionis generalis in se habentes, comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maramarosiensis nobisque in certa sui parte, pro parte nobilis Ambrosy de Dolha contra Symonem et Stephanum de Wyso, Nicolaum Pap de Also-Wyso, Iwasko de Iuga, Nicolaum de dicta Also-Wyso et Ladvan de eadem preceptorie loquentes et directas sumpmo cum honore recepisse, et juxta earum continentiam una cum Stephano de Bylkey homine ipsius vestre serenitatis in dictis literis inter alios homines vestros nominatim conscriptos expressato, nostrum hominem videlicet discretum virum Albertum presbiterum rectorem altaris beati Nicolai episcopi et confessoris in dicta ecclesia nostra fundati, ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fidedignum duximus

destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt eo modo, quod ipsi vicecomites et judices nobilium dicti comitatus Maramorusiensis universis vicinis et commetaneis possessionis Maysy, ceterisque nobilibus comprovincialibus eiusdem comitatus Maramarusiensis, quibus decuisset et licuisset ad vigiliam festi beati Mathie apostoli proxime preteriti in Oppidum Zygeth, diem scilicet et locum sedis judiciarie ipsius comitatus Maramarusiensis per eosdem pro partibus presignatam, per modum proclamate congregationis generalis illac in eandem sedem eorum judiciariam ipsorum videlicet in presencia convocatis, partibus eciam predictis puta antefatis Ambrosio de Dolha, in eadem possessione Dolha, necnon Symone et Stephano de Wyso, Nicolao Pap de Also-Wyso, Iwasko de Iuga, Nicolao et Ladwan de eadem Also-Wyso, in eisdem Wyso et Also-Wyso porcionibus scilicet eorum possessionarys, ante octo dies diey seu termini executionis huiusmodi inquisitionis et attestacionis veritatis premissarum, per unum ex ipsis puta Blasium de Barczanfalva judicem nobilium illac legitime vocatis et accersitis ac presentibus ipsis partibus, necnon eisdem vestro regio et nostro testimonio hominibus eosdem vicinos et commetaneos ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vobis et sacro vestro regio dijademati observandam tacto dominice crucis signo de eo, utrum circa festum beati Mathie apostoli proxime preteritum ipsi nobiles Symon et Stephanus de Wyso ac aly predicti predictam possessionem Maysy vocatam in dicto comitatu Maramarosiensi existentem a manibus eiusdem Ambrosy de Dolha minus juste et indebite pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent et eadem uterentur potencia mediante, an ne? inquisivissent et attestari fecissent. Qui quidem vicini et commetanei dicte possessionis Maysy infra declarandi super premissis taliter attestati fuissent, quod primo Emericus Sthybory de Sajo fassus extitisset per hunc modum, quod dicta possessio Maysy prefati Ambrosy de Dolha prefuisset, sed in anno proxime elapso predicti nobiles de Wyso ab ipso potencialiter occupassent, item Dunka de eadem Sayo fassus est eodem modo, item Iwasko de Iood fassus est, quod predicta possessio Maysy condam Michaelis et Ambrosy de dicta Dolha prefuisset et idem Michael usque vitam possedisset, item Blasius de Barchanfalwa fassus est simili modo, item Iohannes de Ruskowa, Iohannes Nemes, Elyas Danch de Wanchfalwa, Michael Orda de Leordina, Georgius Wanch de predicta Wanchfalwa, item Danch de Dragomerfalwa, item Hodor de Barchanfalwa ante dicta, Dancs de Nyires, item Dragus et Iwan et alter Iwan Nemes de Gyu-

lafalwa, item Lucas de Budfalwa, Gyula de predicta Gyulafalwa, Demetrius de eadem, Ioannes de Sayo, item Thywadar et Iwan Deak de dicta Wanchfalwa, Michael Parvus de Dragomerfalwa, Thomas de Iood, Symon de eadem ac uterque Iohannes de eadem, item Maneyla de Kohnya et Petrus Wanch de sepedicta Wanchfalwa vicini scilicet et commetanei dicte possessionis Maysy fassi et attestati extitissent sicuti prefatus Emericus Sthybor de Sayo per omnia eodem modo. Habitaque huiusmodi attestacione, quia ex huiusmodi veridicis attestacionibus dictorum vicinorum et nobilium comprovincialium annotatam possessionem Maysey termino in predicto a manibus dicti exponentis per dictos Symonem et Stephanum ac alios prenominatos iniuste occupatam esse agnovissent, ob hoc exclusis prius et eiectis prefatis Symone, Stephano, Nicolao et aliis prenominatis de dominio eiusdem possessionis, rursus et iterum dictum exponentem in dominium eiusdem reintroduxissent, et eandem eidem restatuissent, reintroductumque in eadem contra quoscunque illegitimos impetitores et signanter adversus prefatos Symonem, Stephanum et Nicolaum ac alios predictos ydem vicecomites et judices nobilium protegere, tueri et defensare assumpsissent, vestre majestatis in persona et auctoritate ipsis in hac parte attributa et Iusticia mediante. Et nihilominus idem homo vestre serenitatis dicto testimonio nostro presente memoratos Symonem et Stephanum de Wyso, Nicolaum Pap de Also-Wyso, Iwasko de Iuga, Nicolaum de dicta Also-Wyso et Ladwan de eadem in festo beati Mathie apostoli proxime preterito quemlibet scilicet eorum in dictis possessionibus Wyso et Also-Wyso, porcionibus scilicet ipsorum possessionarys in eisdem habitis, pro premissis actibus potenciarys contra annotatum exponentem ad octavas festi beati Georgy Martiris nunc venturi vestram personalem evocassent in presenciam, racionem de premissis reddituros. Litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuassent ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram eadem vestre personali presencia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instanciam, id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum sedecimo die diei insinuacionis prenotatarum. Anno Domini Mo CCCCmo LXmo octavo.

Dorso: Pro A. Magister Benedictus de Peczel cum Budensi, pro I. Foris de Zyrma cum Lelez. A. probat cum duabus una presenti (altera) comitis Maramorosiensis per modum proclamate congregacionis, I. negat occupasse. Ideo solemniter fiet convictio die Iacobi in facie terre pro facto potenciario. A. jurabit ad capita I. ad singulos. I-mo

se coram Lelez ita videlicet quod XXV. die Iacobi ad caput Simonis de Wyso et sic ad singulos diebus post se se sequentibus cōram Thorda, possessio iterum restatuatur, solvit I. fl. j-tho.

Copia de la Georgiu Petrovay. In clausula litera A.=actor, I=in causam attractus.

284.

1468. 27. Marțiu. Strigoniu. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Carul, Joan, Jool, Vancha, Vlason, Radul, Petru, alt Joan, Juga și Simon din Vișeu, și a lui Joan Vlad din Selisce in Kenesiatul posesiunei Moiseni, ce lu-au cu drept de moscenire. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam serie praesentium volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. regis domini nostri naturalis et gratiosi introductorias pariter et statutorias nobis directas honore et reverentia quibus debuit recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Carruli, Ioannis, Iool, Vancha, Vlason, Radol et Petri, ac Iohannis, Iuga, necnon Simonis de Visso et Iohannis Vlad de Zelesthye, quomodo ipsi in dominium Keneziatus ipsorum in possessione Moyzen in comitatu Maramarosiensi habitae ipsos jure haereditario concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Parvus de Dragomerfalva, aut Iohannes Maros de Kohnyia vel Iohannes Buftha de eadem Kohna[1]), aliis absentibus homo noster ad facies dictae possessionis Mayzen vocatae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratos Carrulum et alios praenominatos in

dominium ejusdem Keneziatus, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos Carrulum et alios praenominatos nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Strigony in dominica Laetare. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri anno undecimo coronationis vero quarto. Nos igitur praeceptis et mandatis dicti domini regis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Michaele Parvo de Dragomerfalva homine ejusdem domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Antonium presbyterum ad praemissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante dominicam Ramis Palmarum proxime praeteritam, ad faciem possessionis Moyzen vocatae vicinis et commetaneis ejusdem universis videlicet Dan de Szatsal, Iohanne de Zelesthe, Mandra Koszta de Also-Viso inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introduxissent memoratos Carrulum, Iohannem, Iuga, Simonem de Viso, Iohannem Vlad de Zelesthe, alterum Iohannem, Iool, Vancha, Vlason, Radol et Petrum de eadem Zelesthe in dominium Keneziatus in eadem possessione Moyzen habitae, statuissentque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, legitimis et consvetis diebus in facie ejusdem possessionis juxta regni consvetudinem moram continuam protrahendo, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras sigilli nostri appensione munitas et roboratas eisdem duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatae Anno Domini supradicto.[2])

[1]) Familiele nobile Simon din Vişeu, Vlasin din Moiseni, Vlad şi Juga din Selisce, Kis (parvus) din Dragumiresci, Mareş şi Buftea din Cuhea, Dan din Săcel stăpĕnesc şi aḑi tot acolo, şi se trag dela acei, ce sunt numiţi in acésta diplomă.

[2]) Din copia autentică intre actele procesului de producţiune al familiei Vlaşin din Moiseni in archivul Comitatului.

285.

1468. 25. Juniu. Visegrad. Mandatul regelui Mathia Corvinul prin care Ambrosiu din Dolha se indătoresce a pune jurămĕntu la acea, că Simon şi Stefan din Vişeu, Nicolau Pop din Vişeu de jos, Ivaşco Juga, Nicolau şi Ladvan asemene din Vişeu de jos au occupat fără drept moşia Moiseni.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Damus pro memoria: quod Magister Benedictus de Peczel pro Ambrosio de Dolha cum procuratorys litteris capituli ecclesie Budensis in octavis festi beati Georgy martyris in figura judicy nostre personalis presencie comparendo, contra Simonem et Stefanum de Vysso, Nicolaum Pap de Also-Visso, Ivasko de Iuga, Nicolaum de dicta Also-Vysso et Ladvan de eadem, proposuit eo modo, quomodo circa festum beathi Mathie apostoli proxime preteritum pre'ati Simon et Stephanus de Vyso, Nicolaus Pap de Also-Vysso, Ivasko de Iuga, Nicolaus de dicta Also-Vyso et Ladvan de eadem, possessionem Maysy vocatam in comitatu Maramarosiensi existentem a manibus eiusdem Ambrosy de Dolha actoris minus juste et indebite pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent et eadem uterentur, potencia mediante in preiudicium et dampnum prefati Ambrosy actoris valde magnum, et hec sic facta fore exhibitione duarum literarum, inquisicionalium per modum proclamate concregacionis generalis confectarum, unius comitum et vicecomitum ac judicum nobilium dicti comitatus Maramarosiensis, et alterius capituli ecclesie Varadiensis sub uno sensu et forma verborum loquencium, eidem nostre personali presencie ad litteratorium nostrum mandatum rescriptarum, premissa per universos vicinos et commetaneos dicte possessionis Maysy, ac nobiles comprovinciales prefati comitatus Maramorosiensis ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro regio diademati observandam tacto dominice crucis signo per antefatos Simonem et Stephanum de Wyso, Nicolaum Pap de Also-Vyso, Ivasko de Iuga, Nicolaum de eadem Also-Vyso et Ladvan de eadem in causam attractos suo modo facta fuisse comprobantium, eidem ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in premissis juris equitatem suplicavit impertiri, quo audito Foris de Zyrma pro antefatis Symone et Stephano, Nicolao Pap, Ivasko de Iuga, Nicolao et Ladvan in causam attractis cum

procuratorys literis conventus ecclesie de Lelez in eandem nostram personalem exurgendo presenciam respondit ex adverso, quod iidem in causam attracti in totali premissa accione, et aquisitione dicti actoris innocentes essent penitus et immunes. Et quia prefatus procurator dictorum in causam attractorum sua allegata nullo ampliori documento comprobabat, sed idem procurator dicti actoris eidem iuxta preexhibitarum duarum litterarum attestatoriarum vigores per eandem nostram personalem presenciam judicium et justiciam preberi supplicabat, et quia adhuc prefatorum Symonis et Stephani de Vysso, Nicolai Pap de Also-Vysso et Iwasko de Iuga, Nicolai de Also-Vyso et Ladvan in causam attractorum juramenta per ipsum actorem deponen . . . adjudicari . . . . . . Maysy in dicto comitatu Maramarosiensi existens eidem actori restatui debere videbatur, prescriptam possessionem Maysy sepefato actori mediantibus alys literis nostris exinde confectis restatutionarys . . . comitten . . . . judic . . . commisimus eo modo, ut antefatus Ambrosius de Dolha trecentesimo se quemlibet videlicet quinquagesimo se nobilibus ita videlicet, quod primo ad caput prefati Symonis vigesimo sexto, tandem ad caput prefati Stephani vigesimo sexto, demum vero ad caput jam fati Nicolai Pap vigesimo septimo, ad caput autem Iwasko de Iuga vigesimo octavo, ad caput siquidem Nicolai de Also-Vyso vigesimo nono, postremo vero et ultimo ad caput Ladvan de eadem Also-Vyso tricesimo diebus festi beati Iacobi apostoli nunc venturis . . . . . . scilicet pro se se immediante sequentibus nunc consequenter affuturis semper coram conventu ecclesie de Lelez, super eo quod prefati Simon et Stephanus de Vyso, Nicolaus Pap de Also-Vyso, Iwasko de Iuga, Nicolaus de dicta Also-Vyso et Ladvan de eadem circa festum beati Mathie apostoli proxime preteritum prescriptam possessionem Maysy vocatam in dicto comitatu Maramorosiensi existentem a manibus eiusdem Ambrosy actoris minus juste et indebite pro se ipsis occupaverunt, occupatamque tenerent et eadem uterentur potencia mediante, sacramenta prestare, et post hec ipsarum juramentalium deposicionum series cum proprys et possessio . . . . commemoratorum nominibus ad octavas prefati festi beati Iacobi apostoli legitime perdurandas ut fuerit expediens, partes in literis memorati conventus ecclesie de Lelez nostre personali presencie reportare teneantur. Datum in Wyssegrad quinquagesimo sexto die octavarum festi beati Georgy martiris predictarum Anno Domini M^{o} $CCCC^{o}$ LX octavo.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 30.)

286.

1469. 16. Februariu. Buda vechia. Elisabeta mama regelui Mathia Corvinul in recompensarea serviciilor credinciόse, dăruesce lui Ambrosiu din Dolha tόte acele moşiii şi drepturi, carele a perdut dĕnsul din causa că a omorit pe nobilul român numit Ostaş, şi carele devenind proprietatea regelui, acesta le-a conferit mamei sale; Elisabeta abdice de aceste moşii şi drepturi şi nimicesce literile privitόrie la ele.

Commissio propria genitricis domini Regis.

Nos Elizabeth serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. genitrix, memorie commendamus, tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelibus servicijs fidelis nostri egregij Ambrosij de Dolha, nobis ferventis animi zelo, toto posse suo exhibitis et impensis, universas possessiones porcionesque et jura possessionaria sua, in quibusvis comitatibus existencia et habita, que ex eo quod alias idem Ambrosius, quendam nobilem valahum Osthas vocatum, nece miserabili interemisset, ad serenissimum principem dominum Mathiam regem Hungarie etc. filium nostrum carissimum, juxta legem et consuetudinem eiusdem regni Hungarie devolute fuissent, quas et que idem serenissimus princeps dominus Mathias rex, filius noster carissimus, omni eo jure quo ad suam serenitatem devolute fuissent, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, nobis in perpetuum contulerat, super quibus nos etiam certas literas adiudicatorias coram judicibus huius regni Hungarie, reportassemus et optinuissemus, et pleno jure nobis adiudicate fuissent, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenilibus, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus, memorato Ambrosio et per eum filijs suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, de manibus nostris dedimus donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus, jure perpetuo irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, salvo

jure alieno, nichilominusque universas literas nostras adiudicatorias seu sentencionales, quocunque nomine vocatas, si quas nos super facto prescriptarum possessionum porcionumque et jurium possessionariorum habuissemus, cassamus et annihilamus viribusque earum cassas, vanas et inanes relinquimus, manusque nostras de prescriptis possessionibus porcionibusque et juribus possessionarijs excipimus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in castro Veteri Budensi, feria quinta proxima, post diem Cinerum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono

Refferente Benedicto de Peczel.

S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: Hunyadiak kora t. XI. p. 373.

287.

1469. 21. Februar. Buda. Inaintea Judelui Curiei regesci Nicolau, Ivașko și alți din Bilke protestéza in contra lui Stefan fiul lui Sandrin și alt Stefan fiul lui Petru Bolond din Bilke, ca se nu instrăineze părțile lor de moșie in Lipce și Herince, și se nu le vêndă lui Joan fiul lui Petru din Urmező, cu care dênșii stau in proces pentru acele părți.

Nos comes Ladislaus de Palotz judex curie serenissimi principis domini Mathie Dei gracie regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus, quod Nicolaus de Bylke in sua personaliter ac Iwasko de eadem nec non Andree fily eiusdem Iwasko, item Sandrini ac Stephani filiorum Elie, Michaelis, Iohannis filiorum Stephani, alterius Iohannis Gorzo ac Stephani fily eiusdem Ioannis Gorzo de eadem Bylke, et Stephani de Lypche personis nostram veniens in presenciam per modum protestacionis et inhibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quod quamvis ipse et dicti aly protestantes Iohannem filium Petri de Urmezew racione et pretextu certarum porcionum possessionariarum in possessionibus Lypche et Herynche vocatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum, ipsos protestantes omnis juris titulo concernencium, juribus ipsorum ipsis firma prebente fiducia, in causam attraxerint. Tamen prout ipsi ex post percepissent, Stephanus

filius Sandrini et alter Stephanus filius Petri Bolond dicti de dicta Bylke, fratres eorumdem protestancium condivisionales, malo freti consilio . . . . . rupto et postergato vinculo, magis aliene quam proprie faventes . . . . oneribus prefatorum protestancium in se assumptis, prescriptam causam seu litem p . . . . . sta . . . . . ut premittitur racione prescriptarum porcionum possessionariarum contra prefatum Iohannem de Urmezew motam, sopiri et condesecendi facientes, ac se ipsos eidem cause s . . . e . . . . succumbere permitten . . . . in facto earundem porcionum possessionariarum certas fassiones . . . . . . uis dampnosas et molestas pro parte dicti Ioannis fily Petri de Urmezew . . . . per quas ffassiones idem Iohannes easdem porciones possessionarias perpetuare intenderet et inten . . . tur, in preiudicium juris dictorum . . . . itaque . . . . protestacione . . . . et in personis eosdem utrumque Stephanum ab hujusmodi . . . . fassione per eosdem modo quo supra pro parte dicti Ioannis . . . . et alios quoslibet ab occupacione, detencione et sibi p . . . apropri . . . . porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Lypche et Herynche habitarum . . . . quaslibet utilitates earumdem percepcione sew percipi faccione seque quovis quesito . . . . earumdem intromissione et sibi ipsis . . . . statui faccione qualitercumque factis vel f . . . . . . prohibuit et contradixit publice et manifeste coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum Bude feria secunda proxima ante festum Kathedre beati Petri apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Originalul scris pe papir in stare desolată se află la Valentin Gorzo in Komlos. Copia dela Georgiu Petrovay.

288.

1469. 23. Mai. Litere din impărţire stătorită intre fiii lui Stefan, Joan şi Ilie din Bilke de o parte, de altă parte intre fiii lui Petru şi Joan din Urmező in privinţa moşielor Lipce şi Herince, care cu tóte emolumente şi dreptul de patronat remăn impărţite, cum au fost ţinute şi pănă atunci, ér moşiile Berezna, Ökörmező, Ripine, Kelecsen, şi Vizköz (Szolyma) se impărţesc in dóue părţi egale.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire. Quod cum nos juxta continenciam literarum obligatoriarum serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. modum et formam quarumdam possessionarie divisionis et sequestracionis in se denotantium, inter Nicolaum filium Petri fily Stephani ac Andream filium Iohannis de Bylke, Michaelem et Stephanum fratres carnales, alterum Stephanum et Sandrinum filios Elije de dicta Bylke ab una, et Iohannem filium Petri de Urmezew ac Petrum et Lazarum filios Iohannis de eadem fratres patrueles ipsius Iohannis ab altera partibus emanatarum et confectarum nobisque directarum, iuxta quarum continenciam una cum Nicolao de Bedew homine regis in dictisque literis obligatorijs dicti domini nostri regis inter alios homines regios nominatim conscripto, unum ex nobis videlicet fratrem Philippum presbyterum ad dictam divisionem pro utrisque partibus faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt eo modo, quod ipsi quinto decimo die festi beati Georgy martyris videlicet in festo beati Stanislai episcopi proxime preterito primo ad facies possessionum Lypche et Herenche vocatarum in comitatu Maramorosiensi habitarum accedendo, easdem in primaria sua divisione prout et quemodmodum eedem partes usque modo tenuissent, possedissent simul cum cunctis earumdem utilitatibus, obvencionibus et emolumentis ac juribus patronatus ecclesiarum tenere et habere atque perhemniter uti et frui conmisissent. Tandem ad facies possessionum Berezna, Ekermezew, Rypyna, Kelechen et Wyzkewz vocatarum similiter in eodem comitatu Maramorosiensi existencium

habitarum conformiter accedendo, easdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus puta terris arabilibus cultis et incultis, silvis, pratis, agris, pascuis, fenetis, Indaginibus, alpibus, aquis, aquarumque decursibus, et generaliter quarumlibet utilitatum et obvencionum generibus ad easdem pertinencium in duas rectas et coequales partes divisissent, bipartassent, distinxissent et a se se sequestrassent, quas tandem divisas et distinctas reliquissent et commisissent partibus predictis et eorum successoribus jure perpetuo tenendas pariter et habendas. Eedem eciam partes sibi invicem huiusmodi divisioni contradicere noluissent, et non contradixissent, prescripte vero partes coram nobis personali ipsorum astante dictam divisionem mediante proprijs ipsorum fassionibus ac sub oneribus fratrum ac filiorum ipsorum In se ipsos preassumptis corroborassent, coram nobis patrocinio presencium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem partibus et ipsorum successoribus duximus concedendas. Datum sedecimo die termini prenotati. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Originalul scris pe pergamen in archivul lui Valentin Gorzo in Komlos, sigillul lipsesce. Copia dela Georgiu Petrovay.

289.

1469. 17. Septembre. Buda. Regele Mathia Corvinul amintesce, că atunci, când avuse conflict intr'o nópte cu Stefan voivodul Moldovei, nobilul Koroy d'in Văncesci intre alți familiari ai regelui și spre onórea aceluia s'a luptat ca un bărbat cu curagiu; pentru recompensarea óre-și care a acestor servіții, regele d'in grațiă speciale scutesce pe dênsul, pe fiul seu Joan și pe frații sei a nume pe Michail d'in Petrova, Michail Naan d'in Zlathyna, Petru Leuke d'in Vad, Joan Mikley d'in Șugatag, Petru d'in Bărbesci, Simeon fiul lui Pap d'in Uglea, Lupșa d'in Bărbesci, Stețiu d'in Beserică albă și Georgiu Avram d'in Văncesci de sub ori-ce judecată seu putere ori jurisdicțiune a comiților seu viceecomiților ori judilor Comitatului, și-i suppune drept sub jurisdicțiunea sa propriă regéscă seu a Palatinului, seu a Judelui Curiei sale regesci.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore presentium quibus expedit significantes universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et servicys fidelis nostri nobilis Koroy[1]) de Wanchfalwa per eum primum sacrae hujus regni nostri Hungariae coronae, denique nostrae maiestati sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis, praesertim in partibus Moldaviae, dum pro recuperatione earundem partium laborassemus, et quadam nocte[2]) cum Stephano Waywoda Moldaviae conflictum habuissemus, ipse Koroy interfuit, et cum hostibus pro honore nostro inter alios fideles familiares nostros ut audax vir pugnavit. Pro aliqua igitur recompensa servitiorum eundem Koroy et per ejus meritum Ioannem filium suum ac Michaelem de Petrova, alterum Michaelem Naan de Zlatina, Petrum Leuke de Farkasrew, Ioannem Mikley de Sugatagh, Petrum filium . . . . de Barthfalwa, Simonem filium Pap de Uglya, Lupsa de Bardfalusi, Stecz de Feyerhaz ac Georgium Ovran de Wanchfalu fratres ejusdem Koroy, simul cum cunctis possessionibus, porcionibusque et juribus possessionariis, necnon rebus et bonis eorum quibusvis de plenitudine nostrae regiae potestatis et gratia speciali, a judicio et judicatu et quavis potestate et jurisdictione comitum vel vicecomitum et judicum nobilium dicti comitatus Maramarosiensis duximus in perpetuum eximendos et supportandos, imo

eximimus et supportamus praesentium per vigorem, ipsos tantummodo personali praesentiae nostrae, ac palatini et judicis curiae nostrae regiae maiestatis judicio et judicatui reservandos. Quo circa vobis fidelibus nostris comitibus, vel vicecomitibus et Iudicibus nobilium dicti comitatus Maramarosiensis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris firmissime mandamus, quatenus praefatum Koroy ac praescriptos filium et fratres suos a modo deinceps ad cujusvis instanciam in quibusvis causis et earum articulis pro quocunque facto vel negotio emergentibus judicare, vel vestro adstare judicatui compellere, aut ipsos in personis, possessionibus, portionibusque et juribus possessionariis nec non rebus et bonis eorum quibuscunque, contra formam praemissae nostrae exemptionis impedire, perturbare aut quovis modo damnificare non praesummatis nec sitis ausi modo aliquali. Si qui enim quidquam actionis vel quaestionis contra dictum Koroy ac filium et fratres suos praetactos habent, vel se habere sperant, hi id in curia nostra regia personalique ac dictorum palatini et judicis curiae nostrae praesentia legitime prosequantur ex parte utraque, et justitia ministrabitur omni contra eos querulanti, pro ut dictabit ordo juris, secus non facturi, praesentesque quibus sigillum nostrum secretum, quo ut rex Hungarie utimur est appensum, post earum lecturam semper reddi jubemus praesentanti. Datum Budae die dominico post festum exaltationis sanctae crucis. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, regni nostri anno duodecimo, coronationis vero sexto[3]).

[1]) Nobilis Koroy=Carol, familia se trage d'in Bărsană şi e de una şi acea-şi origine cu familiele nobile Bărsan şi Hodor (veḑi protocollul producţiunei d'in anii 1763—1768.) s'a lăţit in mai multe comune intre altele şi in Saraseu unde-i se conservă memoria in locul numit „Cioncaşu lui Corui" şi in arborele „Perul lui Coruiu".

[2]) Quadam nocte . . . conflictul s'a intĕmplat in 15. Decembre 1467. in oraşiul Baia in Moldova. In luptă au caḑut mai multe mii de ostaşi d'in ambele părţi Insa-şi viéţia regelui Mathia era in periclu, fiind lovit cu sagetă in spinare; urmele loviturei le-a simţit ăncă şi după patru ani (Bonfin IV. 1.) Regele după luptă n'a mai stat in Moldova; neci voivodul Stefan nu l'a urmărit. In 31. Decembre ajunse regele la Braşov, de unde ordona lui Paul Kinez, ca se scutéscă pe Ambrosiu d'in Dolha, pe care l'a primit in protecţiunea sa speciale. Coruiu a prestat regelui serviţii insemnate, de óre ce exempţiunea acésta era distincţiune rară şi de mare insemnetate.

[3]) Din transumptul conventului d'in Lelesz d'in anul 1667.

290.

1470. 24. Marțiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea nobililor Demetriu Șorba din Călinesci, Thyvadar, Stefan și Michail din Cornesci in posesiunea părților de moșie in Călinesci și Cornesci. Introducerea nu se efeptuesce pentru contradicerea lui Petru fiul lui Stețiu din Bărbesci și a altora.

Mathias Dei gracia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Demetry Sorba de Kalinfalva, et Thyvadar, Stephani et Michaelis de Somosfalva, quomodo ipsi in dominium quarundam portionum possessionariarum, in possessionibus Kalinfalva et Somosfalva vocatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum, ipsos omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes Thutorga de Kalinfalva, aut Georgius Fitze de Gyulafalva, vel Ioannes Mikle de Sugatag, sive Petrus Leuke aliis absentibus homo noster ad facies dictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Demetrium, Thyvadar, Stephanum et Michaelem in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure ipsis incumbenti perpetue possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos exponentes Demetrium, Thyvadar, Stephanum et Michaelem ad terminum competentem, nostram personalem in praesentiam, racionem contradictionis eorundem reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo post festum beati Pauli primi heremitae. Anno Domini millesimo quadringentesimo septvagesimo. Regni nostri anno duodecimo coronationis vero sexto. Nos igitur praeceptis et mandatis ejusdem vestrae serenitatis in omnibus obedire volentes ut tenemur, una cum praefato Georgio Fitze de Gyu-

afalva homine vestrae majestatis unum ex nobis videlicet fratrem Petrum praesbiterum ad praemissam statutionem nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt: Quod ipsi feria quarta proxima ante Dominicam Invocavit proxime praeteritam ad facies dictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, easdem praefatis Demetrio, Thyvadar, Stephano et Michaeli simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentys quibuslibet statuere voluissent: Tunc Petrus filius Stecz de Bardfalu, Ioannes Radul de Somos, nec non Thomas de dicta Barthfalus, et alter Stecz de Zaponcza hujusmodi statutioni contradictionis velamine obviassent. Propter quod ipsi ibidem et eodem die memoratos Petrum filium Stecz in eadem Barthfalus, Ioannem Radul in Somos, Thomam de Barthfalus in eadem, nec non Steczk in Zaponcza, quemlibet videlicet eorum in portionibus ipsorum possessionariis in dictis possessionibus contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgii Martyris nunc venturas vestrae serenitatis personalem evocassent in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum sexto die diei evocationis praedictae. Anno Domini supradicto.

Din processul producţional al familiei Şandor din Călinesci in archivul Comitatului III. 1781/50.

291.

1470. 23. Mai. Pathak. La mandatul judelui Curiei regesci nobilul Sandrin Balyn din Sĕrbi se introduce fără contradicere in posesiunea părţilor sale de moşie in moşiile Sĕrbi şi Budesci.

Omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod nos literas magnifici domini comitis Ladislai de Palocz, Iudicis curie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Hungarie, Bohemie etc. regis introductorias pariter et statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba: Amicis suis reverendis conventui sancte

Crucis de Lelez, comes Ladislaus de Palocz Iudex curie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Hungarie, Bohemie etc. regis amiciciam cum honore. Dicitur nobis in personis (sic) nobilis Sandrini Balyn de Zerpfalva, quomodo ipse in dominium quarumdam porcionum possessionariarum in possessionibus Zerpfalwa predicta et Bwdfalwa vocatis in comitatu Maromorosiensi existentibus habitarum, ipsum Sandrinum omni juris titulo concernentium legitime vellet introire. Super quo amiciciam vestram petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Georgius de Baarfalwa, aut Thomas Fekethe de eadem, vel Michael Kys de Dragomerfalwa, sin Georgius Kertzel de Bwdfalwa aliis absentibus homo regius ad facies prefatarum porcionum possessionariarum in prefatis possessionibus Zerpfalwa et Bwdfalwa vocatis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus, introducat prefatum Sandrinum Balyn in dominium earumdem, statuatque easdem eodem premisso jure sibi incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatum exponentem regiam in presenciam racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Pathak feria quarta proxima ante festum beati Urbani Pape. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Nos igitur peticioni prefati domini comitis Ladislai de Palocz annuentes ut tenemur, una cum prefato Georgio Goztholya de Barfalwa homine regio unum ex nobis, videlicet fratrem Iohannem presbiterum ad premissam statutionem faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum: Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum Ascensionis Domini proxime preteritum ad facies prefatarum porcionum possessionariarum in prefatis possessionibus Zerpfalwa et Bwdfalwa vocatis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis, videlicet Karachun de Bwdfalws, Krethwl de eadem ac Georgio filio eiusdem, Lwpsa de eadem et Dragus de Zerpfalwa inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introduxisset memoratum Sandrinum in dominium earundem statuissetque easdem eidem simul cum universis earundem utilitatibus premisso jure sibi incumbenti perpetue possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. Legitimis et consvetis die-

bus in faciebus earumdem juxta regni consvetudinem moram continue protrahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et autentici sigilli nostri appensione munitas eidem Sandrino duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statutionis predictarum. Anno domini supradicto.

Din originalul scris pe pergamen provezut cu sigil pendente. Proprietatea lui Nuţiu Rednik lui Bălin din Giulesci, la care se află şi mai multe diplome nepublicate. Din Sĕrbi şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Bălin (1470.) Borodi (1610.) Mirce (1505.) Duma şi Paşca; la anii 1763—1768. familiele Demian (1755.) şi Josip (1615.)

292.

1470. 1. Decembre. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul Toma, Petru şi Michail numiţi Fekethe, Moyse şi Theodor fiii lui Michail Voyth din Bărbesci se introduc fără contradicere in posesiunea moşiei Bărbesci.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris, Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam serie praesentium volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia Hungariae, Bohemiae regis introductorias pariter et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Tomae, Petri et Michaelis Fekethe[1]) dictorum, item Moysen et Theodori filii Michaelis Voyth[2]) de Bartfalva, quomodo ipsi in dominium cujusdam portionis possessionariae in dicta possessione Bardfalva in comitatu Maramorosiensi existente habitae, ipsos omnis juris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Elias Vancs de Vancsfalva, et Daan de Nyires, vel Michael de Farkasrev, sive Demetrius, aut Gyula filii Michaelis Ficze de Gyulafalva, aliis absentibus homo noster ad facies dictae portionis possessionariae in prae-

fata possessione Bartfalva habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratos Tomam et Petrum Fekethe, et alios praedictos in dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem praemisso jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae, Sabbatho proximo post festum beati Andreae Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Regni nostri anno tredecimo, coronationis vero septimo. Nos vero praeceptoriis mandatis dicti domini regis in omnibus obedire volentes, ut tenemur, una cum praefato Gyula filio Michaelis Ficze de Gyulafalva homine ejusdem Domini regis, unum ex nobis videlicet fratrem Antonium praesbiterum dictae ecclesiae nostrae succentorem ad praemissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum beati Gregorii Papae proxime praeteritum ad facies praescriptae portionis possessionariae in praescripta possessione Bartfalva habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis videlicet Michaele de Farkasrev, Elia Dancs de Vanchfalva, Ioanne Mikle de Sugatag altero Ioanne Nemes de Gyulafalva, Gosztolya de Feherfalva et Blasio de Barczanfalva inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, praefatus homo dicti domini regis praesente nostro testimonio introduxisset praefatos Tomam, Petrum et Michaelem Fekete, item Moysem[3]) et Theodorum filios Michaelis Voyt de Bartfalva in dominium ejusdem portionis possessionariae, statuissetque eandem eisdem praemisso jure ipsis incumbente perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consvetis diebus in facie ejusdem juxta regni consvetudinem moram protrahendo. In cujus rei testimonium firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praescriptae. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.[4])[5])

[1]) O ramure a familiei acestei nobile pórtă şi aḑi numele de Fekete seu Fetteş.

[2]) Voyth=Volcu=Lupu.

[3]) Vre o câtiva dintre descendenţii lui Moys mutându-se în secolul XVII. peste deal în ţéra Oaşului, au intemeiat satul numit după dênşii Moyşeni=Mózesfalu.

[4]) Din transscrisul confirmătoriu al regelui Mathia Corvinul din acest an, ntre actele procesului producţional al familiei Moys din Bărbesci (Archivul Comitatului III. 1784/57.) Originalul transscrisului se află la preotul Petru Birlea in Bărbesci.

[5]) Din Bărbesci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Codra alias Lökös (1411.) Manailla (1481.) Stecz (1495.) Mois (1473.) Bărle (1473.) Fekete (1473.) Pap (1620.) Batin (1581.); la anii 1763—1768. familiele Io (1345.) Draguş (1471.)

293.

1471. 30. Januar. Szigeth. Transumtul literilor Comitatului, prin care nobilul Simeon din Cuhea cu frate-seu Ivan Mareş de o parte, de alte parte Deak Iwan şi Nemeş Danciul din Dragumiresci cu ai lor la intrevenirea mai multor nobili se invoesc asupra hotarelor controverse ale Cuhei de cătră Dragumiresci.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod Symon de Kohnya nostram personaliter veniens in presenciam, exhibuit et presentavit nobis quasdam literas Laurency literati castellani castri Hwzth et vicecomitis terre Maramorosiensis, ac quorumdam quatuor juratorum quibusdam eorum sigillis munitas, petens nos debita cum instancia ut easdem de verbo ad verbum transsumpmi facere, in transsumptoque nostrarum literarum dare et concedere dignaremur, quarum tenor is est. Nos Laurencius literatus Castellanus castri Hwzth et vice comes terre Maromorosiensis, item Blasius de Barczanfalva, Michael Naan de Zlathyna, Michael Stoyka de Krichfalva et Goztholya[1]) de Feyerfalva, quatuor scilicet jurati, et universitas nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod nobiles viri videlicet Symon de Kohnya cum fratre suo scilicet Mares[2]) Iwan in ipsorum necnon filiorum et fratrum suorum universorum ab una, parte vero ex altera, Deak Iwan et Nemes Danchwl de Dragamyrfalwa similiter in ipsorum et proge-

nitorum suorum universorum personis, quorum onera et quelibet gravamina ad infrascripta observanda in sede nostra iudiciaria existente, coram nobis personaliter constitutis, sponte confessi sunt in hunc modum, quod licet in facto cuiusdam terre litigiose inter ipsos diutius ventilate, in quo facto testimonio honorabilis conventus ecclesie sancte crucis de Lelez et homine regio al . . . . reambulassent, per disposiciones et ordinaciones diversorum nobilium virorum videlicet Michaelis Sthybor,[3]) et Emerici fily eiusdem, Elie Danch de Wanchfalwa, Iwasko, Drwtha[4]) de Iod, Symonis de eadem, Iohannis Wlad de Zelesthye, Iwan Thorkos de Dragamyrfalwa, eandem reambulacionem in suo vigore commisissent, nisi tamen unam particulam terre ecclesie sancty regis Stephany[5]) in ipsorum possessione Kohnya fundate, a parte possessionis Dragamyrfalwa, et de meta eiusdem possessionis Dragamyrfalwa, ipsi ecclesie annuissent, ubi in campo unam metam lapideam in terram collocassent de novo, omnes eciam et quaslibet literas causales inter ipsos facto in premisso emanatas vanas, cassas et viribus carituras reliquissent et commisissent, ymo reliquerunt et commiserunt coram nobis. Tali tamen obligaminis vinculo interposito, quod si qua parcium predictarum temporum in eventu, predictam disposicionem et ordinacionem predictorum nobilium virorum infringere niteretur et vellet, ex tunc talis pars contra partem alteram in viginti quinque marcis Budensibus salva porcione judiciaria convinceretur, et convicta habeatur eo facto. Ad quod se partes prescripte onere sub prescripto coram nobis obligarunt voluntate, harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zygeth feria tercia proxima ante festum Purificationis virginis Marie, Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Nos vero peticioni ipsius Symonis de Kohnya annuentes prescriptas literas non abrasas, in aliqua tamen diccione quam diccione Elye, conspeximus cancellatas, non . . . . . huiusmodi cancellacione perspeximus viciatas, de verbo ad verbum, sine aliquali diminucione et augmento presentibus literis, ad instantem peticionem eiusdem Symonis de Kohnya, more privilegy pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas transumpmi facientes, transsumptasque uberioris et durabilioris rei duximus concedendas, pro cautela. Datum feria sexta proxima ante festum sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo supradicto.[6])

[1]) Gosztolya=Augusztin.

[2]) Mareş=Mariş=Maroş=Magnus. (28. Aprilie.)

[3]) Sthibor=Stefan (?) nume polon, după forma Zambor, Ratibor etc.

[4]) Drotha=Dorofteĭ, numele Drotu, se aude şi aḑi la Ieud.

[5]) Săntul Stefan regele nu provine in mărtirologiul bisericeĭ orientale, şi astfeliu Beserica fondată in onórea lui, a trebuit se fie fost catolică. Posesori de religiune catolică locuitori in Cuhe şi in giur, nu intêlnimu in diplomele nóstre, prin urmare beserica acésta va fi fost redicată prin evlavioşi din departare; ruinele ei se pot vede in sus de Cuhea, de asupra lor se redică crucea cea de lăngă drumul cătră Dragumiresci. Nu pot se nu aduc in legătură cu beserica acésta, ce am cetit in scrisorile lui Petru Joody, procuror al Comitatului, după acea procuror erarial, om erudit şi cu cunoscinţia in diplomele vechi Maramureşene. El scriea in 7-a Septembre 1796. intr'o epistolă adressată lui Joan Olsavszky agent de curte la Viena pentru intrevenirea in processul stremóşiei mele Christina Dunka, veduva lui Grigorie Jura intre alte şi urmatórele: „Nunc adest tempus, quo et amicitiam magis corroborare, et opressae nostrae genti succurrere, per hocque inextinctum erga nos affectum contestari dignetur; en hicce patenter accludo Domino Méhesy alioquin Valachorum summo patrono Literam, ex qua semet admodum Reverenda Dominatio vestra uberius informari poterit, quamnam in arduis circumstantiis simus in hac terra Maramorosiensi, ab omnibus inimicis semper sustentata, et quia Scythae occiso per ducem Valachorum in Konyha Almo duce Schytarum ad hanc terram nullatenus admissi fuissent" . . . . . . etc. Despre ducele Almus, tatăl ducelui Arpad aflăm in Cronicele Ungariei (Chronicon Posoniense L. III. Cap. I. 3. Budense, Marci Chronica 13.) numai atăta: „in patria Erdelw occisus est, non enim potuit in Pannoniam introire". Din tradiţiune am auḑit, că o parte a poporului Ungurese ar fi intrat de cătră Borşa, pe la muntele Toroiaga, şi că ar fi avut bătaiă aprópe de Cuhea; combinănd aceste nu e cu neputinţiă, că beserica in onórea regelui S. Stefan va fi fost fondată in memoria acestor intêmplări. Sepături in giurul ruinelor ar pote versa mai multă lumină asupra acestor hypothese de tot interesante. Şi la mormentul ducelui Arpad s'a redicat o beserică albă aprópe de Buda vechia, despre care beserică a remas date multe, dér situaţiunea ei precisă neci pănă aḑi nu s'a potut determina. Veḑi datele acele in opul lui Dr. Wekerle László: Alba Maria mint Árpád sirja hol fekvésének meghatározása. Budapest. 1885. Mehesy era consiliariu de curte la cancelăria Transilvană. De asupra comunei Cuhea numirea dealului „Gruiu Valului" (vallum) arétă un locu fortificat, şi păstréză memoria lui.

294.

1471. 6. Februariu. Joan Deak din Dragumiresci, Mandra Costa din Vișeu de jos, și Simeon din Ieud de o parte, de altă parte Simeon din Cuhea, Joan Maroș și alt Joan Buftea din Cuhea se invoescu asupra hotarelor controverse din Cuhea și Bocicoelu.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod Iohannes Deak de Dragomerfalva ac Mandra Koztha de Also-Viso, et Symon de Jod ab una, parte vero ab altera Symon de Kohnya, antefatus Iohannes Deak Danch fratris, dictus vero Symon de Kohnya, Iohannis Maros, ac alterius Iohannis Bwhtha[1]) de eadem Kohnya fratrum, idem et ceteri prescripti aliorum quorumlibet fratrum et consanguineorum ipsorum onera et quelibet gravamina ad infrascripta inviolabiliter observanda super ipsos assumpmentes coram nobis personaliter constituti, per prefatos Iohannem Deak, ac Mandra Koztha[2]) et Symonem de Iod confessum extitit in hunc modum. Quod quia prefati Symon de Kohnya ac Iohannes Maros et alter Iohannes Bwchtha nuperrimis diebus retroactis vigore certarum literarum reambulatoriarum metalium exinde confectarum possessiones ipsorum Kohnya et Kisbachko vocatas in comitatu Maramorosiensi existentes et habitas, una cum Donka de Sayo homine regis et fratre Petro presbitero nostro hominibus per ipsorum veras metas et antiquas reambulare et ab aliorum juribus sequestrare voluissent, tunc prefati Iohannes Deak et Danch de jamdicta Dragumerfalwa huiusmodi reambulacioni et metarum consignacioni contradixissent, tamen ipsi parcere volentes parcium fatigys et expensis, huiumodi contradictionem revocant, dictas autem possessiones de parcium voluntate primo a parte possessionis Dragumerfalwa tali distinccione metarum sequestrassent. Quod primo incepissent a quodam magno lapide inter terras arabiles in medio unius jugeris non arate vulgo Parlag[3]) vocate, deinde versus orientem directe tendendo, vadit ad fluvium Iza, parvum reflectendo, deinde persaliendo dictum fluvium Iza tendit ad rivulum Rugynosa,[4]) de hinc per eundem rivulum sursum tendendo versus plagam meridionalem, pervenit ad terram Prislop[5]) vocatam, demum ad plagam occidentalem declinando attigit metas possessionis

Iod. Ex hinc servata eadem plaga venit ad fluvium Sospathak,[6]) et per eundem fluvium infra parvum pergendo versus dictam possessionem Kohnya. De hinc versus dictam occiduam plagam de dicto fluvio sursum veniendo per unam silvam per . . . . . . cadit ad fluvium Iod. De hinc dictum fluvium transsaliendo currit inter terras arabiles versus eandem plagam, vadit ad lapidem Feyerkew,[7]) qui esset meta utriusque possessionis Iod et Kohnya. Deinde de ipso lapide versus sinistrum ad dictam plagam pervenit et cadit ad meatum aque Gorbowapathaka,[8]) per meatum autem ipsius aque Gorbowapathaka Inferioris dicti, infra pervenit ad dictum fluvium Iza, per parvum spacium in alveo seu meatu ipsius fluvy currendo transsalit ad plagam aquilonarem, venit ad quoddam pathak Melyanpathaka,[9]) per ipsum pathak sursum tendendo ultra silvam Gerthyaheg pertransiendo ad partem possessionis Vyso, tendit ad rivulum Fenywspathaka[10]) per quendam montem, de ipso vero monte declinando venit ad fluvium Wysowize vocatum, contra cursum ipsius aque sursum ascendendo ad plagam orientalem venit ad fluvium Bachkopathaka.[11]) Deinde similiter contra cursum ipsius sursum ascendendo in fine cuiusdam terre Danowa ascendit ad quendam montem silvestrem. Deinde inter possessionem Bachko et Viso ipsam silvam directe dividit . . . . ad quoddam pathak, quod defluit in dictam possessionem Vyso, et per dictum patak contra meatum ipsius ascendendo, venit ad verticem cuiusdam montis a parte possessionis Zelesthye et Bachko tendit versus possessionem Dragumerfalva, descendendo de ipso monte ad latus silve pinose versus possessionem Bachko predictam, attigit verticem cuiusdam montis, et de ipso monte descendendo, venit ad primam metam lapideam et ibi terminatur. Illis eciam condicionibus intersertis, quod si ipsi aut dicti Symon, et utrique Iohannes dictam fassionem et metarum consignacionem ac ereccionem temporum in eventu infringere, aut retractare niterentur, extunc . . . . . partem alteram in facto succumbentem (sic) duelli facti potencialis convinceretur et convicta haberetur eo facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras pendentis et autentici sigilli nostri appensione munitas duximus concedendas. Datum in festo beate Dorothee virginis et martiris. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

[1]) Deak=Literat=Diacon. Nobilii numiţi Buftea şi Deak stepănescu şi aḑi la Cuhea, Dragumiresci si juru.

[2]) Mandra e cuvĕnt paleoslovenic cu nasalism şi insemnéză frumosu, Inţelept, prudens; se póte deriva şi din latinul mundus, mundulus, şi ar insemna Formosus, seu Pulcheria.

[3]) Unguresce parlag, românesce pĕrlog, agru ne lucrat, din cuvĕntul paleoslovenic prilog.

[4]) Ruginosa, cuvĕnt scris cu ortografia corespunzătóriă naturei limbei române.

[5]) Prislop cuvĕnt slavic des intrebuințat la locuri unde se trec dealuri in sensu de trecătóriă, scărișóră.

[6]) Sóspatak=Valea Slatinei, intre Cuhea și Ieud.

[7]) Fejerkö=Pétră albă=Alabastru; la acea se adună hotarele și adi.

[8]) Garbovapataka=Valea Gărbovei Șieului; gărbov, unguresce görbe, cuvĕnt slavic, insemnéză strămb.

[9]) Melianpataka=Valea Melianului intre Cuhea si Rosalia.

[10]) Fenyöspataka=Valea Bradului, de valea cu acest nume nu sciu, dér se ințelege Valea Liberului, mai in jos de Bocicoel, acésta numire se póte esplica ori după S. Liberiu=Oliveriu (27-a August) ori după „Liber Pater" zeul inmulțirei ómenilor și a fruptelor din mitologia romană, despre care afflăm de 12. ori amintire in inscripțiunile Daciei (vedi Mommsen: Corpus inscriptionum latinarum, volumen III.)

[11]) Bachkopataka e numită pe mappele militare Valea Lograd.

[12]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente la dr. Elie Mariș advocatul.

295.

1471. 19. Februar. Buda. Mandat de introducere al Comitelui Joan de Rozgon, judelui Curiei regelui Mathia; in urma mandatului Blasiu, Joan și Alexiu d'in Ieud se introduc fără contradicere in posesiunea de a patra parte a moșiei Ieud; se numesc mai mulți vecini și ómeni regesci.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris noticiam presencium habituris. Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam presencium serie volumus pervenire. Quod nos literas magnifici domini comitis Iohannis de Rozgon Iudicis curie vestre serenitatis introductorias pariter et statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba, Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez, comes Iohannes de Rozgon judex curie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Blasy de Iod, ac Iohannis et Alexy de eadem Iod, quomodo ipsi in dominium quarte partis totalis possessionis Iod predicte in comitatu Maramarosiensi existentis et habite ipsos omnis juris titulo concernentis

legittime vellent introire, super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gywla filius Pap Nan de Gywlafalwa, aut Georgius de Kalinfalwa, vel alter Gywla filius Fijze, sin Petrus de Barthfalwa, seu Goztholya de Feyerfalwa, seu Elias Danch de Wanchfalwa, alys absentibus homo regius ad faciem prescripte possessionis Iod, consequenterque dicte quarte partis eiusdem in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos exponentes in dominium eiusdem quarte partis dicte possessionis, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, premisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorumdem reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premmisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima ante festum Kathedre beati Petri apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Nos vero peticioni prefati domini comitis Iohannis de Rozgon, annuentes ut tenemur, unacum prefato Gywla filio Pap Nan de Gywlafalwa homine dicti domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Anthonium presbyterum, antedicte ecclesie nostre succentorem ad infrascriptas introduccionem et statucionem faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, quod ipsi in dominica Reminiscere proxime preterita, ad faciem prescripte possessionis Iod consequenterque dicte quarte partis eiusdem in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Symone et Maros de Kohnya, Iwan Thorkos et Sandrino de Dragomerfalwa inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, prefatus homo prefati domini regis dicto nostro testimonio presente introduxisset memoratos Blasium de Iod, ac Iohannem et Alexium de eadem Iod in dominium eiusdem quarte partis dicte possessionis, statuissetque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, premisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente, legitimis et consuetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam

presentes literas pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis predictarum. Anno domini supradicto.

Din originalul lui Joan Balea d'in Ieud scris pe pergamen provezut cu sigil pendente.

296.

1471. 11. Septembre. Regele Mathia Corvinul la cererea lui Toma, Petru și Michail numiți Fekethe, a lui Moyș și Theodor fiii lui Michail Voyth din Bărbesci, a fiilor lui Toma: Joan, Petru și Luca și a lui Georgiu fiul lui Moyș transscrie și confirmă diplómele din 16. Juniu 1423. și 1. Decembre. 1470.

Mathias Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque rex. Omnibus Christi fidelibus, praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod pro parte et in personis fidelium nostrorum Tomae, Petri et Michaelis Fekethe dictorum, item Moysi et Theodori filiorum Michaelis Voyth de Barthfalwa ac Ioannis, Petri et Lucae filiorum praefati Tomae, nec non Georgii filii Moysi praedicti exhibitae sunt nobis quaedam duae litterae conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz sigillis ejusdem conventus pendentibus communitae, quarum una mediante praedecessores seu progenitores ipsorum, in tenore ejusdem litterae nominatim expressi, super quadam portione possessionaria in possessione Bartfalva in comitatu Maramarosiensi existente habita ipsis quandam fassionem, modo similiter in tenore ejusdem litterae expresso fecisse dinoscuntur. Alia vero mediante ipsa portio possessionaria in dicta possessione Bartfalwa ipsis nullo contradictore apparente statuta fuisse declaratur tenorum infrascriptorum, suplicatumque est pro parte ipsorum nobis humiliter, ut easdem litteras ratas, gratas et acceptas habentes, litterisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri facientes, hujusmodi fassioni nostrum regium consensum praebere ac easdem litteras et omnia in eis contenta, eisdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignaremur, quarum quidem litterarum primae videlicet

tenor talis est: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 150.) Alterius vero tenor sequitur in haec verba: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 292.) Nos igitur hujusmodi supplicationi nostrae pro parte praefatorum Tomae, Petri et Michaelis ac aliorum praescriptorum modo praemisso porrectae maestati regia benignitate exaudita et clementer admissa, praescriptas litteras non abrasas, non concellatas, nec in aliqua sui parte suspectas praesentibusque litteris nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eaedem rite legitime existunt emanatae, ratas, gratas et acceptas habentes, praedictae fassioni nostrum regium consensum praebemus, et insuper easdem litteras et omnia in eis contenta pro praefatis Toma, Petro et Michaele ac aliis praenominatis ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus, praesentis scripti patrocinio mediante. Salvis Iuribus alienis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et authentici dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris Domini Ioannis archyepiscopi ecclesiae Strigoniensis, Aulae nostrae summi cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, tertia Idus Septembris regni nostri anno quarto decimo coronationis vero octavo.

Din Copia intre actele procesului producţional al familiei Moyş din Bărbesci, (archivul Comitatului III. 1784/57.) Originalul se află la Petru Birlea paroch in Bărbesci.

297.

1472. 12. Januar. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul către conventul dela săntă Drépta (Szent-Jogh) pentru introducerea lui Ambrosiu din Dolha şi a fiilor sei Demetriu, Georgiu, Joan şi Petru in jumetatea moşielor Dolha şi Rosalia. Relaţiunea lipsesce.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Zenth Jogh, salutem et graciam, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Ambrosij de Dolha, Demetrij,

Georgij, Iohannis et Petrj filiorum eiusdem Ambrosij, quomodo ipsi in dominium . . . . . . medietatum porcionum possessionariarum in possessionibus Dolha predicta ac Rozalija in districtu Maromarosiensi existentibus habitarum, ipsos omnis juris titulo concernencium legitime vellent introire. Super quo fidelitatj vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus, aut Iohannes, vel Michael de Lijpse, alijs absentibus homo noster, ad facies prescriptarum medietatum porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Dolha et Rosalija, habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis, inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratum Ambrosium de dicta Dolha, et alios prescriptos in dominium earundem, statuatque easdem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premisso Jure ipsis incumbentj perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes, nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucionj intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude feria secunda proxima post festum Beatj Pauli (primi ere)mite. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regni nostrj Anno quarto decimo, Coronacionis vero octavo.

Dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Zenth Jog pro nobili Ambrosio de Dolha et alijs intrascriptis

Introductoria et
Statutoria

Lecta.

S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: „Hunyadiak kora" t. XI. p. 466.

298.

1472. 3. Marțiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul către toți perceptorii din tóte comitatele că din moșiele lui Ambrosiu din Dolha și de la jobagii lui se nu stringă neci o contribuțiune, pentru că accea a lăsat o lui Ambrosiu spre serviciile sale.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris universis dicatoribus et exactoribus presentis contribucionis ubilibet et in quibuscumque comitatibus regni nostri constitutis et existentibus presentes visuris, salutem et graciam. Quia nos contribucionem ipsam que de bonis et possessionibus fidelis nostri Ambrosij de Dolha nobis provenire deberet, eidem pro suis servicijs duximus remittendam et relaxandam, remittimusque et relaxamus per presentes. Fidelitati igitur vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus, dictam contribucionem in bonis et possessionibus prefatj Ambrosij de Dolha exigere, populosque et jobagiones in eisdem bonis suis commorantes, racione non solucionis eiusdem nullatenus impedire presumpmatis, sed eandem sibi aut hominibus suis per eum ad hoc deputatis exigendam relinquatis. Secus non facturi, presentes pro vestra reservetis expedicione. Datum Bude in dominica Letare. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regnj nostri Anno quintodecimo, coronacionis vero octavo.

S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: „Hunyadiak kora" t. XI. p. 467.

299.

1472. 2. August. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră comitele Joan Horvath şi urmaşii sei comiţii că pe cetăţenii şi locuitori ai celor cinci opide, carii au suferit multe devastaţiuni făcute prin romănii şi alţi inimici se-i conserve şi se-i scutéscă in libertăţile lor de carii se bucurau din tĕmpurile regilor Ungariei şi din tĕmpul părĕntelui seu.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium, signifacentes quibus expedit quod nos tum accepta supplicatione fidelium nostrorum honorabilis et circumspecti Magistri de Szöllös Vicary Ioannis Horvath comitis et Andreae Hintzy civium terrae Maramarosiensis, per eos pro parte ipsorum, ac universorum civium et inhabitatorum oppidorum nostrorum Huszth, Szigeth, Hosszumező, ac Visk et Tetsew in comitatu terrae Maramarosiensis existentium commorantium, nobis propterea facta, tum vero percepta combustione ac devastacione ac desolatione eorundem oppidorum nostrorum, quas superioribus temporibus eadem penes fidelitatem ipsorum nobis observandam per Valachos et alios aemulos nostros susceperunt[1]), eosdem cives et inhabitatores oppidorum eorundem, et unumquemque eorundem sicuti majorem sic et minorem omnibus illis libertatum praerogativis, quibus ydem temporibus praedecessorum nostrorum regum Hungariae, ac etiam condam inclyti genitoris nostri usi fuere et gavisi, etiam nostris temporibus uti frui et gaudere volumus et annuimus decernimusque per praesentes, quo circa vobis fidelibus nostris egregio Ioanni Horvath moderno comiti, universisque aliis et singulis futuris comitibus dicti comitatus terrae nostrae Maramarosiensis harum serie firmiter committimus et mandamus, ut a modo deinceps perpetuis semper successivis temporibus universos praefatos cives et inhabitatores oppidorum nostrorum praedictorum in cunctis et omnibus libertatibus eorum, quibus scilicet ydem temporibus dictorum praedecessorum nostrorum regum Hungariae, ac etiam condam Domini incliti genitoris nostri usi fuere et gavisi, tenere et conservare debeatis, nec eosdem contra hujusmodi eorum libertates in aliquo turbare et impedire praesumatis et nec sitis ausi modo aliquali, gratiae nostrae sub obtentu. Praesentes autem quas sigillo nostro personali impendenti communiri fecimus post earum

lecturas semper reddatis praesentanti. Datum Budae die dominico proximo post festum ad vincula beati Petri Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo. Regni nostri Anno quinto decimo, coronationis vero nono[2])[3])[4]).

[1]) După diploma Carolină din anul 1329. opidele erau scutite de jurisdicţiunea comiţilor supremi, dér aceştii au reuşit se le suppune sub puterea lor illegale, de aci tenorul aspru al mandatului cătră dênşii. Devastaţiunile se referesc la invasiunea din anul 1468. al Moldovenilor cu carii a stat regele in stare de resbel, despre acésta invasiune amêntesce un document din anul 1469. ce se află in original in biblioteca lyceului reformat din Sziget.

[2]) Din copia legalisată intre actele procesului de producţiune al lui Joan Becske şi alţi din Visk. Archivul Cottului III. 1782/24. se află şi intre actele procesului intentat prin fiscul regiu in contra nobilelui Toth Mihaly tot acolo III. 1784/37. S'a publicat prin comitele J. Teleky in „Hunyadiak kora" t. XI. pag. 479.

[3]) Din Huszt şi-au produs nobilitatea in anul 1752. familiele: Nagy de Bölön (1630.) Csernel de Csernelhaza, Rácz de Boros Jenő, Tirnovi (1686.) Nagyidai (1627.) Gazda de Réty (1673.) Toot (1617.) Lévai (1667.) Törzsök (1624.) Szabó (1698.) Bencsik (1698.) Szöllösi, Káplány (1621.) Kapási (1711.) la anii 1763—1769. familia Tharics (1627.) Dela familia Gazda de Réty se deosebesce familia Réthy de Bürkös şi Bolya.

[4]) Din Visk şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Neste (1698.) Héder (1699.) Varga (1699.) György (1699.) Jöres, Veréczi, Lipai (1658.) Benedek, Tokai; la anii 1763—1769. familia Kosa (1612.) şi familiele Czébel III. 1781/42. Lőke III. 1781/43. Becske III. 1782/24. Hanka III. 1782/28. Lőrincz III. 1782/29.

300.

1473. 13. Marţiu. Buda. Mandatul judelui Curiei regesci, pentru introducerea lui Nicolau Dragfy din Béltek in moşiile Bărsană, Iza, Apşa de jos, Rosalia, Strimtura, Şieu, Ruszkova, Botiza, Bedeu, Belavár (Kis-Kirva) Crăciunesci, Várallja, Bocicou, Băserică albă, Dóue Vişae şi Borşa. Moşnenii protestéza in tot loc.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bathor Iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona egregy Nicolai Draghfy de Beltek, quomodo ipse in dominium totalium possessionum

Barzanfalva, Iza, Also-Apsa, Horozlaule, Zurdog, Sajo, Oroszfalu, Batizfalva, Bedewhaza, Belavar, Karacsonyfalva, Varallya, Bocsko, Fejeregyhaz, Ket Visso et Bors vocatarum omnino in comitatu Maramarosiensi existencium habitarum ipsum omnis iuris titulo concernentium legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Buth de Buthfalva aut Ioannes Karulyay de eadem Buthfalva, vel Michael Löke de Farkaskeő aliis absentibus homo regius ad facies praescriptarum possessionum Barzanfalva, Iza, Also-Apsa, Horozlavlye, Zurdok, Sajo, Oroszfalu, Batizfalva, Bedewhaza, Belavar, Karacsonfalva, Varallya, Bocsko, Fejeregyhaz, Ket Visso et Bors vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum exponentem in dominium earundem statuatque easdem eidem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet, praemisso titulo sibi incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum exponentem regiam in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante Dominicam Reminiscere. Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. *Relationis post haec superinde confectae contenencia habetur sequens:* Regius Ioannes Karulay de Buthfalva, noster frater Nicolaus presbyter, feria quarta proxima post Sophiae, Ladislaus filius quondam Blasy Sztanka, ratione contradictionis Barczanfalva; tandem feria quinta inmediate sequenti Ioannes et Blasius Hozzyu de Also-Apsa ratione contradictionis ejusdem Also-Apsa, eademque feria quinta Ambrosius de Dolha ratione contradictionis Hrozallya, et eadem die Franciscus filius Georgy Peterman ratione contradictionis Sajo, Batizfalva in eadem, posteaque eadem die Iohannes de Dolha ratione contradictionis Orozfalu et Hrozallya, tandem feria sexta Ioannes et Stefanus de Bedewhaza ratione contradictionis Bedewhaza in eadem, postea quidem eadem die Michael Tatul de Kirva ac Georgius de Borsa ratione contradictionis Belavar, Karacsonyfalva et Bochkoj in eisdem, posterius quidem Petrus Nan de Zlatina ratione contradictionis Varallya et Fejeregyhaz in eadem Zlatina,

postremo quidem eodem die Nicolaus Pap de Viso ratione contradictionis Ket Viso et Borsin eadem evocassent.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum D. N. 224.)

301.

1473. 18. Decembre. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea nobilei Dómne Margareta, viduei remase dupa Joan Orda din Leordina, fiicei lui Crăciun din Ilosva. Plănsórea s'a indreptat in contra fiilor órecandva Ambrosiu din Dolha, carii au occupat cu putere moşia Leordina, şi părţile in Rosalia, Poióna şi Lunca.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et graciam. Exponitur nobis in persona nobilis domine Margarethe vocate relicte condam Ioannis Orda fily Michaelis similiter Orda de Lyurdyna filie videlicet condam Karachon de Iloswa, quomodo circa festum Purificacionis B. Marie virginis in anno cuius jam tercia instaret revolucio, preteritum, Demetrius, Georgius, Ioannes, Ladislaus, Petrus et Nicolaus fily condam Ambrosy de Dolha ex consensu et voluntate Andree de Bilke et Michaelis Thatol de Kyrva, totalem possessionem eiusdem condam Ioannis Orda Lyurdyna predictam ac universas portiones possessionarias similiter eiusdam condam Ioannis Orda in possessionibus Rozavlya, Polyana et Lonka vocatis, omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, que per mortem ipsius condam Ioannis Orda in puellas, filias scilicet ejusdem a prefata domina Margaretha progenitas nunc in tenera etate constitutas, Iure hereditario devolute essent, et de quibus quidem possessione et porcionibus possessionarys ipsi domine Margarethe exponenti juxta regni nostri consuetudinem dotes et res parafernales provenire deberent, a manibus eiusdem domine exponentis et per consequens dictarum puellarum minus juste ac indebite ac preter solucionem dotum ac rerum parafernalium predictarum occupassent, occupatasque tenerent eciam de presenti, potencia mediante, in prejudicium et dampnum dictarum domine et puellarum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum

mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Bilke aut Michael vel Ioannes fily ejusdem Stephani, sin Ladislaus filius Michaelis, seu Stephanus filius Ioannis Gorzo de eadem Bilke, sive Stephanus de Lypche, neve Michael filius Stephani de eadem Lypche, an Gyula seu Demetrius fily Michaelis Fyche de Gyulafalwa, vel Simon Gerhes de Zarwazow alys absentibus, homo noster scita prius premissarum mera veritate, evocet prefatos Demetrium, Georgium, Ioannem, Ladislaum, Petrum et Nicolaum filios condam Ambrosy de Dolha, ac Andream de Bilke et Michaelem de Kyrwa, contra annotatam dominam exponentem ad octavas festi beatj Georgy martyris nunc venturas nostram personalem in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem ut sive ipsi octavis in predictis coram eadem nostra personali presencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi inquisitionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum octavas ad predictas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbatho proximo post festum Beati Lucie Virginis Anno M° CCCC° LXX tercio. Regius Michael filius Stephani de Lypche, noster frater Gregorius senior suo modo in Maramarosiensi, item a feria sexta post festum Epiphaniarum Domini Demetrium, Georgium, Ioannem, Ladislaum, Petrum et Nicolaum de porcionibus eorundem in Zadnya vocata, ac eodem die Andream de Bilke in eodem Bilke, regius Demetrius filius Michaelis Fyche noster frater Gregorius ac feria quarta post Epiphanie Michaelem Thatol de Kyrwa de portione sua possessionaria Karachonfalwa evocassent.

Conventul din Lelesz. (Actorum No 14.) Copia dela Georgiu Petrovay. Din Leordina şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Urda (1427.) Leordean (1411.) la anii 1763—1769. familia Lazor (1684.)

302.

1474. 17. Juniu. Thoma fiul lui Andreiu Fekete din Bărbesci şi fiul seu Joan protestéză inaintea conventului din Lelesz in contra lui Georgiu din Călinesci, Georgiu din Bărbesci, Gostoia din Feresci, Joan Radul din Cornesci, şi alţi mai mulţi absenţi, carii au luat in posesiune partea de moşiă in Bărbesci, ţinută de órecandva Andreiă Fekete şi Bărlo Vlad din Bărbesci.

Nos Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod Thomas filius condam Andreae Fekethe de Barthfalva nostram veniens in praesentiam ipse personaliter in sua, et Iohannis filii sui tamquam absentis personis, Georgium de Kalynfalva ac Georgium de Barthfalva et Gosztholya dictum de Feyerfalva, ac Iohannem filium Iohannis Radul de Somosfalva . . . nos personaliter ac . . . ad faciem repertos . . . eundem Iohannem Radul, ac Nicolaum et Kosztha dictum filios ejusdem Iohannis Radul, ac Ztheczk de eadem Bartfalva, ac Petrum, Sandrinum et Iohannem filios ejusdem Ztheczk, atque Duma Nemes dictum de Somosfalva, ac Iohannem filium ejusdem Duma tamquam absentes a detentione et conservatione usuumque et quarumlibet utilitatum perceptione portionum possessionariarum in possessione Barthfalva vocata in comitatu Maramarosiensi existente habitarum, quas scilicet portiones possessionarias olim praefatus condam Andreas Fekethe et condam Barle Vlad de eadem Bartfalva possedissent, sibi ipsisque de cetero perpetuatione earundem quoquomodo factis vel fiendis prohibuit contradicendo, et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis vigore et testimonio praesentium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Din paria intre actele procesului de producţiune al lui Theodor Bărlă in Aranyos-Megyes. (Archivul Comitatului III. 1782/32.) Din Feresci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Cziple (1590.) Vancia (1642.); din Cornesci tot atunci familia Fulor. La anii 1763—1768. şi-au produs din Feresci familia Vlaşin (1636.) din Cornesci familia Rad (1578.)

303.

1474. 27. Septembre. Szigeth. Magistratul comitatului adeveresce, că procesul inceput in ḑilele vicecomitelui Laurenţiu de o parte intre nobilii Joan, Petru Nemes şi Daan din Văncesci, de altă parte intre Elia, Tivadar, Georgiu şi Michail d'in Văncesci, s'a terminat prin decretul arbitrilor astfeliu, incăt moşiile Nănesci şi Valea Porcului s'a inpărţit in patru părţi egale intre litiganţi, carii s'au şi introdus in posesiunile lor.

Nos Ladislaus Magnus castri Huszt et Paulus Magnus castelli de Ronaszek castellani, necnon comites terrae Maramorosiensis, item Sandrinus Balya de Iod, Michael Fitza de Gywlafalua, Petrus Nan de Zlathina et Petrus Tivadar de Zaploncza quatuor scilicet judices nobilium ejusdem comitatus damus pro memoria, quod nobiles Ioannes, Petrus Nemes ac Daan dicti de Wancsfalua ut actores ab una, onera et quaecunque gravamina filiorum suorum super se levantes, necnon Elias, Tivadar, Georgius[1]) et Michael dicti de Wancsfalua praedicta similiter pro filiis spoponderunt partibus ab altera, coram nobis personaliter extantes nutu ipsorum voluntario confessi sunt in hunc modum, quomodo licet inter ipsos adhuc tempore Laurentii castellani castri Huszt necnon vicecomitis terrae Maramorosiensis pro tunc existentis ratione et pretextu quarumdam possessionum Nanfalua et Disznofalua vocatarum in comitatu Maramorosiensi existencium et habitarum lis seu controversia a diuturno fuisset mota et exorta, ac coram ipsis aliquamdiu ventilata, tam ipsi ex ipsorum proborum instinctu, ad causam praedictam discernendam quosdam probos nobiles ex ambarum parcium voluntate dictos videlicet Ioannem Marus de Kohnya, Petrum Gerhes de Zarvazzo, Blasium de Bortzanfalwa, Ladislaum de Gyulafalua, Michaelem Gosztolya[2]) et alterum Michaelem Vida[3]) de Lopatak[4]) ex mutua deliberacione praehabita elegissent, allegantes se partes prefatae rate, firme et inviolabiliter fide ipsorum mediante observaturas . . . . nobiles actum factum seu dispositum fuerit in causa ipsorum praenotata, quam quidem nobiles causam ipsam similiter . . . . juribus actis ac privilegiis ipsorum antiquis agnoscentes taliter decrevissent, ut praedictae duae Nanfalua videlicet

et Disznofalua possessiones inter eosdem in quatuor partes equales sequestrentur, quarum parcium una Ioanni et Petro Nemes cum filiis eorumdem de Vanchfalua, altera Eliae et Tivadar Danch dictis similiter cum filiis de eadem Vanchfalua, tercia Georgio et Michaeli de ipsa Vanchfalua et quarta Georgio Vanch cum filiis similiter de Vanchfalua cedant in divisione, super quibus prefatae partes fuissent contentae, dempto Georgio Vanch, qui se de composicione praefata ab initio causae et negotii exceptum habere curasset, nec partes praefatae eumdem in ordinationem praefatam .inmiscere voluissent coram dictis probis, electis, imo et contenti extitissent excepto Georgio Vanch, unde dicti nobiles Elias, Tivadar, Michael et Georgius Danch dicti petentes nos debita cum instancia, ut nos eosdem in dominium predictarum possessionum, videlicet Nanfalua et Disznofalua vocatarum mediae partis, juris ordine observato introducere et introduci faceremus, cum cunctis suis utilitatibus ad medietatem illarum possessionum pertinentium, tali vinculo interposito, ut quaecunque partium prefatarum, dempto Georgio Vanch, litem hanc sedatam et depositam amplius movere curaverit seu curaverint, talis pars contra alteram in centum florenis auri, sine comitis et judicum porcionibus, convicta habeatur eo facto, ad quod partes praedictae se spontanea coram nobis obligassent voduntate, praeterea nos similiter ipsam causam coram nobis . . . . . satis longe discutientes et vertentes in nostra sede judiciaria, etiam instrumenta litteralia et privilegia similiter agnoscentes et videntes modo simili decrevimus judicando, ut praedicti electi nobiles et nos nobiles Eliam et Tivadar Danch dictos ac Georgium et Michaelem filios condam Lucae de Wanchfalua similiter novo titulo introduccionis et statucionis introduximus in dominium mediae partis praefatarum possessionum Disznofalua et Nanfalua vocatarum, cum universis suis utilitatibus et pertinenciis, quae de jure medietatem seu mediam partem illarum possessionum concernent, vinculo similiter supraposito. Insuper dictos Iohannem Nemes et successores Petri similiter Nemes racione talis vinculi irritacionis et revocacionis commisimus fore convictos in centum florenis auri absque comitis et judicum porcionibus eo facto vigore et testimonio presencium mediante. Datum in Zigeth feria tercia ante festum beati Michaelis Archangeli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto[5]).

1) De la Georgiu a urmat numele familie Jura.

2) Gostolya=Augustin.

3) Vida=Vid=Vit.

[4]) Lópatak=Kabolapatak=Épă.

[5]) D'in paria ce se află la Joan Jura; altă pariă legalisată se află în procesul producţionale al familiel Godşa d'in Văncescl in Archivul Comitatului III. 1784/50.

304.

1475. 31. Januariu. Andrea fiul lui Joan din Bilke vinde lui Sandrin şi Paul Thegze din Berezna dóue sesiuni jobagionale in Berezna şi un loc de móră pentru 50. de marce budense, că omagiul pentru mórtea unui om nobil, cu care omagiu era dător cumperătorilor, şi pentru 54. floreni de auru curatu plătiţi prin acestii.

Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire quod Andreas filius condam Iohannis de Bilke coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina universorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum, quos scilicet infrascriptum tangere dinoscitur negocium, ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumpmendo, est confessus in hunc modum, quod cum certa dictante et svadente racione ipse Andreas homagio unius hominis nobilis puta quinquaginta marcis Budensibus Sandrino et Paulo Thegze de Berezna debitorie foret obligatus, cum vero ipse quadam necessitate, qua pro redemptione capitis sui se expedire urgeretur, compulsus, quasdam duas sessiones jobagionales suas in porcione sua possessionaria in possessione Berezna vocata in comitatu Maramarosiensi existente, habita adiacentes, necnon locum unius molendini in facie eiusdem porcionis possessionarie habitum, simul cum cunctis earumdem sessionum obvencionibus, utilitatibus et pertinencys quibuslibet, terris videlicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, alpibus, transalpibus, montibus, collibus, vallibus, aquis, fluvijs aquarumque decursibus, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum quovis nomine appellatarum ad easdem sessionis rite ab antiquo spectancium et pertinere debencium integritatibus, prefatis Sandrino et Paulo Thegze ac posteritatibus eorum universis pro prenominatis quinquaginta marcis necnon pro quinquaginta quatuor florenis auri puri, uti

nobis dictum extitit, receptis ab eisdem et levatis, jure perpetuo irrevocabiliter vendidisset, tradidisset et contulisset, tenendas et possidendas, imo ipse Andreas de Vylke prescriptas sessiones dictis Sandrino et Paulo Thegze ipso jure perpetuo vendidit, tradidit et contulit, nil juris nilque dominy proprietatem earumdem sibi ipso reservando, sed totum jus et omnem dominii proprietatem earumdem sessionum in eosdem Sandrinum et Paulum Thegze, ac posteritates eorumdem universis pleno jure transferendo, coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Din transcrisul Conventului din Lelesz de dato 1492. 9. August la dr. Nicolau Tegze advocatul. Din Berezna şi-a produs nobilitatea la anul 1752. familia Tegze (1534.)

305.

1475. 22. Mai. Buda. Mandatul judelui Curiei regesci pentru reambularea metelor moşielor Bărbesci, Feresci, Cornesci, Călinesci, Sěrbi, Budesci, Vincesci şi Văleni in favorul lui Georgiu din Călinesci, Luca din Budesci, Georgiu Manailla din Bărbesci, Joan Bud din Budesci. Reambularea nu se face numai introducerea lui Luca şi Joan numiţi Pinte, şi Lazar din Budesci in moşiile Budesci, Vincesci şi Sěrbi.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bathor judex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Georgii de Kalinfalva[1]) Lucae de Budfalva, Georgii Manoila de Bardfalva, Ioannis Bud de Budfalva, quomodo quaedam possessiones ipsorum Bartfalva, Fejerfalva, Somosfalva, Kalinfalva praedicta, Szirpfalva, antelata Budfalva, Vinczfalva, et Mikolapatak vocatae omnino in comitatu Maramarosiensi existentes et habitae legitima reambulatione et novarum metarum erectione plurimum indigerent. Super quo vestram amicitiam

praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Danczul de Dragomerfalva, aut Ladislaus de Bosfalva, vel Gyulafejer de Gyulafalva, sin Danko filius Petri Nemes de Vanczfalva, seu Ioannes Mikle de Bartchanfalva aliis absentibus homo regius ad facies dictarum possessionum Fejerfalva, Somosfalva, Kalinfalva, Szirpfalva, Budfalva, Vinczfalva et Mikolapatak vocatarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet easdem per ipsarum veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et metaliter ab aliorum juribus distinctas et separatas relinquat praefatis Georgio de Kalinfalva et aliis supradictis jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Georgium de Kalinfalva et alios supranotatos regiam in praesentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsarum possessionariarum reambulationis et metarum erectionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, et evocatorum, si qui fuerint, nominibus terminoque assignato dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae feria secunda proxima post festum sanctae et individuae trinitatis. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez pro Georgio de Kalinfalva, et aliis introscriptis reambulatoriae metarum. Relatio porro superinde talis foret: Regius Danko filius Petri Nemes de Vancsfalva, noster frater Thomas cantor, feria quarta proxima post festum beatorum apostolorum Lucam et Ioannem Pinthe dictos, Lazarum de Budfalva qui inscribantur in primordiali statuissent non reambulatione praecedente, in dominium Budfalva, Vinchfalva, Szirpfalva[2]) [3]).

1) Din neamul lui Lucavoi cu acest Georgiu d'in Călinesci se ramifică familia Jurca din Călinesci de către familiele Şandor, Şerba, Nemeş şi cele l'alte.

2) Din procesul producţional al familiei Şandor din Călinesci în archivul Comitatului III. 1781/50.

3) Din Călinesci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Nemes (1450.) Jurka (1569.) Şerba (1470.) Mihálka (1651.); la anii 1763—1768. familiele Berciu (1623.) Paska (1609.); la anii 1763—1769. familia Pap (1612.)


306.

1475. 5. Decembre. Sziget. Magistratul Comitatului adeveresce, că după mórtea lui Ivanca din Giulesci vidua sa Anca de Rethnek și fiul seu Georgiu asemene Rethnek au impignorat jumetatea moșielor Șugatag, Hernicesci și Crăcesci lui Joan Micle din Șugatag unchiului lui Ivanca in suma de 400. fl.

Nos Michael castri Huszth et Paulus Magnus castelli de Ronaszek castellani necnon vicecomites terre Maramaros, item Helias Danch de Vantsfalwa, Simon Gerhes de Zarvazo, Bogdan de Nyagowa, Demetrius Perse alio nomine Ficha de Gyulafalva quatuor judices nobilium ejusdem comitatus memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod cum nos feria tertia proxima post dominicam primam adventus proxime transactam, ad oppidum Zigeth locum et diem sedis nostre judiciarie una cum dominis nobilibus coassesoribus pro faciendo moderativo judicio causarum convenissemus, tribunalique consedissemus, ex tunc nobiles Anka de Rethnek relicta condam Iuanka et Georgius similiter Rethnek filius ejusdem Iuanka de Gyulafalva coram nobis personaliter adstantes, onera et quelibet gravamina filiorum, fratrum carnalium, proximorum et consanguineorum ipsorum in se ipsos absumentes sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi maxima et inevitabili necessitate ipsorum compulsi mortuo patre Iuancha, integram medietatem totalium possessionum suarum Sugatagh, Hernech, et Charachfalva sex nempe et decem integras sessiones populosas cum triginta jobagionibus, que quidem possessiones jure hereditario nobilis condam Dragus filii Gyule de Gyulafalva avi paterni dicti Iuancha in ipsos devolute essent, in hoc comitatu Maramarosiensi existentes et habitas, simul cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluvys, piscinis, piscaturis, molendinis et eorumdem locis, generaliter vero quibuslibet utilitatibus nobili Iohanni Mikle de Sugatagh, fratri alias condivisionali et patrueli memorati Ivancha in et pro florenis Hungaricalibus quadringentis, titulo pignoris dederunt et vendiderunt modo redemptibili, quam quidem pecuniam diversis vicibus juxta suas necessitates jam ex integro levassent et percepissent, prout coram nobis perhibetur,

tali tamen cum declaratione, ut rahabitis prius prescriptis quadringentis florenis Hungaricalibus, eo statim et de facto idem Iohannes Mikle prescriptas portiones, nulla praemissa earumdem estimatione memoratis relicte Iuanka et Georgio filio ejusdem remittere teneatur et obligatus sit. Harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum in oppido Zigeth. Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Din originalul lui Ludovic Jura advocatul, provezut cu 4. sigille cu inscripțiune



aceste patru sigile, fiesce care la unul d'intre judii nobililor, au fost la o l' altă puse sigilul comitatului in secolii XVI. și XVII. Copia dela Stefan Szilágyi directore. Se află și in processul producționale al vicecomitelui Stefan Rednik in Archivul Comitatului III. 1785/45. Rednek=Vrednik=Dignus nume de botez. Perse=Primus nume de botez.

307.

1475. Sziget. Litere divisionale date prin magistratul Comitatului, prin carele se adeveresce, că nobila dómna Anca Rednik, vidua remasă după Ivanka din Giulesci de o parte, ér de altă parte Joan Micle fiul lui Vlad din Șugatag și Michail Fitze din Giulesci, unchiul lui Georgiu Rednik, sistănd procesul ce a curs intre dōnșii, s'au impăciuit inaintea sedriei astfeliu, incăt jumetatea moșielor Șugătag, Hernicesci, Desesci, Crăcesci și Nireș și dóue părți din trei ale moșielor Giulesci și Doroslеu se cadă in partea veduvei Anca, a fiului ei și a fraților acestuia, ér cea l'altă jumetate și treia parte se fiă a lui Joan Miclea și a fiilor sei Lupșa și Michail.

Nos Michael Castri Huzt, et Paulus Magnus Castelli de Ronazek castellani necnon vicecomites terrae Maramarosiensis item Elias Danch de Vanchfalva, Simon Gyerhes de Zarvazou, Bogdan de Nyagova et Demetrius Perse de Gyulafalva quatuor judices nobilium ejusdem co-

mitatus, damus pro memoria tenore praesentium. Quod nobiles domina Anka de Rethnek relicta condam Ivanka et Georgius similiter Rethnek de Gyulafalva ut actores ab una, onera et quaelibet gravamina filiorum suorum levantes, necnon Ioannes Mikle filius Ulad de Sugatag pro filiis suis Lupse et Michaele spoponderunt partibus ab altera, coram nobis personaliter adstantes propria eorum voluntate confessi sunt in hunc modum. Quomodo licet inter ipsos Ioannem Mikle de Sugatag et Michaelem Ficha de Gyulafalva patruelem dicti Georgii, tempore praeterito ratione et praetextu quarumdam possessionum suarum Sugatag, Hernech, Desze, Karachfalva et Nyires lis et controversia fuisset mota et exorta, et coram praeposito de Lelez pro compositione ventilata. Qui tamen ratione pertractandae causae in dictis possessionibus et alys suis juribus possessionariis ex mandato de curia regia pro parte ejus derelictae reportato praeceptum dispositumque fuit, ut secundum jura sua activa, et privilegia ipsorum antiqua causa eadem sopiretur, qui admonitioni nostrae judiciariae obedientes et veritatem agnoscentes, ipsae partes in talem pacis et concordiae devenissent unionem: Quod licet in prima divisione possessio Sugatag tota Ioanni Mikle, modo autem medietas ejusdem cum tertia parte Doroszlofalva, altera medietas dictae possessionis Sugatag cum duabus partibus possessionum Gyulafalva et Doroszlofalva relictae Ivanka, Georgio Rethnek et fratribus suis (alys), possessiones Hernecz, Deze, Karacsfalva et Nyires aequaliter in duas partes sequestrentur, (una et proventus sylvarum, et montium juxta possessionem Karachfalva situatorum) quarum prima Georgio Rethnek et fratribus alys, secunda vero Ioanni Mikle cum filys in perpetuo cedant divisione, interposito vinculo fl. 100. puri auri absque comitis et judicum portionibus. Quare nos in sede nostra judiciaria omnia litteralia instrumenta et privilegia antiqua agnoscentes, et videntes causam ipsam satis longe ventilatam, similiter decrevimus, judicavimus, ut in vicem proprio nutu et concordia partes litem sopivissent. Super quibus prafatae partes fuissent contentae, petentes nos debita cum instantia ut easdem in dominium dictarum possessionum taliter sequestratarum scilicet Gyulafalva, Sugatag, Hernecz, Deze, Karachfalva, Doroszlofalva et Nyires cum cunctis suis utilitatibus, observato juris ordine introduci faceremus. Quibus assensum praebentes nobilem Georgium Rethnek filium condam Ivanka de Gyulafalva et alios supra nominatos, novo titulo introductionis et statutionis in dominium earumdem possessionum Gyulafalva, Sugatag, Hernecz, Deze, Karachfalva, Dorozlo et Nyres cum universis suis utilitatibus introdu-

ximus et statuimus, nullo penitus inibi contradictore apparente. Harum testimonio et litterarum mediante. Datum in Szigeth 1475.

Din transumtul authentic al comitatului din anul 1754. Mi-l'a comunicat Georgiu Jura protonotariul Comitatului in anul 1866. D'in Crăcesci şi-a produs nobilitatea la anii 1763—1768. familia Tupiţle (1670.)

308.

1476. 8. Juniu. Buda. Palatinul ţerei adeveresce, că Stefan din Remeţi avênd proces in contra lui Michail Ficze, şi fii sei şi alţi, la terminul prefipt s'a infăcioşat, ér cei-a lalţi n'au venit pentru ce au fost judecaţi.

Nos Michael Orzag de Guth regni Hungariae palatinus et judex Cumanorum damus pro memoria, quod Martinus Akos de Chepefalva pro Stephano de Remethe cum procuratoriis literis capituli ecclesiae Varadiensis contra Michaelem Fycze, Demetrium ac Gyula filios ejusdem, Petrum Fekethe et Georgium Ficze de Gyulafalva, necnon Simonem Gerhes de Zarvazo ac Bartholomeum, Eliam et Thyvadar filios ejusdem de eadem Zarvazo ab octavis festi beati Georgii martiris triginta octo diebus continuis legitime stetit et termino coram nob . . . iuxta continentiam literarum nostrarum prorogatoriarum superfactis in literis conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz inquisitoriis, evocatoriis et insinuatoriis contentis, peremptorie responsuri nostram in praesentiam non venerunt, neque miserunt, verum ipsos in judiciis consvetis conmissimus fore convictos, si se rationabiliter non poterunt excusare. Datum Budae tricesimo nono die termini praenotati. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Din paria intre actele procesului de producţiune lui Theodor Bărlă In Aranyos-Megyes. (Archivul comitatului III. 1782/32.)

309.

1476. 10. Juliu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul, cătră conventul din Lolesz, ca se cerceteze plânsórea lui Ladislau jun. din Ilosva, şi a lui Foris din Szirma in contra lui Michail din Leordina, a fiicei acestuia Catarina, sociei preutului românesc David, carii au impignorat jumetatea moşiolor Dolha, Zadnya şi Bronka, dér n'au fost in stare se-i conservă in posesiunea acelora, neci suma de zălog nu-iau intors.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Ladislai junioris de Ilosva ac Foris de Zyrma, quod licet alias Michael de Pethrowa onere Demetry fily sui in se assumpto ac condam Michaelis de Leordina, directas et equales medietates integrarum possessionum Dolha, Zadnya et Bronka vocatarum in comitatu Maramorosiensi existencium et habitarum idem Michael de Pethrowa simul cum curia sua nobilitaria in dicta possessione Dolha adjacente, mediantibus litteris vestris fassionalibus, impignoraticys exinde confectis prefatis exponentibus preterea sumpma florenorum auri pignori obligaverunt . . . . . . prefati Michael de Pethrowa ac Demetrius filius eiusdem, item Demetrius, Georgius, Ladislaus, Iohannes et Petrus fily condam Ambrosy de Dolha predicta ac Katherina filia condam dicti Michaelis de dicta Leordina consors vero Davidis presbyteri Valachi, in quos mortuo prefato condam Michaele de sepefata Leordina, juxta regni nostri consvedutinem universe possessiones portionesque et jura possessionaria forent devolute et condescense, prefatos exponentes in dominio prefatarum directarum et equalium medietatum antelatarum integrarum possessionum Dolha, Zadnya et Bronka eosdem exponentes minime conservare potuissent, prescriptam eciam sumpmam florenorum auri erga se conservantes potencia mediante, in prejudicium prefatorum exponencium et dampnum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Bylke aut Lazarus de Urmezew, vel Demetrius seu Gyula de Gyulahaza, sin Georgius de Bulchu, sive Mathias neve Thomas, nam Georgius de Orozy, namque Oswaldus aut Valentinus

de Komlos, seu Gregorius de Began, vel Emericus de Pethefalwa, sin Stephanus seu Petrus de Zyrma alys absentibus homo noster scita prius premissorum mera verietate, ad prefatum Michaelem de Pethrowa ac alios prescriptos accedendo, ammoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi aut in dominio prescriptarum directarum et equalium medietatum ante fatarum integrarum possessionum Dolha, Zadnya et Bronka prefatos exponentes pacifice conservare, aut de et super prescripta summa florenorum plenariam satisfaccionem impendere debeant et teneantur. Qui si fecerint bene quidem, alioquin evocet ipsos contra annotatos exponentes ad octavas festi beatj Michaelis Archangeli munc venturas, nostram personalem in presenciam, racionem de premissis reddituros. Litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis in dicta nostra personali presencia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod juri videbitur . . . . . . Et post hec hujusmodi ammonicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum ut fuerit . . . . . eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Lecta. Nos itaque preinsertis et prescriptis mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Lazaro de Urmezew homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum ad premissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Egidy Abbatis proxime preteriti in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset diligenter requirentes, talem de premissis scivissent et comperissent certitudinem veritatis, quod premissa facta potenciaria sic et suo modo, prout videlicet tenor literarum vestre serenitatis contineret prescriptarum, facta et perpetrate extitissent, habitaque huiusmodi inquisitione idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio eodem die prefatos Michaelem et Demetrium de Pethrowa in . . . . Georgium, Iohannem et Petrum de Dolha in Zadnya . . . . in porcione sua possessionaria in eisdem habita contra predictos exponentes ad predictas octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturas vestram personalem evocasset in

presenciam, racionem super premissis reddituros, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insiunassetque ibidem eidem ut sive ipsi octavis in predictis coram dicta vestra personali presencia compareant sive non eadem, ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum tricesimo secundo die diei inquisitionis et evocationis prenotatarum. Anno Domini supradicto.

Conventul din Lelesz (No fasc. 13. Actorum anni 1476.) Copia dela Georgiu Petrovay.

310.

1476. 22. Novembre. Conventul din Lelesz adeveresce, că Stefan de Kemeche şi Giula fiul lui Pop Nan din Giulesci de o parte, ér de altă parte Simon fiul lui Petru Gherheş din Sarascu s'au invoit la acea, că causa dintre dênşii se se judece prin opt bărbaţi de onóre, aleşi prin dênşii, şi déca vr'una dintre părţile n'ar primi judecata lor, acea se fie îndătorată a plăti cinci dieci de marce budense.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez, memorie commendamus, quod Stephanus de Kemeche et Gywla filius condam Pap Nan de Gywlafalwa ab una, parte vero ex altera Simon filius condam Petri Gerhes de Zarwazo, coram nobis personaliter constituti, sunt confessi in hunc modum, quod ipsi omne illud negotium vinculi et obligacionis, inter ipsum condam scilicet Petrum Gerhes et ipsum Gywlam stabilitum et habitum, quod scilicet inter ipsas partes jam fractum et irritum fore aparuit, discussioni et ordinationi octo proborum et nobilium virorum per ipsas partes equaliter eligendorum submissisent, ymo submiserunt coram nobis, eo modo ut quitquid (sic) ydem octo probi et nobiles viri, per ipsas partes equaliter electi, die dominico proximo, ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum proxime venturum, in opido Vysk vocato disposuerint ordinaverintque, et arbitrati fuerint, idem ambe partes, pro rato, grato et firmo acceptare debeant et teneantur. Sub hoc obligamine per ipsas partes adiecto, quod si qua pars ipsarum partium die et loco in pretactis cum suis electis probis astare, dictamque dispositio-

nem et ordinationem acceptare noluerit quoquo refutaverit, extunc talis pars eandem dispositionem refutans et non acceptans contra partem alteram, eandem disposicionem acceptantem, in quinquaginta marcis Budensibus convincatur et convicta habeatur eo facto. Ad quod se ipse partes spontanea obligarunt voluntate coram nobis, vigore et testimonio presencium mediante. Datum in festo beate Cecilie virginis et martiris. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Din originalul scris pe papir, provezut cu sigil imprimat in dos.

311.

1476. (?) Fără dat. Se adeveresce acea, ca pentru a aduce pace intre nobilii Simon fiul lui Petru órecândva Gherhes și Giula fiul lui Pop Nan din Giulesci, acestii au de a se infăcioșa inaintea Capitlului, și au a depune banii de vinculum in mânile a lor opt bărbați onesti anumiți, patru din Maramureș și patru din Ugocia.

Memorie comendamus quod licet alias condam Petrus Gerhes nobili Gywle de (sic) filio Pap Nan de Gywlafalwa consilio ipsius Gywla, coram conventu ecclesie de Lelez l (sic) certas literas obligatorias et compositionales emanari fecisset, ideoque Gywla Symonem filium condam Petri Gerhes dicti racione previa, in curiam regiam evocasset . . . . . . per ordinariam composicionem disposuisset, quomodo die dominico proximo ante festum beati Galli confessoris venturum, in capitulo comparere debeant, ibique literas compositionales se se mutuo facere debeant, ut in antiquis literis compositionalibus vinculum prefixum firmiter obsequabitur, tandem huiusmodi vinculum in manibus proborum virorum octo videlicet de comitatu Maromorosiensi Demetry Fycze, Ladislai de Weresmarth, Georgy de Kalinfalva, Iohannis de Wrmezew, comitatu de Wgocha: Foris de Zyrma, Martini Akus de Chepe, Francisci Chakan de Beegany, Swpan de Peterfalwa, remittere debeant. Et quidquid ipsi in prefata causa decreverint prefate partes id firmiter obsequabuntur.

Din originalul scris pe papir fără sigil, dér provezut cu alphabetul tăiat la mijloc (intercis).

312.

1477. 13. Februar. Conventul din Lelesz adeveresce, că nobila dómna Agatha socia lui Georgiu fiul lui Ambrosiu din Dolha, şi fiica lui Georgiu din Atya pentru zestrea ei şi pentru dreptul ei de successiune a fost escontentată prin Ladislau Kun din Rosal şi fraţii sei.

. . . . . Quod nobilis domina Agatha consors Georgy fily Ambrosy de Dolha filia egregy Georgy de Atya coram nobis personaliter constituta est confessa in hunc modum: Quomodo Ladislaus, Nicolaus, Christoforus, Iacobus et Ioannes Kun de Rozal de et super dote ac rebus parafernalibus ac quarta puellari ipsi domine Agathe de universis possessionibus porcionibusque et juribus possessionarys prefati condam Georgy de Athya juxta consvetudinem huius regni quoquomodo provenire debentibus, congruam atque omni modam impendissent satisfactionem, unde ipsa domina Agatha super talismodi satisfactione contenta eosdem Ladislaum, Nicolaum, Christoforum, Iacobum et Ioannem Kun de et super premissis dote ac rebus parafernalibus et quarta puellari quietos reddidit et commisit expeditos coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum feria quinta proxima ante festum beati Valentini martyris. Anno Domini M⁰CCCC LXX⁰ septimo.

Conventul din Lelesz (Protocolli Parvi folio 107.) Copia de la Georgiu Petrovay.

313.

1479. Marțiu. Buda. Regele Mathia Corvinul la mijlocirea metropolitului Ioanichiu din Belgrad, scutesce pentru tot deuna pe preuții români din Maramureș de legea resăriténă, supuși ai Metropolitului, de orice taxă ordinariă seu extra ordinariă, ce se solvesce altcum regelui prin toți locuitori ai țerei.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod nos, tum ad humillimae supplicationis instantiam fidelis nostri reverendi Iovanychik Metropolitani Nandor albensis[1]), nostrae propterea porrectae maiestati, tum vero ex gratia speciali, universos et singulos Valachos presbyteros fidem graecam tenentes, in comitatu Maromarosiensi existentes, praesentes et futuros de solutione quarumcunque taxarum tam ordinariarum quam extraordinariarum, per ipsos in medium regnicolarum nostrorum solvi, maiestatique nostrae ab eisdem provenire debentium, perpetuis futuris semper temporibus gratiose duximus eximendos et supportandos. Imo eximimus et supportamus praesentium per vigorem. Quo circa vobis fidelibus nostris universis et singulis dicatoribus et exactoribus quarumcunque taxarum nostrarum tam ordinariarum quam extraordinariarum, item comitibus camerarum salium nostrorum regalium in praedicto comitatu Maromarusiensi pro tempore constitutis, eorumque vices gerentibus, harum serie firmiter praecipientes mandamus, quatenus a modo deinceps praefatos Valachos presbyteros ut praefertur Graecam fidem tenentes, praefatoque Metropolitano subjectos, ad solutionem quarumcunque taxarum ordinariarum scilicet et extraordinariarum, in medium regnicolarum nostrorum solvi debentium, contra formam praemissae nostrae exemptionis arctare et compellere, ipsosque ratione non solutionis earundem, in personis rebusque et bonis ipsorum quibusvis impedire, turbare, seu quovis modo damnificare nusquam et nequaquam praesumatis, neque sitis ausi modo aliquali, gratiae nostrae sub obtentu. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae Sabbato proximo ante Dominicam Laetare, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Regnorum nostrorum Hungariae etc. anno vigesimo secundo, Bohemiae vero undecimo. Relatio Urbani praepositi Thesaurarii Regii.[2])

[1]) Nandor Albensis (Alba Graeca, Belgradul Sĕrbescu) e scris cu greşélă in loc de Alba Juliensis (din Transilvania), de órece in Nandor Alba nu se pomenesce se fie fost in secolul XV. scaun archiepiscopescu seu metropolitan, şi clerul Maramureşan n'a fost supus neci când hierarchiei sĕrbesci, fără a fost supus archiepiscopiei din Transilvania, cum ne arétă şi diploma din anul 1494. Greşéla provine de acolo, că ambele cetăţi, şi cea a Transilvaniei, şi cea de lângă Dunerea românesce au acelu-aş nume de Belgrad. La Alba Julia in cetate era mănăstirea săntei Treime scaunul metropoliţilor pănă in ḑilele regelui Carol III. când s'a restaurat cetatea. In Alba Julia capitala Transilvaniei erau metropoliţi şi inainte de Joanichiu in decursul secolilor, dér document scris numai despre dĕnsul ne a remas. El va fi fost un Maramureşan, de órece se ingrijea de sórtea clerului de aci şi de jurisdicţiunea sa besericéscă.

[2]) Din transscrisul făcut in anul 1721. prin requisitorii literilor Capitlului (rom. catolic) din Alba Julia, publicat prin A. T. Laurian „Magazin istoric“ t. III. p. 166. şi prin episcopul A. Şugana in „Adaus la promemoria“ 1850.

314.

1479. 21. Marţiu. Baia mare. Mandatul judelui Curiei regesci cătră Conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Joan Forintverő cetăţianul din Baia Mare in contra lui Petru din Dees, comitele camerelor regesci din Maramureş, care cu mai mulţi a năvălit a supra curţilor sale din Bocicoi şi Lunca, de acolo a mănat vitele, caii, oile, raţele, puii şi a luat tóte d'inpreune cu literile sale, şi l'a păgubit cu mai mult de o mie fl. Plănsorea s'a aflat de adeverată.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez comes Stephanus de Bathor judex curie regie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona circumspecti Ioannis Forinthwerew civis civitatis Rivuli dominarum: Quomodo in carnisprivio proxime preterito Petrus de Dees comes camerarum salium regalium Maramarosiensium ex instigatione et voluntate Michaelis Thathol de Kyrwa . . . . . . se cum Demetrio, Georgio et Iohanne filiis condam Ambrosii de Dolha, Nicolao Mykola de Wyso, Michaele de Pethrowa et Paulo de Sayo aliisque quam pluribus familiaribus et osmplicibus ipsorum, suis armatis et potenciariis manibus ad possesciones dicti exponentis Bochko et Lonka vocatas consequenterque

domum et curiam habitat(ionis) eiusdem exponentis proprias in eadem Bochko in comitatu Maramarosiensi existentes habitas irruendo, abinde certas litteras et literalia instrumenta ipsius exponentis factum predictarum possessionum Bochko et Lonka tangentes et concernentia domo in eadem in quodam scrinio repositas et locatas, alias etiam res et quelibet bona extunc in eadem domo repertas et inventa recipi et auferri . . . . . . insuper tempore in eodem idem Petrus de Dees cum prefatis Demetrio et Georgio de Dolha et aliis prescriptis ac familiaribus et complicibus suis ad aliam domum et curiam dicti exponentis allodialem in praedicta Bochko habitas veniendo, universas pecudes et pecora necnon equos, oves, anates et pullos ac alias res et quelicet bona curia et domo allodiali in eisdem repertas et inventa abigi et depelli, Hys non contentus tempore similiter in eodem super populos et Iobbagiones annotati exponentis possessionibus in predictis commorantes ducentos florenos auri extorquendo et exigi . . . . placuisset voluntati fecisset. In quibus omnibus premissis eidem exponenti demptis litteris et literalibus instrumentis plus quam mille florenos auri dampna intullisset potentia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo presente Georgius Fycza de Gyulafalwa, aut Demetrius Perse de eadem, vel Petrus Sthezk de Barthfalwa, sin Georgius de eadem, seu Petrus Pap de Felsew-Wyso aliis absentibus homo regius scita prius premissarum mera veritate, prefatum Petrum de Dees et alios prescriptos iuxta statuta et dispositiones prelatorum, baronum regnique nobilium universorum Bude unanimo voto per eosdem edita et stabilita, ad tricesimum secundum diem a die evocationis ex hinc fiende computandum, contra annotatum exponentem regiam evocet in presenciam, rationem de premissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in predicto coram dicto domino nostro rege compareant sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod juri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi inquisitionis, evocationis et insinuationis seriem cum nominibus evocatorum ut fuerit expediens, terminum ad predictum dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Rywulo Dominarum in Dominica Letare, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Nos itaque preinserte petitioni prefati domini comitis Stephani de Bathor judicis curie vestre serenitatis annuen . . .

una cum prefato Petro Sthezk de Barthfalwa homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Franciscum presbiterum ad premissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi die Dominico proximo ante festum beati Georgii martiris proxime preteritum in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestre serenitatis, ipso nostro testimonio presente, ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset diligenter inquirendo, talem de premissis scivissent et comperissent certitudinis veritatem. Quod premissa facta potenciaria sic et suo modo prout videlicet et quemadmodum tenor litterarum dicti domini comitis Stephani de Bathor contineret prescriptarum, dempto solum certo numero dampnorum illatorum prespecificatorum, facta et perpetracta extitissent. Habitaque huiusmodi inquisitione idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente, feria tertia proxima tunc inmediate sequente, prefatos Petrum de Dees comitem in officialatu suo in oppido Zygeth vocato habito, necnon Michaelem Thathol de Tharazkewz ac Michaelem de Pethrowa in Rozawlya ac Demetrium, Georgium et Ioannem de Dolha et Paulum de Sayo in eadem Sayo, quemlibet videlicet eorum in portione sua possessionaria, possessionibus in eisdem habita, juxta statuta et dispositiones dominorum prelatorum, baronum regnique nobilium universorum, Bude unanimi voto per eosdem edita et stabilita, ad tricesimum secundum diem a die hujusmodi inquisitionis et evocationis contra praefatum exponentem, vestre serenitatis evocassent in presentiam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prefixo coram vestra serenitate compareant sive non, idem dominus comes ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum sexto die diei inquisitionis, evocationis et insinuacionis prenarratarum. Anno Domini supradicto.

Conventul din Lelesz (Actorum No 35. Anni 1479.) Copia de la Georgiu Petrovay.

315.

1479. 25. Mai. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul către conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Georgiu din Călinesci, a filor sei Theodor și Simeon, a lui Petru Steczk, Georgiu Manoila din Bărbesci și Giula din Feresci in contra lui Joan Forintverő cetăţén din Baia mare, care cu viclenia a mijlocit de la Michail fiul lui Luca Juga din Feresci fassiune de zălogire asupra părţilor de moşie d'in Bărbesci, Feresci, Călinesci, Cornesci și Văleni. Numiţii Georgiu din Călinesci și socii sei se mai plăng și in contra lui Lupșa și Georgiu Kretzel din Budesci, Stefan Hoff in Sĕrbi, Petru și Joan Frata din Kazonya și Mirce din Vajnag, că au occupat moşia Comorzană. In urma cercetărei plănsórea se constată de adeverată, părţile sunt citate inaintea regelui.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis Georgii de Kalinfalwa ac Theodori et Simonis filiorum ejusdem, necnon Petri Szteczk et Georgii Manoila de Bartfalwa, Gyulae dicti de Fejerfalva, et Georgii de Kalinfalva, quomodo licet alias circumspectus Ioannes Forinthveru civis civitatis nostrae Rivuli Dominarum quadam dolositatis astucia praecogitata totales portiones possessionarias ipsorum Georgii et Theodori et Simonis exponentium in possessionibus Bartfalus, Fejerfalus, Kalinfalus, Somosfalus et Mikolapataka vocatis, omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas per Michaelem filium Lucae luga dicti de Fejerfalua pro quingentis florenis auri ultra videlicet aestimationem earundem sibi ipsi titulo pignoris fateri fecerit, et per hoc eisdem exponentibus diversas injurias, variaque nocumenta et damna dietim inferre non sineret potentia mediante, cum tamen praescriptae portiones possessionariae praefatum Michaelem filium Lucae in nullo concernent, sed ipsis exponentibus omnis juris titulo pertineant, et quod licet alias praefati Petrus Ztheczk et Georgius Manoyla de Bartfalus, ac Gyula dictus de Fejerfalus atque Georgius de Kalinfalus exponentes quosdam Lupsa dictum ac Georgium Kreczel de eadem Budfalus et Stephanum Hoff de Zerfalva coram nobis facie ad faciem repertos, item Frata[1]) dictum Petrum et Ioannem de Kazanya, et Mircze de Vajnak tamquam absentes ratione et prae-

textu possessionis Kamarzanfalva in dicto comitatu Maramarosiensi existentis, ac eandem sibi ipsis appropriatione, et fructuum ejusdem perceptione coram nobis publice prohibuerint. Ob hoc ipsi eundem Lupsa dictum et alios praenominatos contra se ipsos nostram personalem in praesentiam evocari facere vellent lege regni nostri requirente, ideo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Manayla de Bartfalus aut Dan de Vancsfalus, vel Georgius de eadem, sin Ioannes Radul de Somosfalus aliis absentibus homo noster scita prius praemissorum mera veritate evocet praefatum Ioannem Forinthveriu, et alios praenominatos contra ante dictos exponentes, ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi nostram personalem in praesentiam rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem ut sive ipsi octavis in praedictis coram eadem nostra personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam, id faciet in praemissis quod juri videbitur expeditum, et post haec hujusmodi inquisitionis, evocationis et insinuationis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad easdem dictae nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima post festum ascensionis Domini. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz pro Georgio de Kalinfalus, et aliis intrascriptis contra circumspectum Ioannem Forinthvereu de Rivulo Dominarum, et alios intra nominatos ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi inquisitoria, evocatoria et insinuatoria. Relatio demum taliter sequitur. Nos itaque praeinsertis praeceptis et mandatis vestrae serenitatis obedientes ut tenemur, una cum praefato Dan de Vancsfalus homine vestrae serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem praesbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum beatorum Petri et Pauli Apostolorum proxime praeteritum in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset diligenter inquirendo, talem de praemissis scivisset et imperisset certitudinis veritatem, quod praemissa facta potentiaria, sic et suo modo prout videlicet tenor literarum vestrae serenitatis contineret praescriptarum, facta et perpetrata extitissent, habitaque hujusmodi inquisitione idem homo vestrae serenitatis

ipso nostro testimonio praesente ibidem et eodem die praefatos Lupsa de Budfalus et Stephanum Hoff de Zerfalva necnon Petrum ac Ioannem Frata de Kazonya ac Mercza de Vajnak quemlibet eorum in portione sua possessionaria in possessione Kamarzanfalva vocata habita, tandem feria tercia tunc immediate sequenti dictum Ioannem Forinthveru in domo suae residentiae in oppido Szigeth habita contra praefatos exponentes ad dictas octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi vestrae serenitatis personalem evocasset in praesentiam rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuassetque ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in eisdem coram vestrae personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in praemissis quod juri videbitur expediri. Datum decimo die diei inquisitionis, evocationis et insinuationis praenotatarum. Anno Domini supra dicto[2]).

[1]) Frata=Frățile; acest nume pórtă și un sat in Transilvania devastat prin Tătari in anul 1241. (Rogerius XL.) Comorzană și Serbi forméza adi una comună.

[2]) Din copia in procesul producțional al familiei Sandor din Călinesci in archivul comitatului III. 1781/50 și al familiei Monaila III. 1784/49.

316.

1479. 8. Septembre. Castrul Huszt. Petru Literat din Dees comite și prefect cameral Maramureșan recunósce immunitățile și libertățile lui Georgiu din Dolha, cuprinse in literile conventului din Lelesz.

Nos Petrus Literatus de Dees comes et camerarius terre Maramarusiensis memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod cum nos in processibus nostris et castri Huzth ad universas terras et alpes intra partes terre Maramarusiensis, quibus ipsum castrum predictum jure et legitime tangere dinoscebatur, famulos nostros pro decimandis scrophis et agnellis misissemus, eo tunc e medio aliorum nobilium virorum in ipsa terra predicta existencium nobilis Georgius de Dolha nostram exsurgens in presenciam, ostendit nobis suas literas privilegiales conventus ecclesie

sancte crucis de Lelez, quarum perlectis intelleximus prefatum Georgium in suis libertatibus conservare debere, quod et fecimus iusticia sua requirente. Pro eo universos comites requirimus, quatenus sepefatum Georgium Dolhay suis in libertatibus iuxta sua privilegia velint conservare juris et justicie ob respectum. Datum in castro Huzth in festo nativitatis virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Din originalul in archivul Comiților Teleky in Gyömrő (El: XX. f. II. No 61.). In dominiul cetății Huszt s'a luat ḑeciuélă din porci și din mnei, de acéstă contribuțiune numai pucini nobili au fost scutiți.

317.

1479. 17. Novembre. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră Conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Demetriu Ficze din Giulesci, a soției sale Dómnei Margareta și a lui Joan fiul lui Thoma din Bărbesci, in contra lui Demetriu Giula Ficze din Giulesci, care la indemnul socrului seu Gostoia și a altoru-a a occupat părțile lŏr din Giulesci, Hernicesci, Desesci, Crăcesci și Breb. Cercetarea s'a făcut, și plănsórea s'a aflat de adeverată a fară de valórea daunelor.

Serenissimo principi domino Mathiae Dei gratia regi Hungariae, Bohemiae etc. domino ipsorum generoso Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz orationes in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos literas vestrae serenitatis inquisitorias, admonitorias, evocatorias, insinuatorias nobis directas, summo cum honore recepisse in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis Demetrii Ficze de Gyulafalva ac dominae Margaretae consortis ejusdem et Ioannis filii condam Thomae de Bartfalva, quomodo in anno currenti cum feria instaret Demetrius Gyula Ficze de dicta Gyulafalva frater ejusdem Demetrii exponentis, totales portiones possessionarias ejusdem Demetrii exponentis in possessionibus Gyulafalva praedicta, ac Hernecsfalva, Deszefalva, Kracsonfalus et Hatpataka vocatis, omni-

no in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, ex consilio Goztolya soceri ejusdem Gyula, Georgii de Krajnik, Iohannis Doma, Georgii Manaila de Bartfalva, Iohannis Radol, alterius Iohannis filii Petri Steczk de Bartfalus, Lupsa de eadem pro se occupasset, et ab eodem tempore universos proventus dicti exponentis exinde provenire debentes sibi ipsi usurpasset, in quibus eidem Demetrio exponenti centum florenorum auri damna irrogasset, et quia anno in praesenti, post mortem videlicet condam dominae Margaretae consortis Michaelis Gostolya de Bartfalus, sororis videlicet praefatorum Ioannis et dominae Margaretae exponentium praefatus Georgius Manaila de Bartfalva et Gostollya de Fejerfalva ex consilio praedicti Gyula de Gyulafalva et aliorum supradictorum totales portiones possessionarias ejusdem condam Dominae Margaretae in possessionibus Bartfalva, Fejerfalva, Mikolapataka, Kalinfalva et Somosfalva vocatis in eodem comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, in ipsos exponentes de jure devolutas, nulla prius de dote ac rebus paraphernalibus, ac jure quartalitio ejusdem condam Dominae Margaretae de eisdem portionibus possessionariis provenire debentibus satisfactione inpensa pro se occupassent, et eisdem uterentur etiam de praesenti, potentia mediante, in praejudicium et dampnum dictorum exponentium valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus filius Ioannis de Bede aut alter Sandrinus filius Eliae de eadem vel . . . . Sandrinus filius Nicolai, alter Sandrinus de Zlatina aliis absentibus homo noster scita prius praemissorum mera veritate ad praefatum Gyula et alios supradictos accedendo, ammoneat eosdem dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi antedictas portiones possessionarias per ipsos occupatas infra triginta duos dies a die ammonitionis conputandos dictis exponentibus remittere et de damnis illatis satisfacare debeant et teneantur, qui si fecerint bene quidem, alioquin eosdem contra annotatos exponentes ad quintum decimum diem dicti tricesimi secundi diei nostram personaliter evocet in praesentiam rationem de praemissis reddituros efficacem. Litis pendentia, si quae foret inter ipsos, non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in praedicto coram eadem nostra personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in praemissis, quod juri videbitur expeditum, et post haec hujusmodi inquisitionis, ammonitionis, evocationis et insinuationis seriem cum ammonitorum et evocatorum nominibus, terminum ad praedictum eidem

nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima ante festum beatae Elisabethae. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Nos itaque praemissis praeceptis et mandatis vestrae serenitatis obedientes ut tenemur, una cum praefato Sandrino filio Ioannis de Bede homine vestrae serenitatis unum ex nobis, videlicet fratrem Philippum praesbiterum praefatae ecclesiae nostrae subpriorem ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima post festum Epiphaniae Domini proxime praeteritum in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset. diligenter inquirendo, talem de praemissis scivisset et comperisset certitudinis veritatem, quod praemissa facta potentiaria sic et suo modo, prout videlicet tenor literarum vestrae serenitatis continet praescriptarum, dempto solum (valore) damnorum illatorum praespecificatorum, facta et perpetrata exstitissent, habitaque hujusmodi inquisitione idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente eodem die praefatos Gyulam Ficze de Gyulafalva in eadem, ac tandem Sabbatho immediate sequente Georgium Monaila de Bartfalva et Gosztolya de Fejerfalva in eadem Bartfalva quemlibet eorum in portione sua possessionaria possessionibus in . . . . ammonisset, dixissetque et commisisset eisdem verbo vestro regio, ut ipsi praescriptas portiones possessionarias per eos occupatas infra triginta duos dies a die hujusmodi ammonitionis computandos praefatis exponentibus remittere, et de damnis illatis satisfacere debeant et teneantur, quos quidem Gyulam ac Georgium Monaila, et Gosztolya hujusmodi ammonitione acquiescentes . . . . . ibidem relatum exstitisset, prout per citatos dies praefixos acquiescere recusarunt, propter quod idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente, eadem feria sexta eosdem Gyulam Ficze de Gyulafalva in eadem, necnon Lupsam de Bartfalva in eadem, Ioannem Radol de Bartfalus in Somosfalva, necnon in praescripto Sabbatho praefatos Georgium Monaila de Bartfalva et Gosztolyam de Fejerfalva in eadem Bartfalva possessionibus, quemlibet videlicet eorum in portione sua possessionaria in iisdem habita contra annotatos exponentes ad quintum decimum diem hujusmodi tricesimi secundi diei vestrae serenitatis personalem evocasset in praesentiam, rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos non obstante, insinuassetque ibidem eisdem, ut sive

ipsi termino in praedicto coram vestrae personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in praemissis, quod juri videbitur expeditum. Datum sedecimo die diei inquisitionis et ammonitionis praenotatarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Din copia intre actele processului de producţiune al lui Joan Manaila din Bărbesci (in Archivul Comitatului III. 1784/49.)

318.

1479. 20. Decembre. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul către conventul Mănăstirei Clusiului, ca se cerceteze faptele potenciarie sfĕrşite prin Petru din Deeşiu, comitele Maramureşului, care cu potere armată a occupat moşiele Bocicou şi Lunca, casele, mórele şi beserica parochiale din Bocicou le-a derimat, le-a ars, jobagi a omorit, mobiliele şi icónele sănţilor parte le a ars, parte le a dus şi pagube a făcut in valóre de 2000. floreni de aur. După cercetare făcută tóte s'au aflat adeverate, afară de valórea pagubelor.

Serenissimo principi domino Mathie Dei gracia Hungarie, Bohemie etc, regi . . . . Conventus Monasterij beate Marie Virginis de Colosmonostra oracionum suffragia devotarum. Vestra no- . . . . inquisitoriales nobis directas sumpma cum obediencia recepisse in hec verba. Mathias Dei gracia (Hungarie, Bohemie rex etc. fidelibus nostris con)ventui ecclesie de Colosmonostra salutem et graciam. Dicitur nobis in persona fidelis . . . . ac nobilis domine Katherine consortis, necnon Thome filij eiusdem Iohannis, ... festum beatj p . . . . tum nobilis Petrus de Dees comes Maromarwsiensis, transmissis et destinatis . . . castelano in . . . . et Iohanne Zekel de dicta Dees, Valentino Nagh, Castellano in Ronazeek, Iohanne Litterato et procuratore in . . . . ibusque suis familiaribus armatis et potenciarijs manibus ad possessiones prefatorum exponencium Bachko et (Lo)nka vocatas in (comitatu) Maromarwsiensi existentes, consequenterque domum propriam eorundem exponencium, in eadem Bachko habitam, ibique destructis hostijs d . . . . . . dibusque et mensis universis dissecatis

universas res et quevis bona eorundem exponencium, inibi repertas et inventa depr(edari et) asportari ipsamque domum simul cum pretactis possessionibus pro se occupari fecisset. Alias eciam duas domos molendinarias in d(icta Bac)hko habitas, in partes dissecarj et destrui omnibusque rebus et bonis et frumentis eorundem inibi compertis privari fecisset et expoliarj, et insuper quosdam jobagiones eorundem exponencium nece miserabili ibidem interimi, alios vero plurimos lethalibus vulneribus affici fecisset et protractarj, tandem quoque ecclesiam parochialem in eadem Bachko habitam destrui fecisset, universas res eiusdem e(cclesie) universas candelas magnas in partes dissecarj et asportarj, imagines eciam sanctorum in ipsa (ecc)lesia existentes mo . . . . rum in partes dissecari fecisset, et conservaret easdam possessiones et domos occupatas eciam de presenti . . . quibus premissis (dictis ex)ponentibus plusquam duo milia florenorum aurj dampna irrogari fecisset, potencia mediante, in preiudic(ium) eorundem exponencium m(ani)festum. Super quo fidelitati vestre, firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus Ztheecz de Bothfalws, Petrus Pap de Rona, Barla de Zlathijna, an Lucas de Feleghaz, Demetrius Porse de Gywlafalws, Georgius Fijcza de eadem Gywlafalws, alijs absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit m(eram) experiatur de premissis certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie rescribatis, Datum Bude in profesto beati Thome Apostoli. Anno domini millesimo Quadringentesimo septuagesimo nono. Unde nos mandatis eiusdem vestre serenitatis in omnibus fideliter obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Luca de Feleghaz homine vestro, nostrum hominem videlicet religiosum nostrum fratrem Georgium custodem unum ex nobis ad premissam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi in festo conversionis beatj Pauli Apostoli proxime preterito in dicto comitatu Maromarosiensi simul procedentes ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset diligenter de premissis inquirentes talem scivissent certitudinis veritatem, prout eidem vestre personali presencie dictum extitisset, dempto certo numero pecuniarum, et sicut tenore litterarum vestrarum per omnia continetur predictarum. Datum octavo die diej inquisicionis prenotate. Anno domini supradicto.

S'a publicat prin Com. Jos. Teleky: Hunyadiak kora t. XII. pag. 110. şi 113.

319.

1480. 10. Juniu. Mandatul judelui Curiei regesci pentru introducerea lui Bartholomei Dragfi de Beltek in posesiunea moşielor Bedeu, Belavar, Kriva, Taras, Apşa de sus, Apşa de jos, Bocicou, Crăciunesci, Biserică Alba, Bărsană, Botiza, Şieu, Ruszkova, Vajnahaza, Rona de jos, şi dóue Vişae. Conventul din Lelesz adeveresce, că la tóte aceste moşie s'au redicat contradiceri d'in partea interesaţilor.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bator judex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona magnifici Bartholomei Dragfi de Belteok, quomodo ipse in dominium totalium possessionum, Bedeuhaza, Belavar[1]), Kreva, Tharaz, Felseo-Apsa, Also-Apsa, Baczko, Karacsonfalua, Fejeregyhaz, Barczanfalua, Batizfalua, Sajo, Orozfalu, Vajnahaza, Also-Rona et utriusque Viso vocatarum omnino in comitatu Maramorosiensi existentium, ipsum exponentem jure haereditario concernentium legitime vellet introire[2]). Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes Radul de Somos, aut Georgius de Kalinfalua, sive Michael de Bilkei, sin Georgius seu Iohannes de eadem, nam Simon de Budafalua, namque Stephanus de eadem, quippe Lazarus de Lipche, nempe Michael Stetzko de Bilke, vel Lazarus de Urmezeu, neve Stephanus de Rakolcz aliis absentibus homo regius ad facies dictarum possessionum Bedevhaza, Belavar et aliarum praedictarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum exponentem in dominium earundem statuatque easdem eidem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem spectantibus, praemisso jure eidem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum exponentem regiam in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hoc huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemisse statutioni intererunt, nominibus termino-

que assignato, ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae sabbato proximo ante festum Barnabae apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez, pro magnifico Bartolomeo Dragfy de Belteuk. Introductoriae et statutoriae. Nos itaque praeinsertae petitioni praefati domini comitis Stephani de Bator judicis curiae vestrae serenitatis annuentes ut tenemur, una cum praefato Simone de Budafalua, homine vestrae serenitatis unum ex nobis, videlicet fratrem Martinum presbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Iacobi apostoli proxime praeterito ad facies dictarum possessionum Bedeohaza, Belavar, Kreva, Tharaz et Felseuapsa, tandem autem feria quarta tunc inmediate sequente ad facies possessionum Alsoapsa, Bozko, Karacsonfalua, Fejeregyhaz et Barzanfalua postremo feria quinta similiter hunc inmediate sequenti, ad facies possessionum Batizfalva, Sajo, Orozfalu, Vaynahaza, Alsorona et utraque Visso, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, dum idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente praefatum exponentem, in dominium earumdem introducere, ac easdem eidem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem spectantibus praemisso jure eidem incumbenti perpetuo possidendas statuere voluisset, tunc Ladislaus de Barzanfalua, necnon Vanch Barzan de eadem, ejusdem possessionis Barzanfalua, item Iuga de Sajo ejusdem possessionis Sajo, item Dragus in possessione Batizfalva residentes nominibus et in personis Georgii et Demetrii de Dolha ac Stephanus de Viso in sua ac Simonis de eadem personis possessionis Felsew-vissou, item Andreas de Visso in sua ac Mikola necnon Blasii de Also-Apsa personis, possessionis Also-Visso, item Thivadar in Orozfalu residens, nomine et in persona Stephani de Dolha ejusdem possessiones Orozfalu, item Petrus Pap de Also-Rona ejusdem possessionis Also-Rona, item Ieronimus officialis in Bacsko constitutus, nomine et in persona Ioannis Forintvereo ejusdem possessionis Bacsko, item Simon Pascko de Fejeregyhaz ac Michael Naan de Zlathyna ejusdem possessionis Fejeregyhaz, item Lazarus de Urmezeu ac Bartholomeus de Veresmarth possessionis Felseo-Apsa, item Ioannes de Apsa, possessionis Also-Apsa, item Ioannes Bedeu de Bedeuhaza ejusdem possessionis Bedeuhaza, item Georgius Kathuna nomine et in persona Michaelis Tathul de Kirva, possessionum Belavar, Criva et Tharaz,

item Iohannes de Vaynahaza ejusdem possessionis Vajnahaza, item praedictus Bartholomeus de Veresmart, possessionis Karacsonfalua, item Michael de Petrova et Ioannes de Bedeu possessionis Batizfalva, huiusmodi introductionibus et statutionibus contradictionis velamine obviassent. Propter quod idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ibidem et eisdem locis contradictionum in praescriptis diebus praefatos nobiles contra annotatum exponentem ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturi vestrae serenitatis evocasset in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum sedecimo die diei ultimae evocationis praenoaatae. Anno Domini supradicto.[3][4])

[1]) Belavar=Biloravecz rusesce=Kis-Kirva unguresce; insemnéza cetate albă, urme de cetate nu se cunoscu, dér se vorbesce de ceva fortificățiuni una pe vĕrful unui deal aprópe de sat, altă pe marginea din stănga a riului Taras.

[2]) Bartholomeiu Dragfi era in anul acesta magister pincernarum, și a voit se pună măna pe moșiile altora, póte pe basa literilor d'in anii 1364. și 1373.

[3]) Conventul din Lelesz. (Protocollum statutoriarum D. 213.)

[4]) Din Rona de jos si-a produs nobilitatea la anul 1752. familia Tivadar (1482.)

320.

1480. 5. August. Inaintea conventului din Lelesz Georgiu Manăile din Bărbesci, Giula din Feresci și Joan Radul din Cornesci declară, că după ce Joan Leuke din Vad, Petru și Dionisiu Bud din Budesci și Georgiu Tamaș din Sĕrbi pentru nesce fapte potentiarie și injurie au fost judecați, și opriți de a reține moșia Comorzană și prediul Kekemezeu, acestii au restituit loru și lui Georgiu din Călinesci acele, retrag procesul și pentru cele intĕmplate ii liberéză.

. . . . . . : Quod Georgius Manayle de Bartfalva ac Gyula de Fejerfalva, et Ioannes Radol de Somosfalva, coram nobis personaliter constituti onera et quaelibet gravamina universorum fratrum ipsorum, quos scilicet infrascriptum tangeret negotium ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumendo, sunt confessi in hunc modum. Quod-

licet ipsi Ioannem Leoke de Farkasreve, ac Petrum et Dionisium Bud de Budfalva et Georgium Tamas dictum de Zerfalva ratione nonnullorum negotiorum et actuum potentiariorum, ac aliarum injuriarum convicuerint in causam, necnon licet eosdem a detentione et conservatione possessionis Kamarzanfalva ac praedy Kekemezu in comitatu Maramarosiensi existentis coram nobis facie ad faciem repertos prohibuerint, tamen quia iidem Ioannes, Leoke, Petrus et Dionisius Bud, ac Georgius Tamas illas totales portiones possessionarias in eisdem possessione et praedio habitas, a quibus eos prohibuisse cernerentur, mediantibus aliis literis nostris remisissent ipsis Georgio Manayla et Gyulae ac Ioanni Radol, necnon Georgio de Kalinfalva, ideo ipsi causam praenotatam simul et personalem prohibitionem contra eosdem Ioannem Leoke, et alios praedictos retractassent et condescendissent, eosdem etiam Iohannem Leoke, Petrum et Dionisium Bud et Georgium Tamas, de et super eisdem personali prohibitione ac negotiis ac actibus potentiariis, cunctis etiam aliis malis qualitercunque per eosdem contra ipsos Georgium Monayla et Gyulam, ac Ioannem Radol usque haec tempora factis et commissis quietos reddidissent et commisissent expeditos. Imo quietos reddiderunt et expeditos commiserunt coram nobis, vigore et testimonio praesentium mediante. Datum in festo beatae Mariae virginis de Nive. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Din processul productionale al lui Joan, Ursul şi Paul Jurka din Călinesci. (In archivul Comitatului III. 1782/30.)

321.

1480. 29. August. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Bartholomei, Nicolae şi Petru Dragfy de Beltek in drepturile regesci asupra moşielor Giulesci, Crăcesci, Hernicesci, Doroslofalva, Desesci, Nires de sus, Nires de jos, ce le ţinu occupate românii Michail şi Georgiu Ficze, Giula şi Perse. Conventul din Lelesz adeveresce, că numiţii posesori au protestat in contra introducerei.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis fidelis nostri egregii Bartholomaei Dragfy de Beltheuk aulae nostrae familiaris, per eum primum sacrae dicti regni nostri Hungariae coronae, tandemque Majestati nostrae cum summae fidelitatis costantia exhibitis et inpensis, totum et omne jus nostrumr egium, si quod in possessionibus Gyulafalva, Karacsonfalva[1]), Hernecsfalva, Dorozlofalva, Dezefalva, Also-Nyres et Felse-Nyres[2]) vocatis omnino in comitatu Maramorosiensi habitis, quae nunc apud manus Michaelis et Georgii Ficze necnon Gyula et Perse valachorum jurium nostrorum regalium celatorum occupative haberi dicuntur[3]), qualitercunque haberemus, et nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent majestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memoratis Bartholomaeo Dragfy de Beltheok et per eum Nicolao genitori et Petro fratri suis carnalibus ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum, in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium dictarum possessionum nomine dicti juris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum hominem legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestrae harum serie firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius Zovardfy de Maghfalva, vel Nicolaus de Fanchika, aut alter Nicolaus Zowardfy de Ardo vel Paulus de Palad, aut Foris de Zirma, vel Stephanus de Mogyfalva, aut Paulus de Gerkeny, vel Matheus Zolthany de Chepe, aut Mathaeus de Zirma vel Michael Both de Bothfalva aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum vicinis et commetaneis earumdem universis

inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Bartholomaeum Dragfy de Beltheok ac Nicolaum genitorem et Petrum fratrem ejusdem in dominium dicti juris nostri regii in eisdem habiti, statuatque easdem eisdem nomine praefati juris nostri regii in eisdem habiti praemissae nostrae donationis titulo ipsis incumbenti, perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, eosdem contra annotatos Bartholomaeum ac Nicolaum et Petrum Dragffy ad terminum competentem nostram personalem evocet in praesentiam, rationem contradictionis eorumdem reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens nostrae dictae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo Beatae Margarethae virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, regnorum nostrorum Hungariae etc. vigesimo tertio, Bohemiae vero duodecimo. Lecta. Nos itaque praeinsertis praeceptis et mandatis vestrae serenitatis obedientes, ut tenemur, una cum praefato Michaele Both de Bothfalva, homine vestrae serenitatis, unum ex nobis, videlicet fratrem Dominicum presbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in vigilia assumtionis beatae Mariae virginis proxime praeteriti ad facies praescriptarum possessionum D . . . . Gyulafalva, Karacsonfalva et aliarum praescriptarum accedentes, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, dum idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente praefatos Bartholomaeum ac Nicolaum et Petrum Dragfy in dominium dicti juris regii vestrae serenitatis introducere ac easdem eisdem nomine praefati juris regii vestrae serenitatis in eisdem habiti praemissae vestrae donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo statuere voluissent, tunc dictus Gyula Ficze de Fejerfalva praescriptarum possessionum Gyulafalva, Dorozlofalva, Dezefalva ac medietatum possessionum Hernechfalva et Karacsonfalva, item ipse idem Gyula Ficze in sua ac praefati Demetrii Perse de Gyulafalva, necnon Moisi de Nires praescriptae possessionis Felső-Nires, idem ipse idem Gyula in persona praefati Georgii Ficze medietatis praescriptae possessionis Also-Nires introductionibus hujusmodi et statutionibus contradictionis velamine obviassent, propter quod iidem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ibidem scilicet in loco hujusmodi contradictionis

eadem die eosdem Gyulam, Georgium Ficze ac Demetrium pro se et Moyse de Nires contra annotatos Bartholomaeun Dragfy ac Nicolaum genitorem, et Petrum fratrem ejusdem ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc proxime venturi vestrae serenitatis personalem evocasset in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum sedecimo die diei evocationis praenotatae. Anno Domini supradicto[4]).

[1]) Crăciunesci s'a scris din greșéla in loc de Crăcesci.

[2]) Satele Doroslofalva și Nireș de mult nu există.

[3]) Dreptul românilor numiți era incontestabil, cum ne dovedesc diplomele aci publicate; dér la sférșitul secolului XV. și la inceputul secolului XVI. se arétă nesuința nobilimei celei mare de a apesa și a aduce la servitute pe nobilii cei mici; asta a servit apoi de motivul la acea, că mai toți nobilii din Maramureș s'au alăturat la rescóla țeranilor d'in anul 1514. (vedi decretul d'in acest an artic. 34.)

[4]) Conventul din Lelesz. (Protocollum statutoriarum. D. No 218.)

322.

1481. 13. Juliu. Literile Comitatului, prin care se recunósce că Georgiu din Dolha s'a introdus in posesiunea unei părți a moșiei Văncesci, ce a fost a lui Stefan fiul lui Georgiu din Văncesci.

Nos Iohannes et Martinus, Petrus Yfyw ac Stephanus Zabo vicecomites comitatus Maramarusiensis necnon Dywla Fycha de Dywlafalwa, Iohannes Bank de Zarwazo, Bogdan de Nyaghway et Michael de Dragumyr quatuor judlium prefati comitatus Maramarusiensis, damus pro memoria, quod Georgius de Dolha coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quod porcio possessionaria Stephani condam Georgy de Wancafalwa in eadem possessione habita, cum omnibus utilitatibus et proventibus ipsum juridice concerneret. Quum nos proposiciones ipsius Georgy cognovimus fore iustas et legi consonas, eundem Georgium de prefata Dolha tamquam hereditarium in dominium porcionis prefate possessionarie in eadem possessione Wanchfalwa habite, cum omnibus utilitatibus et proventibus ad ipsam concernentem statuimus possidendam. Datum in festo beati Margarethe virginis anno 1481.

Din originalul scris pe papir, provezut cu dóue sigile, in archivul Comiților Teleky in Gyömrö. (Elench. XX. F. II. No 62.)

323.

1483. 20. Februariu. Buda. Litere judecătoresci și sentenționale ale regelui Mathia Corvinul in causa lui Simeon si Joan Bud, Pinte și Opreșavana din Budesci, in contra lui Georgiu din Călinesci și dómna socia sa Marusca, fiul seu Theodor, și alți mulți carii pe nedrept și cu putere au ocupat moșia Comorzană și una sessiune jobagionale a lui Simeon Bud și a fraților sei, pentru care faptă ei au cădut sub sentenția capitale, ér dómnele au fost judecate la perderea drepturilor lor de posesiune și la solvirea de cincideci de marce homagiale; computăndu-se marca cu patru floreni de aur.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Noveritis quod Iohannes de Selend pro nobilibus Simone, Bwd et Pynthe de Bwdfalwa[1]), ac Iohanne Opressawana dictis de eadem Bwdfalva cum procuratorys literis vestris juridicis continent . . . . . . una cum inquisitoriis, amonitoriis, evocatoriis et insinuatoriis vigesimo quinto die festi epiphaniarum Domini, ad quem scilicet diem universae causae breves regnicolarum nostrorum generaliter fuerant prorogatae, in figura judicii personalis presenciae nostrae comparendo contra Georgium de Calynfalwa ac dominam Marusca consortem et Thywadar filium eiusdem Georgii dictum . . . . . . de eadem Calynfalwa ac Marusca consortem dicti Vana, Radolwana de Somosfalwa, dominas Marina matrem et Annam consortem, necnon Iohannem Koztha, Lwpsa et Mikola filios eiusdem Radwlwana, Gywla Ficze de Feyerfalwa et dominam Malynka consortem eiusdem Gywle, Georgyum Monayla de Bardfalwa . . . . . Sandrinum et Petrum Ztheczk de eadem, ac dominam Annam ipsius Sandrini, et alteram Annam dicti Petri consortes, Michaelem Wyncza de Kamarzanfalwa, et dominam Marusca consortem eiusdem, Petrum de Bwdfalwa ac Dyonisium Germanum et Iohannem filium eiusdem Petri, Myrche de Waynagh, Lwpsa de Bwdfalwa, ac dominas Anka consortem . . . . . . necnon Michaelem Fycze ac dominas Magdalenam consortem eiusdem et Zora matrem eiusdem dominae Magdalenae, quasdam literas vestras inquisitorias, amonitorias, evocatorias et insinuatorias eidem nostre personali praesentiae ad nostram personalem praesentiam ad nostra regia literatoria mandata rescriptas, tenorque earumdem literarum nostrarum regalium hic Budae in festo . . . . .

Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo transacto, praeteritum confectarum, nobis directarum, verbaliter in se habentium asserendo actionem et propositionem dictorum actorum literis contineri in eisdem, eidem nostre personali praesentiae praesentavit declarando, quod in personis praefatorum actorum nobis dictum extitisset, quomodo circa festum epiphaniarum Domini . . . . . . Georgius de Calynfalwa et domina Marusca consors et Thywadar filius eiusdem Georgii, Vana Nemes dictus, ac Marusca consors dicti Wana ac Radwlwana de Somosfalwa, dominaeque Marina mater, et Anna consors nec non Ioannes Koztha, Lwpsa et Mykola filii eiusdem Radwlwana, Gywla Fycze de Feyerfalwa et domina Malynka consors . . . . . . de Budfalwa et domina Anko consors eiusdem, Sandrinus et Petrus Zthethk de eadem Bardfalwa, ac domina Anna ipsius Sandrini, et altera Anna dicti Petri consortes, Iuryka de Wantsfalwa, Michael Vyncza de Kamarzanfalwa, et domina Maruska consors eiusdem, Petrus de Bwdfalwa, Dyonisius Germanus et Iohannes filius eiusdem Petri, Myrche de Waynagh, Lupsa de Budfalwa et domina Anko consors eiusdem, possessionem praedictorum Symonis, Ioannis Bud et Pynthe de Budfalwa actorum Kamarzanfalva praedictam in comitatu Maramarusiensi existentem, ipsos actores jure perpetuo concernentem, minus iuste pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent etiam de praesenti potentia mediante[2]), praeterea circa festum beati . . . . . . nunc secunda institisset revolutio, praeteritum, Michael Fycze ac dominae Magdalena consors eiusdem et Zora mater ipsius dominae Magdalenae, unam sessionem Iobbagionalem praefati Iohannis Opressa actoris in possessione Budfalva, in eodem comitatu Maramarusiensi existente habitam, in qua tunc Iohannes praevie resedisset, indebite pro se ipsis occupassent . . . . Ioannem Opressa quadraginta florenorum auri dampna inferentes potencia mediante, in praeiudicium et dampnum dictorum actorum valde magnum, super quo fidelitati vestrae firmiter precipiendo mandassemus, quatenus vestrum mitteretis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente homo noster infra declarandus ad prefatum Georgium de Kalynfalwa et alios praenominatos accedendo, ammoneret eosdem, diceretque . . . . . possessionem Karmazanfalva ac unam sessionem Iobbagionalem in possessione Budfalva praefatorum actorum, per ipsos modo praemisso ut dicitur indebite occupatas iuxta disposicionem praelatorum, baronum et regni nostri nobilium super huiusmodi novis occupationibus factam et per nos roboratam, infra triginta dierum spatia a die huiusmodi ammonicionis computanda dictas . . . . . .

eisdem satisfacere deberent et tenerentur. Qui si facerent bene quidem, alioquin eundem Georgium de Kalynfalwa et alios supradictos, ad quintum decimum diem, dicti tricesimi secundi diei nostram personalem evocaret in praesentiam, rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in eodem coram ipsa nostra personali . . . . . . non, eadem ad partis comparentis instantiam id faceret in praemissis, quod Iuri videretur expediri, et post haec huiusmodi inquisitionis, amonitionis, evocationis et insinuationis seriem cum amonitorum et evocatorum nominibus terminum ad praedictum eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescriberetis. Vos itaque praemissis praeceptis et mandatis nostrae serenitatis obedientes ut temenini . . . . . . homine nostrae serenitatis unum ex vobis videlicet fratrem Benedictum presbiterum ad praemissa exequenda vestro pro testimonio duxissetis destinandum, qui tandem exinde ad vos reversi vobis uniformiter retulerunt, quod idem homo nostrae serenitatis ipso vestro testimonio praesente feria quarta poxima post festum Annunciationis beatae Mariae virginis tunc proxime praeteritum in Maramarusiensi comitatu . . . . quibus deceret et opportunum fuisset, diligenter inquirentes, talem de praemissis scivissent et comperissent certitudinem veritatis, quod praemissa facta potentiaria sic et suo modo prout videlicet et quemadmodum tenor literarum nostrarum regalium contineret praescriptarum dempto solum . . . . . . dampnorum specificatorum facta et perpetrata extitissent, habitaque . . . . . Ipso vestro testimonio praesente, memoratos Georgium de Kalinfalva ac dominam Marusca consortem et Thywadar filium eiusdem Georgy in eadem Kalinfalva, Vana Nemes[3]) dictum et Marusca consortem dicti Vana et Radwlwana de Somosfalva[4]), quemlibet eorum in Mykolapathaka, dominas Marinam matrem et . . . . . . Radulvana, quemlibet eorum in eadem Mikolapathaka, Gyula Fyce de Fejerfalva, dominam Malynka, consortem in eadem Mikolapataka, Georgium Monella de Bardfalva . . . . . . Sandrinum et Petrum Zthetz[5]) de eadem, dominas Annam ipsius Sandrini et alteram Annam dicti Petri consortes, quemlibet . . . . . . dominas Marusca consortem ejusdem in eadem Karmazanfalva, Petrum de Budfalva ac Dyonisium Germanum et Ioannem filium ejusdem Petri, Myrche de Vajnagh, Lupsa de . . . . quemlibet eorum in eadem Budfalva, possessionibus quemlibet eorum videlicet in porcione sua possessionaria, in dictis possessionibus habita . . . . ut ipsi praescriptas possessionem Karmazanfalva, ac unam

sessionem jobbagionalem in possessione Bodfalva praefatorum actorum per eosdem ut dictum extitit, occupata . . . . . . baronum et regni nostri nobilium super hujusmodi novis occupationibus, factam et per nos roboratam, infra triginta dierum . . . . . remittere, eisdem satisfacere debeant et teneantur, quos quidem Georgium de Kalynfalva ac dominam Maruska consortem et alios supradictos . . . . . . acquiescere recusantes, propter quod idem Lazarus, homo nostrae serenitatis, ipso vestro testimonio praesente . . . . consortem et Thyvadar filium ejusdem Georgii, in eadem Kalynfalva, Vana Nemes dictum, Marusca consortem ejusdem Vana, quemlibet eorum in Mikolapataka, ac Radulvana . . . . . ipsius Sandrini, et alteram Annam, dicti Petri consortes, quemlibet eorum in Budfalva, Michaelem Vyncha de Kamarzanfalva . . . . Kamarzanfalva[6]), ac Petrum de Bodfalva, Dyonisium Germanum, et Ioannem filium ejusdem Petri Myrche de Vajnagh, Lupsa de Bodfalva et dominam Anko consortem ejusdem, in eadem Bodfalva, necnon Michaelem Fyche, ac dominas Magdalenam consortem ejusdem, et Zora matrem ipsius dominae Magdalenae, in Gyulafalva . . . . . possessionibus, habita et praefatorum actorum, ad quintum decimum diem hujusmodi tricesimi secundi diei, computandum, nostrae serenitatis personalem, evocassent in praesenciam, rationem de praemissis reddituros efficacem. Litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuassetque ibidem et idem, ut sive ipsi, termino in praefixo, coram nostra personali praesentia comparerent, sive non . . . . faceret in praemissis, quod juri videretur expediri et quo quidem decimo quinto die, tricesimi secundi diei festi Epiphaniarum Domini, causa partium praescripta, partes inter easdem, seriebus literarum certarum prorogatoriarum, praelibati Georgius de Kalynfalva, et domina Marusca consors ejusdem, ac alii supra nominati, per praefatum Ioannem de Selend . . . . coram eadem nostra personali praesentia expectati, eandem nostram personalem in praesentiam non venerunt, neque miserunt, sed se mediantibus aliis literis nostris judicialibus exinde confectis, in judiciis aggravari per mittentes: supplicans praefatus procurator, in personis praefatorum actorum, ex parte memoratorum, in causam attractorum, per nos in praemissis, juris aequitatem elargiri . . . . et adversus praelibatos in causam attractos, nobis praescripta querimonia porrecta extitisset, iidemque in causam attracti, praedictos nostrum et vestrum homines, ad praescriptum quintum decimum diem dicti tricesimi secundi diei, legitime evocati et insinuati, praemissa prorogatione sequente, ad prae-

sentem vigesimum quintum diem, dicti festi Epiphaniarum Domini . . . . nostram, eamque judicis eorum ordinarium in praesentiam venire, vel mittere non curasse, sed se in ipsorum culpabilitatis manifestum indicem, a facie juris et justitiae penitus absentes, oneribus judiciorum convinci, et aggravari permisisse, ex praemissis manifeste reperiebantur, propter quod praescriptas possessionem Kamarzanfalva, ac unam sessionem Iobbagionalem . . . . . . per praefatos in causam attractos, a manibus eorumdem actorum indebite occupatas, eisdem actoribus restatui, iidemque in causam attracti pro praemissis ipsorum actibus potentiariis et sententiis capitalibus, praelibatae autem dominae, in causam attractae, juxta statuta dicti regni nostri, similiter in factis potentiariis, ex eoque quod in emenda . . . . . . in marcis homagialibus, singulos ducentus florenos auri facientes, ac amissione Iurium possessionariorum et dotalitiorum, quartalitiorum et rerum parafernalium, rerumque et bonorum earum quarumlibet, ubilibet, intra ambitum dicti regni existencium ipsas solas, proprie et praecise concernentium, convinci et aggravari debere, nobis ac praelatis, baronibus et magistris . . . . . pro eo nos ex scientia nostra speciali, consilioque eorumdem praelatorum, baronum et magistrorum protonotariorum, requisito et assumto praematuro, praescriptas possessionem Karmazanfalva, et unam sessionem jobbagionalem, in praefata Budfalva habitam, praefatis actoribus restatuere committentes, nolentes antefatorum in causam . . . . . . ac indebitas occupationes, et dampnorum illationes, modo praemisso per ipsos temerarie patratorum, simpliciter pertransire, ne alii ab eisdem exemplati, ad similes actus potentiarios, se apponere praesumant, sed potius eorumdem poenalis affictio quoslibet alios a talibus actibus potentiariis inferentes, terreat, retrahat et compescat . . . . exemplum, eosdem in causam attractos, pro praemissis eorum actibus potentiariis, contra et adversus praelibatos actores in factis potentiae et sententiis capitalibus, annotatae autem dominae in causam attractae in facto potentiae, ex eoque in emendis capitum ipsarum, puta singulis quinquaginta marcis homagialibus . . . . florenos auri facientes, tantum modo praefatis actoribus persolvendos, ac amissione universorum jurium possessionariorum, dotalitiorum, quartalitiorum et rerum parafernalium, rerumque et bonorum earumdem mobilium quorumlibet, ubivis intra ambitum dicti regni nostri existentium, ipsas solas, proprie et praecise concernentium in duabus nostris judiciariis, ... actorum partium scilicet adversarum, manibus devolvendorum et redundandorum, convictos et aggra-

vatos fore decernentes et committentes. Fidelitati vestrae igitur firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius de Bulchu, aut Nicolaus vel Ladislaus de . . . . . . Lazarus de Farkasrev, sive Georgius de Suran, neve Antonius de Sasvar, an Mathaeus de Darocz, ceu Gregorius de Began, nempe Franciscus de Obegan, aliis absentibus, homo noster, de Curia nostra regia, per nos ad id specialiter transmissus, ad facies praescriptae possessionis Kamarzanfalva ac unius sessionis jobbagionalis . . . . . . habitas ab eisdem actoribus indebite occupatas, vicinis et commetaneis earumdem universis et praesentibus accedendo, easdem eisdem actoribus restatuat, jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas. Tandem ad facies universorum jurium possessionariorum convictarum, hominibus universis, inibi legitime convocatis et praesen . . . . bonorum legitima reambulatione et condigna aestimatione, exclusis etiam prius portionibus aliorum quorumlibet de eisdem occupet, et primo de rebus et bonis earumdem dominarum convictarum mobilibus, ac tandem, si necesse fuerit, de praescriptis juribus possessionariis, tot et tantum, quot videlicet et quantum, ad valorem praescriptarum singularum . . . . . extendere videbitur separando et excidendo, solummodo praefatis actoribus partium scilicet adversarum manibus det et assignet. Residuitates eorum jurium possessionariorum, ac dotalitiorum, quartalitiorum, necnon rerum parafernalium earumdem dominarum convictarum, si quae super resultaverint, in duabus nostris judiciariis, in tertia vero . . . . . partium scilicet adversarum manibus, tamdiu per nos et easdem partes adversas, donec eaedem a nobis, et ipsorum partibus adversis per hos, quorum redemptioni magis competat, in condigna earumdem aestimatione redimantur, statuat titulo pignoris possidendas, contradictione praefatorum in causam attractorum, et aliorum quorumlibet, praevia ratione . . . . bona eorumdem convictorum, si quas et quae reperire poterunt, modo simili exclusis portionibus aliorum quorumlibet de eisdem auferat, easdem et eadem similiter in duabus nostris judiciariis, in tertia autem partibus praefatorum actorum partium adversarum manibus applicet et assignet, illis autem qui se dicta jura possessionaria, occupata se . . . . . pro termino redemptionis eorumdem vigesimum quintum diem festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi, coram eadem nostra personali praesentia comparendi deputet et assignet, occultorum vero dictarum rerum et bonorum si qui fuerint easdem et eadem ad ammonitionem dictorum nostri et vestri hominum recusaverint, evocet

. . . . personalem in praesentiam, ad vigesimum quintum diem dicti festi beati Iacobi Apostoli legitime perdurantem, rationem occultationis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi possessionariae restatutionis, occupationis, aestimationis ac homagii solutionis, rerumque et bonorum . . . . dicta jura possessionaria redimere velle asserentium, ac occultatorum et evocatorum, si qui fuerint nominibus, ut fuerit expediens ad praescriptum vigesimum quintum diem, ejusdem festi beati Iacobi Apostoli legitime perdurantem, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae vigesimo secundo die termini praenotati. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio[7]).

[1]) Pinte familiă nobile din Budesci, şi-a produs nobilitatea sa inaintea comitatului in anii 1763—1768. Din acésta familiă s'a tras vestitul Gregoriu Pinte eroul baladelor populare (†1703.) Veḑi despre dĕnsul Baladele culese de At.-Marienescu. Pesta 1859. şi Memoarele Prinţiului Fr. Rákoczy traduse de Carol Ráth. Györ 1861. In legatură cu familiă Pinte din Budesci, moşia situată sub munţii Gutiul şi Sermetesul, se face amintire de datină getică seu dacică in următóriă diplomă:

Nos Ladislaus Rad de Somos vicecomes, Thomas de Iod, Iohannes Czyple de Fejerfalva, Stephanus Pap de Szarvaszo et Thomas Sztojka de Csomanfalva judlium comitatus Maramorosiensis memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis, quod cum nos feria tertia proxima ante festum divae Margarethae proxime transactum in oppido Szigeth, die et loco sedis nostrae judiciariae, pro faciendo causantium moderativo judicio pro tribunali consedissemus, ex tunc nobilis Ioannes Rad de Somos judlium superioris anni praesente etiam Iohanne Czyple de Fejerfalva judlium praesentis anni in nostrum judicialium personaliter accedentes conspectum, fide sua mediante fassus est ac retulit nobis in hunc modum. Quomodo nobilis Lucas Tibil et domina Paraszkha consors providi Theodori Teleky de Budfalva ut actores, observata legitima citatione in causam convenissent cum nobilibus Andrea et Iohanne Pintye filio Danyi Pintye de Budfalva . . . . possessionis Budfalva, praesente etiam egregio Georgio Pogany de Cseb, pro tunc vicecomite. Qui praefati actores . . . adversus incattos proposuissent eo, quia incatti mensam avlticam in templo ritu getico exstructam pro se praeoccupassent, quo audito incatti annotati, se non potentia mediante, sed ad provocationem fratrum condivisionalium mensae adhaesisse affirmassent, ipsosque fratres sponte admisisse participasseque. Imo etiam via iuris participes mensae effecti fuissent, super quo litteras adjudicatorias de sede judiciaria rite emanatas statim produxissent, et ideo onus potentiae in ipsos actores retorsissent. Tali inter ipsas partes per dictum judlium habita deliberatione, ut ipsi memorati jncatti in dominio et usu mensae praescriptae in templo possessionis Budfalva habitae, semper fore persistereque deberent. Quia vero ipsi actores fati eosdem incattos ab usu mensae amoventes interturbassent, causamque semel sopitam movissent, in onere florenorum duodecim gravati extitissent eo facto, qua nostra judiciaria deliberatione, ambae partes contentae fuissent. In cujus rei memoriam et firmitatem litteras nostras adjudicatorias praefatis incattis Andreae et Iohanni Pintye

de Budfalva ad jnstantiam eorundem, posteritatibusque eorundem universis dandas duximus . . . . . harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in oppido Szigeth supra dicto dieque praescripto. Anno Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo sexto. (Ex processu Basilii Tibil de Budfalva, III. 1780/31.)

[2]) In astfeliu de procese violenţiale era lăsată in voia părţilor (decretul tripartit II. 55.) de a se impăca şi după judecată. Părţile contrarie s'au impăcat, de órece sentenţia acésta nu avea urmări mai grave.

[3]) Familiele nobile Opriş şi Nemeş stepănescu şi aḑi in Călinesci.

[4]) Radulvana=Joan fiul lui Rad era din familia nobilă Rad din Cornesci, din care au eşit mulţi bărbaţi de frunte; acésta familia de şi in stare de ţerani stepănesce si aḑi in Cornesci.

[5]) Familiele nobile Monaila şi Steţi stepănescu şi aḑi in Bărbesci.

[6]) Comorzană se numia partea superióră a comunei Sĕrbi.

[7]) Din transscrisul autentic al requisitorilor literilor mănăstirei din Cluş, dat in 30. Novembre 1728. la cererea nobililor Demetriu Pop asessor la sedria Comitatului, Ladislau Tamaş şi Lupu Bud toţi din Budesci.

324.

1483. 17. Mai. Conventul din Lelesz adeveresce, că in urma judecăţei regelui Mathia Corvinul a restatuat pe Simeon şi Joan Bud, Pinte şi Joan numit Opressavana din Budesci in moşia Comorzană şi una sesiune jobagionale in Budesci, occupate cu putere prin Georgiu din Călinesci şi alţi soci ai lui.

Nos Conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos summo cum honore receptis literis . . . . domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae Bohemiae etc. adjudicatoriis et sententionalibus, modum et formam judiciariae deliberationis, quarumdam possessionariarum restatutionis, occupationis, aestimationis, homagiorum solutionis rerum . . . . et bonorum ablationis per regium et nostrum homines exequi debendae in se exprimentibus Budae . . . . scilicet, vigesimum quintum diem festi epiphaniarum Domini, proxime praeteriti, pro parte nobilium Simonis et Ioannis Bud, ac Pynthe de Bodfalva, ac Ioannis Oppressavana dicti, de eadem Bodfalva ut actorum, contra Georgium de Kalinfalva ac dominam Marusca consortem et Thyvadar . . . . . Vana Nemes dictum de eadem Kalinfalva, ac Marusca consortem dicti Vana, Radulvana de Somosfalva dominasque Marinam matrem et Annam consortem, necnon Ioannem, Koztha, Lupsa et Mikola, filios ejusdem Radulvana, Gyula Fyce de Fejerfalva et domi-

nam Malinka consortem ejusdem Gyulae, Georgium . . . . de Bodfalva et dominam Anko consortem ejusdem, Sandrinum et Petrum Zthechk de eadem, ac Dominam Annam ipsius Sandrini et alteram Annam dicti Petri consortes, Michaelem Vyncza de Karmozanfalva et Dominam Maruska consortem ejusdem, Petrum de Bodfalva, ac Dyonisium Germanum et Iohannem filium ejusdem Petri, Myrche de Vajnagh . . . . et dominam Anko consortem ejusdem, nec non Michaelem Fyce ac dominas Magdalenam consortem ejusdem et Zora matrem ejusdem dominae Magdalenae ut in causam attractos, confectis et emanatis nobisque loquentibus et datis, quas habita seriei executione capite sigilli nostri consignatum his literis nostris executionalibus, in adjudicatione . . . . circa vigesimum quintum diem festi beati Iacobi apostoli, proxime venturi fiendum, in eisdem literis adjudicatoriis praefixum, in specie producenda exhibendi restituimus, juxta quandam continenciam earum, una cum Antonio de Sasvar, homine ejusdem domini regis, in eisdem literis adjudicatoriis conscripto, per eundemque dominum regem de Curia . . . . . transmisso, unum ex nobis videlicet fratrem Ioannem praesbiterum, ad contenta earumdem literarum adjudicatoriarum exequenda nostro pro testimonio, duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt: quod ipsi feria tertia proxima post festum beatae Sophiae viduae proxime praeteritum ad facies possessionis Kamarzanfalva . . . . . . unius sessionis jobbagionalis in possessione Budfalva, in comitatu Maramarusiensi existente habitae, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis, ipso nostro testimonio praesente, easdem possessionem et sessionem jobbagionalem, praefatis actoribus, jure ipsis ex continentia praescriptarum literarum adjudicatoriarum attinentes, perpetuo restatuisset possidendas, contradictione quorumlibet praevia ratione non obstante. In cujus rei testimonium praesentes literas pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas: Datum decimo die diei executionis praenotatae. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio.

Vedi diploma precedentă. Din Budesci şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Pop (1505.) Bud (1505.) Marinka (1594.) Pinte (1494.) Vincz (1505.) Oprissa (1494.) Cupşa (1609.) Ciceu (1613.) Oniţia (1642.) Berinde (1587.); la anii 1763—1768. familiele: Tamaş, Balin, Nemeş, Şandor, Duma, Berciu şi German (1351.); la anii 1763—1768. familia Giurgiu (György 1658.)

325.

1484. 10. August. Sziget. Magistratul Comitatului adeveresce, că Vasilie din Apşa cu socia sa Motre, şi cu fiii sei Michail, Tivadar, Zimo, Lassen mai incolo Dómna Veronica vidua lui Lazar din Apşa cu fiul seu Michail s'au introdus fără contradicere in părtea a patra a moşielor Apşa de mijlocu şi Apşa de jos, care părţi i-sau judecat lui Vasilie după lege prin Sedria Comitatului.

Nos Thomas Vass castellanus de Rona necnon vice comes Maramarusiensis, Ioannes Bank de Zarvazo, Dancsul, Tivadar, Gyula quatuor judices nobilium comitatus Maramarusiensis, damus pro memoria quibus expedit universis et singulis tenore praesentium significantes, quod Vasil[1]) de Apsa in sua, et Motre[2]) uxoris suae, Michaelis Tyvadar, Zimo,[3]) Lassen[4]) filiorum et dominae Veronicae relictae quondam Lazari de eadem Apsa, et filii ejusdem praetactae dominae Veronlcae videlicet Michaelis personis, coram nobis constitutus, conquerens nobis, et petens debita cum instantia, ut eundem cum praescriptis in dominium quartarum partium infrascriptarum possessionum videlicet Kozepso-Apsa et Also-Apsa constitueremus, collocaremus et statueremus jure mediante, ac secundum consvetudinem sedis nostrae.[5]) Quas portiones vel partes idem Vasil juris ordine persequendo coram nobis in sede nostra judiciaria reabtinuerat. Nos vero percipientes ejus paupertatem ac ipsius querimonys obedientes die dominico in festo beati Iacobi apostoli accessimus in facies praescriptarum sessionum cum commetaneis et vicinis ejusdem. Nullo contradictore apparente, ac stante statuimus ac collocavimus in dominium, ac utensionem quartae partis ac portionis praelibatarum sessionum cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ut puta, terris arabilibus, pratis et foenetis, sylvis et nemoribus, montibus et vallibus necnon alpibus, aquis et aquarum decursibus in filios filiorum, haeredum successorumque in perpetuum obtinendam, regendam pariter et habendam, vigore et testimonio praesentium mediante. Ex Szigeth feria tertia in festo beati Laurentii Martyris. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.[6])

[1]) Vasil=Basilius=Vlad=Uladislaus=László=Ulászló=Laczk.

[2]) Motre=Marta.

[3]) Zimo=Simo=Simeon.

[4]) Lassen=Vlasln=Blaşiu.

[5]) „Secundum consvetudinem sedis nostrae" se referesce la acea, că introducerea se făcea de regulă la mandatul regelui prin homo regius şi trămisul conventului, ér la noi era obiceiu a se face introducerea şi prin universitatea seu magistratul comitatului, cum am vezut la anul 1349.

[6]) Conventul din Lelesz. (Protocollum Actorum anni 1765. fol. 20. No. 18.)

326.

1485. 3. Juliu. Vienna. Mandatul regelui Mathia Corvinul cătră conventul din Lelesz, ca se cerceteze plănsórea lui Nicolae fiul lui Michail din Dolha, in contra fiilor lui Ambrosiu din Dolha, carii ţinu părţile lor de moşie din Dolha, Rosalia, Strimtura, Poiana Mare, şi Poiana mică occupate prin Ambrosiu.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Exponitur nobis in persona Nicolaj fily condam Michaelis de Dolha, quomodo in anno cuius jam decima octava vel citra instaret revolucio, condam Ambrosius de Dolha, dum adhuc supervixisset, ex consensu et voluntate Ladislai, Gregory et Benedicti Bereghy de Papos, totales porciones possessionarias prefati condam Michaelis de Dolha patris ut puta dicti Nicolai exponentis, in possessionibus Dolha predicta ac Rozalya, Zurdok, Naghpolyna et Kispolyna vocatis omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, minus juste et indebite pro se occupasset, occupatasque quo usque supervixisset, semper potencialiter tenuisset, prout nunc easdem porciones possessionarias Georgius, Ladislaus, Ioannes et Petrus fily eiusdem condam Ambrosy occupative tenerent, et eisdem uterentur eciam de presenti, potencia mediante in prejudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius filius Nicolai de Bilke, Michael, Ladislaus de Dobroka . . . . alys absentibus homo noster, scita prius premissorum mera veritate, evocet prefatos Georgium et fratres suos de dicta Dolha contra annotatum Nicolaum de eadem Dolha, ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturas, nostram personalem in presentiam, racionem de premissis

reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Et post hec huiusmodi inquisitionis et evocationis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad predictas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Wyennae die Dominica proxima post festum Visitacionis Beatissimae Mariae Virginis Anno Domini M^{0} CCCC^{0} LXXX^{0} quinto.

Conventul din Lelesz. (Actorum No. 7. 1485.) Copia dela Georgiu Petrovay.

327.

1485. 14. Juliu. Vienna. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Albert Literat Therenni din Huszt și a fratelui seu Ambrosiu in posesiunea vălei seu riului Chaholczpataka, intre marginile moșiei Herinco. Introducerea se face fără contraḑicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris. Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie Sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. introductorias et statutorias nobis directas sommo cum honore recepimus in hec verba. Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Alberti literati Therenni de Hwzth et Ambrosy fratris eiusdem, quomodo ipsi in dominium cuiusdam vallis sew rivuli Chaholczpathaka vocati, in tenutis possessionis Herynche vocate in comitatu Maramarosiensi existentis habite, ipsos exponentes ex inscriptione nobilium Sandrini et Pauli Thegze de Berezna perpetue emcionis titulo concernentis, legitime vellent introire. Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas de Krychfalwa, vel Stephanus Zthoyka de eadem, aut Simon Lazlo de Fejereghaz, sin Sandrinus Risko de Kewesligeth, sew Simon Bokoch, sive Iohannes Wolaz de Wghlya, neve Simon namque Berthok de Zarwazo, sew Simon de Buthfalwa, alys absentibus homo noster ad facies predicte possessionis Herynche, consequen-

terque prescripte vallis sew rivuli Chaholtzpathaka nuncupati vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos exponentes in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertynencys quibuslibet, premisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens, dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum in civitate nostra Vyenensi, feria quinta proxima post festum beate Margarete Virginis, Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum prefato Andrea de Krychfalwa, homine eiusdem domini regis, unum ex nobis, videlicet fratrem Martinum presbiterum ad premissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in profesto beati Stephani regis et confessoris proxime preterito, ad facies prefate possessionis Herynche, consequenterque prefati vallis seu rivuli Chaholczpathaka, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis ac Simone Bokoch de Vglya, Sandrino Risko de Keweslygeth predictis, et Alberto Magno de Keselewmezew presentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio presente introduxisset prefatos exponentes in dominium eiusdem, statuissetque eandem eisdem, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinencys quibuslibet premisso jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam. Nullo contradictore inibi apparente, legittimis et consvetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei testimonium presentes litteras pendentis, autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die dicte introduccionis et statucionis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Originalul scris pe pergamen se află la Dr. Nicolae Tegze advocatul în Berezna, sigillul pendente lipsesce.

328.

1485. 17. Juliu. Vienna. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea nobililor Sandrin şi Simon din Drăguesci in posesiunea a lor dóue părţi ţinute de dênşii cu drept de moscenire in acea-şi moşia. Se introduc fără contradicere.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam: Dicitur nobis in personis nobilium Sandrini et Simonis de Kevesligeth, quomodo ipsi in dominium directarum et aequalium duarum partium praedictae possessionis Kevesligeth in comitatu Maramorosiensi existentis habitarum, ipsos exponentes jure haereditario concernentium legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Stephanus Voloz, aut Simon de Uglya, vel Stephanus Ztojka de Kricsfalva, sin Sandrinus de Bedeu seu Gregorius de Zaploncza aliis absentibus, homo noster ad faciem dictae possessionis Kevesligeth, consequenterque dictarum directarum duarum partium ejusdem possessionis, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso titulo ipsis incumbente, perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem, nostram personalem in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque, et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum in civitate nostra Viennensi feria quinta proxima post festum beatae Margaretae Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis praefati domini regis obedientes, ut tenemur, una cum praefato Simone de Uglya homine ejusdem domini regis unum ex nobis, videlicet fratrem Laurentium praesbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus

destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo exaltationis sanctae crucis proxime praeterito ad facies praescriptae possessionis Keveslígeth consequenterque praetactactarum directarum duarum partium ejusdem possessionis vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac Simone, Iacobo et dicto Stephano Volaz de Uglya, Ivasko, Andrea ac praedicto Stephano Ztojka de Kricsfalva, necnon Alberto litterato Thereeny de Huszth praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium earundem, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis earumdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consvetis diebus, in facie earundem moram protratrahentibus. In cujus rei testimonium praesentes litteras pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno Domini supradicto[1])[2]).

[1]) La 1. Juniu in acest an a căzut Vienna in mănile regelui.

[2]) Din paria in processul de producţiune al lui Ladislau Risko din Irholcz, şi al lui Petru Roman din Apşa de jos (in Archivul Comitatului III. 1783/49.) In proces se amintesce că magistrul Drag, de la care se numesce satul, a avut doi fii: pe Sandrin şi pe Georgiu, ér Georgiu avuse de fiu pe Roman, de la care se trage familia nobilă Roman; familia nobilă Risko, lăţită a fară de Drăguesci şi in Ieud şi in Rona de jos, s'ar trage de la Sandrin.

329.

1485. 24. Juliu. Vienna. La mandatul regelui Mathia Corvinul dat in Vienna românii Laurenţiu preutul, cu fraţii sei Petru, Bricţiu şi Luca, precum şi Blaşiu, Joan şi Tivadar fiii lui Georgiu Juga din Talabor se introduc fără contradicere in dominiul Keneziatului moşielor Talabor şi Dulfalva.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, Nicolaus Hostfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas

serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. Introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Laurentii presbyteri, Petri, Briccii et Lucae fratrum suorum Valachorum, necnon Blasiy Ioannis et Tivadar, filiorum Georgii Iuga de Talabor, quomodo ipsi in dominium Kenesiatus possessionum Talabor praedictae et Dulfalu in comitatu Maramaros existentium ipsos exponentes omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus Thegze de Berezna, aut Paulus similiter Thegze . . . vel Michael sin Paulus de Dobroka, seu Koztha de Szelesthyr sive Merche de Vajnag aliis absentibus homo noster ad facies praescriptarum possessionum Talabor et Dulfalu, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis ac praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Viennae in festo beatae Christinae virginis et Martyris Anno domini Millesimo quadringentesimo octvagesimo quinto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis praefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum praefato Michaele de Dobroka, homine ejusdem domini regis, unum ex nobis videlicet fratrem Martinum presbyterum ad praemissa exequenda pro nostro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Bartholomaei apostoli proxime praeterito ad facies praescriptarum possessionum Thalabor et Dulfalu vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis ac Simone Baksa et Stefano Voloz de Uglya, Merche et Ioanne de Vajnaag, Stephano, Ioanne, Francisco et Ivasko de Krichfalva, Sandrino et Paulo de Berezna praesentibus accedendo, idem homo praefati domini regis ipso

nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium earumdem, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente legitimis etiam et consvetis diebus in faciebus earundem permanendo. In cujus rei testimonium praesentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini supradicto.

1 Juga=Georgiu.

2) Dominium Kenesiatus insemnéza aci proprietatea absolută de dreptul regescu, de esemplu pentru a aduna partea·a cincidecea din productele pămĕntelor.

3) Sandrinu si Paulu sunt străbunii familiei nobile Tegze care stepănesce moşia Berezna şi astădi.

4) Conventul din Lelesz. (Statutoriarum J. Nus 30.)

330.

1485. 21. Septembre. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul popa Laurenţiu fiul lui Georgiu Juga din Talabor, fiul seu Jacob, fraţii sei Petru, Bricţiu si Blaşiu se introduc in posesiunea moşiei Monyoros lăngă riul Talabor.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hozthfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. Introductorias, statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Laurentii Pap, filii quondam Georgii Iuga de Thalabor, ac Iocobi filii necnon Petri, Bricci et Blasii fratrum ejusdem Laurentii Pap, quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Monyoros vocatae in comitatu Maramorosiensi existentis penes fluvium Thalabor adjacentis, ipsos omnis juris titulo perpetue concernentis legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis

hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus aut Paulus Thegze de Berezna, vel Michael de Dobroka, sin Mirche de Vajnak aliis absentibus homo noster ad faciem dictae totalis possessionis Monyoros, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium ejusdem possessionis, statuatque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure eisdem incumbenti, perpetue possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo beati Mathaei appostoli et evangelistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis praefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum praefato Mirche de Vajnak homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium presbiterum ad praemissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis viva voce retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beatorum undecim millium virginum martyrum proxime praeteritum, ad facies dictae totalis possessionis Monyoros, vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac Stephano Volaz de Uglya, Simone Bokoch, altero Simone Orosz, alteroque Simone de Fejereghaz praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium ejusdem possessionis Monyoros statuissetque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure eisdem incumbenti, perpetuo possidendam, contra dictione quorumlibet praevia ratione non obstante. Legitimis etiam et consvetis diebus in facie ejusdem moram protrahentibus. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentis autenthici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini supradicto.

Conventul din Lelesz. (Statutoriarum J. 31.)

331.

1485. 21. Septembre. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul se face reambularea metelor posesiunei Monyoros in favorul lui Popa Laurenţiu fiul lui Georgiu Juga din Talabor, in favorul fiului seu Jacob, şi al fraţilor sei Petru, Bricţiu şi Blaşiu.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, notitiam praesentium habituris Nicolaus Hosthfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. reambulatorias nobis directas sumpmo cum honore recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia rex Hungariae Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Laurentii Pap filii quondam Georgii Iwga de Thalabor, ac Iakobi filii necnon Petri, Bricci et Blasii fratrum ejusdem Laurentii Pap, quomodo possessio ipsorum Monyoros[1]) vocata in comitatu Maramarosiensi existens, nunc apud manus ipsorum pacifice habita, legitima reambulatione et metarum erectione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo praesente Sandrinus aut Paulus Thegze de Berezna, vel Michael de Dobrowka, sin Myrche de Vaynagh aliis absentibus homo noster ad facies dictae possessionis Monyoros vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter seperatam et distinctam relinquat eandem praefatis exponentibus, jure ipsis incumbenti perpetue possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum conpetentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec huiusmodi possessionariae reambulationis et metarum erectionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae reambulationi et metarum erectioni interfuerunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali prae-

sentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo beati Mathaei apostoli et evangelistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis praefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum praefato Myrche de Vaynak homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium praesbyterum ad praemissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem, exinde ad nos reversi nobis una voce retulerunt . . . . . . ipsi sabbato proximo post festum beatorum undecim millium virginum martirum proxime . . . . ad facies dictae possessionis Monyoros, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi . . . . . . vocatis ac Stephano et Ioanne Ztoika de Krychfalva . . . . Thegze de Berezna praesentibus accedendo, idem homo dicti domini testimonio praesente eandem possessionem Monyoros per suas veras metas . . . . . . novas juxta veteres in locis necessariis erigendo hoc modo reambulassent . . . . incipissent a parte septentrionali in meta Solyomkew apellata penes fluvium Thalabor . . . . . . existente, inde per eundem rivulum Thalabor per meatum antiquum ejusdem per bonum spatium infra descendendo, tandem exit ab eodem fluvio et intrat in quemdam parvum rivulum in eodem fluvio Thalabor exeuntem, et a parte possessionis Wglya existentem, ab inde pergitur et jungitur in quendam fluvium Wglya vocatum, et ab eodem fluvio Wglya vadit directe ad verticem cujusdam montis Domb vocati, deinde super verticem ejusdem montis versus meridiem currendo descendit et jungitur in fluvium Kysthechefew, et dum per eundem fluvium descendendo in oppositum fluvium Sospatak vocatum directe perveniret, exit ab eodem fluvio Kysthechefew et intrat in dictum fluvium Sospatak, tandem per eundem fluvium descendendo jungitur et cadit in praedictum fluvium Thalabor, inde per eundem fluvium per meatum videlicet antiquum ejusdem per bonum spatium descendendo, flectitur et exit in fluvium Hatharpatak dictum ad partes . . . . possessionis Vaynagk tendente, deinde exit ab eodem Hatharpatak . . . a parte meridionali de novo erectam, ab inde vadit per latus unius magni montis in vertice ejusdem et deinde per latus ejusdem progreditur descendendo directe in fluvium . . . . . ab inde per eundem fluvium descendendo jungitur in fluvium Zeklenche, et per eundem ascendendo dum perveniret ad fluvium Malpathak a parte possessionis Krychfalw exit ab eodem, et vadit in praedictum fluvium Thalabor, demum per eundem descendendo jungitur primae metae Solyomkeo, et ibi metae praescriptae possessionis Monyoros terminan-

tur, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatam, et distinctam relinquisset eandem praefatis exponentibus praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, contradictione quorumlibet praevia ratione non obstante, legitimis etiam et consvetis diebus in facie ejusdem moram protrahendo. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei reambulationis praenotatae. Anno Domini supradicto[2][3].

[1]) Moşia Monyoros=Mogyoros aḑi nu e cunoscută; dér intre hotarele aci stătorite nu-se află alte moşie de căt Talaborfalva şi Dulfalva.

[2]) Conventul din Lelesz. (Protocollum Metalium Comitatus Maram. No. 16.)

[3]) Din Kricsfalva şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Darvai alias Kricsfalvi (1600.) Kricsfalvi (1591.) Sztoyka (1505.) Bencze (1590.) Marina (1591.) Din Darva afară de cele amintite familia Pop alias Nemes (1670.) Din Iza tot in anul 1752. familia Izai alias Orosz (1597.)

332.

1485. 30. Septembre. Conventul din Lelesz adeveresce că Sandrinu şi Simon din Drăguesci s'au obligat, că de órece in părţile de moşiă de curĕnd lor resignate se află şi nesce părţi a le lui Roman fiul lui Georgiu din Drăguesci, pentru acea părţile aceste, până ce se vor descumpera, vor remăne neatinse.

Nos Nicolaus praepositus, et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nobiles Sandrinus de Kevesligeth ab una, parte vero ex altera Romanus filius quondam Georgii de eadem Kevesligeth coram nobis personaliter constituti ipse etiam Sandrinus onus, et quodlibet gravamen Simonis de eadem fratris sui . . . . . . ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumens, utrique sunt confessi in hunc modum. Quod libet ipsi Sandrinus et Simon acceptis regis et nostro hominibus proxime praeteritis diebus, se in dominium directarum partium possessionis Kevesligeth jam scriptae in comitatu Maramarosiensi existentis legitime introduci et sibimet statui fecerint,

tamen quia ipse Romanus certas portiones in eisdem duabus partibus possessionis Kevesligeth tam perennali, quam impignoratitio jure mediantibus efficacibus litteris sibimet habere assereret, ideo ipse Sandrinus totales portiones apud manus ipsius Romani suo jure utpote illo perennali et impignoratitio quoad ipsum Romanum spectare dignoscuntur, reliquisset tamdiu habendas donec debita redemptio earundem, redimi scilicet debendarum per ipsum Sandrinum aut alterum adhibebitur. At nihilominus ipse Sandrinus hoc et id nostri in praesentia spopondit, seque obligavit, quod ipse Romanum in eisdem portionibus sibi scilicet attinentibus, ante redemptionem praepedire et inquietare non audeat. Casu vero quo ipse ipsum Romanum in eisdem portionibus, sibi scilicet modo praenotato attinentibus inquietare praesumpserit, ex tunc ipse Sandrinus in aestimatione totalium portionum, contra ipsum Romanum convincatur, et convictus habeatur eo facto. Rursus vero ipse Romanus hoc et id nostri spopondit in praesentia, quod dum ipse Sandrinus totalem portionem ipsi videlicet Romano modo praedicto spectantem et relictam, quae videlicet redimenda fore de jure dignoscitur, ab ipso Romano redimere valuerit, ex tunc ipse Romanus eandem portionem, quae videlicet redimenda et remittenda seu resignanda fore dignoscitur, ipsi Sandrino remittere debeat et teneatur, sub hoc obligamine per ipsum Romanum adjecto, quod si ipse Romanus totalem remittendam portionem ipsi Sandrino legitime videlicet requirenti remittere noluerit, ... s extunc ipse Romanus consimiliter in aestimatione totalis portionis remittendae et redimendae contra ipsum Sandrinum convincatur, et convictus habeatur. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Ieronimi Doctoris. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Din paria in procesul de producţiune al lui Petru Roman din Apşa de jos (în archivul Comitatului III. 1783/49.)

333.

1486. 4. Marțiu. Buda. La mandatul regelui Mathia Corvinul românii: Gostoia cu fiul seu Joan, Șușca cu fiii sei Petru și Michail, și Michail fiul lui Dan se introduc fără contradicere in posesiunea moșiei lor Săcel.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris, Nicolaus Hostfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Volachorum Gosstholyae ac Johannis filii ejusdem et Suska, necnon Petri et Michaelis filiorum ejusdem Suska, ac Michaelis Danfia fratris ipsorum, quod ipsi in dominium totalis possessionis Zachel vocatae in comitatu Maramarosiensi existentis, ipsos jure haereditario concernentis legitime vellent introire, superquo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas de Vysa, aut Michael Kiss, vel Danch Thorkos de Dragomyr aliis absentibus homo noster ad faciem praescriptae possessionis Zachel, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratum Gosstholya et alios praescriptos in dominium ejusdem, statuatque eandam eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure haereditario eisdem incumbente, perpetue possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Gosstholya et alios praenotatos, nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem, et post haec hujusmodi introductionis, et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante Dominicam Laetare. Anno Domini Millesimo quadringentesimo

octuagesimo sexto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis ejusdem domini regis obedientes ut tenemur, una cum praefato Michaele Kiss de Dragomyr, homine ejusdem domini regis, unum ex nobis, videlicet fratrem Joannem praesbiterum ad praemissa fideliter exequenda, nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in dominica Ramis Palmarum proxime praeterita, ad faciem praescriptae possessionis Zachol vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac Nicolao Papp de Vysa, Simone ac Georgio de eadem Vysa[1]), Thorkos Danch de Dragomerfalva praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente, introduxisset memoratum Gosztholya et alios praescriptos in donimium ejusdem possessionis Zachol, statuissetque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure haereditario eisdem incumbenti perpetue possidendam. Nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consvetis diebus in facie ejusdem moram protrahendo. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentis autentici sygilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis. Anno Domini supradicto[2]).

[1]) Familiele nobile Pap şi Simon din Vişeu si-trag originele dela Nicolau Pap şi Şimon din Vişeu numiţi aci.

[2]) Din paria intre actele procesului de producţiune al lui Ladislau şi Michail Şuşca din Săcel, locuitori in Sziget (procesul se află in Archivul Comitatului III. 1785/42.)

334.

1486. 4. Marţiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Joan Wlad, a fiilor sei Nicolae, Theodor şi Nichită; a lui Joan Juga şi a fiilor sei Petru, Toma şi Joan precum şi a lui Blasiu românii din Selisce in posesiunea a lor trei părţi din moşia Selisce ţinute prin dânşii cu drept de moscenire. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris noticiam presencium habituris. Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum

noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissim principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. intro-i ductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in hec verba. Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelesz salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Wolahorum Iohannis Wlaad ac Nicolai, Theodori et Nykythe filiorum eiusdem, necnon Iohannis Iwga, ac Petri, Thoma et Iohannis filiorum eiusdem necnon Blasy fratris eorumdem de Zelysthye, quomodo ipsi in dominium directarum et equalium trium partium possessionis Zelysthye predicte in comitatu Maramorosiensi existentis habite, porcionis scilicet condam Wlaad et Iwga patrum utputa prefatorum Iohannis Wlaad et alterius Iohannis Iwga ipsos jure hereditario concernencium legitime vellent introire. Super quo fidelitait vestre firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas de Wysa, aut Michael Kys vel Danch Thorkos de Dragomyr, alys absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis Zelysthye consequenter prescriptarum directarum et equalium trium parcium eiusdem, porcionis videlicet prefatorum Wlaad et Iwga in eadem habite vi(cinis et conmetaneis) eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Iohannem Iwga et alios (prescriptos in) dominium earundem statuatque easdem eisdem simul cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premisso jure hereditario ipsis incumbente perpetue possidendas (si non fuerit) contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Iohannem ac Nicolaum et alios prescriptos nostram personalem in presenciam ad terminum conpetentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et conmetaneorum qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbato proximo ante Dominicam Letare. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum prefato Michaele Kys de Dragomyd, homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem presbyterum ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante dominicam Ramis Palmarum proxime

preteritam ad faciem predicte possessionis Zelysthye, consequenterque predictarum directarum et equalium trium parcium eiusdem, porcionis videlicet prefatorum Wlaad et Iwga in eadem habite, vicinis et conmetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis ac Nicolao Pap de Wysa, Simone et Georgio de eadem Wysa ac Thorkos Dansh de Dragomerfalva presentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio presente introduxisset memoratos Iohannem Wlaad ac alterum Iohannem Iwga et alios prescriptos in dominium earundem statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisso jure hareditario ipsis incumbente perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente, legitimis eciam et consvetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statutionis prenotatarum. Anno domini supradicto[2])[3]).

[1]) Dela acesti Joan Wlad şi Joan Juga şi-tragu originea lor familiele nobile Vlad şi Juga din Selisce.

[2]) Din originalul scris pe pergamen, provezut cu sigil pendente al nobililor din Selisce. S'a publicat prin Aloysiu Vlad deputat mai apoi jude la tabla regéscă in opul „originea familiei Vlad" Lugoş 1865.

[3]) D'in Selisce şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Vlad (1468.) Juga (1468.) Bulean (1642.) Tutulă (1547.) Matieş; la anii 1763—1768. familiele Ungur (1670.) Tenchiş (1644.) Bondor (1670.) Flore (1584.) Trufan (1584.) Bărcan; la anni 1763—1769. familia Kis.

335.

1486. 4. Marţiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea românului Joan Kis din Selisce, a fratelui seu Demetriu, a fiilor şi nepoţilor sei in posesiunea unui patrariu din moşia Selisce, adecă partea patra ţinută prin Nan tatălu lui Joan Kis. Introducerea se face fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosztfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, salutem in omnium Salvatore. Ad

universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Vlahorum Ioannis Kis, Georgii filii, necnon Petri et Nicolai nepotum, et Demetrii fratris ejusdem necnon Koztha filii ejusdem Demetrii de Zelyste quomodo ipsi in dominium directae et aequalis quartae partis possessionis Zelyste praedictae in comitatu Maramarosiensi existentis habitae, portionis scilicet quondam Nan patris ipsius Ioannis Kis, ipsos jure haereditario concernentis legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas de Visso, aut Michael Kis, vel Dancs Torkos de Dragomir aliis absentibus homo noster, ad faciem praedictae possessionis Zelyste, consequenterque praescriptae directae et aequalis ejusdem quartae partis, portionis videlicet praefati condam Nan in eadem habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratum Ioannem Kis, et alios praedictos in dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure haereditario eisdem incumbente, perpetue possidendas si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem, contra annotatum Iohannem Kis et alios praenominatos nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, dictae nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae sabbatho proximo ante dominicam Laetare. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz pro Iohanne Kis Volaho de Zelyste et aliis introscriptis. Introductoria et statutoria. Nos vero praescriptis praeceptis et mandatis ejusdem Domini regis obedientes ut tenemur una cum praefato Michaele Kis de Dragumer, homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem praesbyterum ad praemissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum ex inde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi

sabbatho proximo ante dominicam Ramis Palmarum proxime praeteritam, ad faciem praescriptae possessionis Zelyste, consequenterque praedictae directae et aequalis quartae partis ejusdem portionis videlicet praefati condam Nan in eadem habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis ac Nicolao Pop de Visso Simone et Georgio de eadem Visso, Thorkos Dancs de Dragomerfalva praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente introduxisset memoratum Ioannem Kis et alios praedictos in dominium ejusdem statuissetque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure haereditario ipsis incumbente perpetue possidendam nullo contradictore inibi apparente, legitimis etiam et consvetis diebus in facie ejusdem moram protrahentibus. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas pendentis authentici sigilli munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini supradicto.

Din transscrisul dat prin Conventul din Lelesz in anul 1762. luna Marțiu; se află la nobilii din Selisce. Tot la dênșii se află si originalele diplomelor de sub numerii 281. și 284.

336.

1486. 3. Decembre. Nobilii Joan fiul lui Vlad și Joan fiul lui Juga din Selisce vênd trei sesiuni, dóue in Selisce și una in Moiseni lui Joan Hathal și fraților sei Ivașko, Nechita și Georgiu pentru 40. fl. de aur căte una, cu condițiune că cumpărătorii se-lu onoreze pe Joan Vlad la serbători de Pasci și de Crăciun cu colaci, ér in ḑiua de Săn-Nicóra cu un prânḑiu bun.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosthffy praepositus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis Joannes filius condam Vlaad, et alter filius condam Juga de Zelysthye coram nobis personaliter constituti, onera et quaelibet gravamina, ipse Johannes

Vlaad, Nicolai, Theodori et Nykyte filiorum, ipse vero Joannes Juga, Petri, Joannis et Thomae consimiliter filiorum, aliorum etiam quorumlibet fratrum et consanguineorum suorum, quos scilicet infrascriptum tangeret negotium, ad eadem infrascripta inviolabiliter observanda in se assummendo, sponte et libere sunt confessi in hunc modum: Quomodo ipsi certis ipsorum agentiis sublevando, ipse Iohannes Vlaad unam sessionem suam, in qua ad praesens Johannes Hathal una cum fratribus suis infrascriptis resideret, in portione sua possessionaria in possessione Zelysthye praescripta, Ipse vero Joannes Juga duas sessiones suas, unam earum jobbagionalem, in qua ad praesens quidam Nicolaus resideret, portione sua possessionaria in eadem possessione Zelysthye, reliquam vero earum desertam, aedificia habentem, in alia portione sua possessionaria in possessione Moyzin vocata, omnino in comitatu Maramuresiensi existente habitam adjacentes, simul cum cunctis singularum sessionum proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utpote arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, foenetis, sylvis, nemoribus, rubetis, vepribus, indaginibus, alpibus, transalpibus, aquis, fluviis, aquarumque decursibus, generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum, utilitatum quovis nominis vocabulo vocitatarum, ad singulas sessiones de jure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus, necnon omni eodem jure nobilitari, quibus ipsi easdem tenuissent et possedissent, praefato Joanni Hathal, necnon Ivasko, Nyikythe et Georgio fratribus eiusdem uterinis, ipsorumque haeredibus universis, in et pro singulis quadraginta florenis auri puri, uti nobis dictum exstitit, plene receptis ab eisdem et levatis, jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas dedissent, donassent et contulissent. Imo dederunt, donaverunt, et contulerunt coram nobis, hac etiam conditione mediante per ipsum Joannem Vlaad adjecta, quod idem Joannes Hathal una cum fratribus suis praedictis, successivis temporibus annuatim in festivitatibus Paschae et Nativitatis Domini ad instar caeterorum jobbagionum ipsi Joanni Vlaad tortas in signum muneris adducere, et ipsum Joannem Vlaad in festo beati Nicolai confessoris, erga domum eorundem invitare, et in uno prandio honorifice tractare et hospitare debeant et teneantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, praesentes literas, pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum die Dominico proximo ante festum beati Ambrosii Doctoris Confessoris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Reprodus din opul „Originea familiei Vlad“ scris de Aloysiu Vlad deputat, mai apoi jude la tabla regéscă, Lugosiu 1865.

337.

1487. 12. Marțiu. Nicolau din Ilosva fiul lui Ladislau inpignoréză prin scrisóre privată părțile sale de moșie in Herince și Lipce lui Albert Nagy locuitoriu in Huszt pentru 24. floreni de aur, reservându-și dreptul de descumpărare.

Nos Nicolaus de Iloswa filius condam Ladislai de eadem Iloswa fatetur per hec manu propria scripta: Quomodo nos pro quibusdam nostris negotiis ad presens urgentibus evitandis portiones nostras possessionarias, videlicet quatuor iobagiones in possessione Herenche et unam desertam, in Lipche unum iobagionem et unam desertam in Marmarosiensi comitatibus exsistentes habitas, simulcum cunctis proventibus, utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, collibus, vepribus, indaginibus, virgultis, alpibus, transalpibus, aquis, fluviis aquarum decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinenciarum utilitatum, quovis nominis vocabulo vocitatarum, ad easdem nostras portiones possessionarias rite ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus Albertho Nagh in oppido Hwsth residenti in viginti quatuor florenis auri nobis per ipsum persolutis, plene ab eodem levatis et integre, pignori obligaui, imo impignoravi, tali modo, ut dum et quandocunque nos Nicolaus de Ilosva prescriptas portiones possessionarias ab eodam Albertho Nagh redimere vellet et valeret, extunc idem Albertus Nagh premissis viginti quatuor florenis auri puri rerum estimatione quarumlibet exclusa, plene et integraliter rehabitis, easdem ipsi absque omni occasione et renitentia aliquali remittere debeat et teneatur resignare; assummens nihilominus ipse Nicolaus de Iloswa suis laboribus et expensis infra tempus redemtionis in pacifico dominio prescriptarum portionum possessionariarum eundem Albertum Nagh contra quoslibet iure mediante impetitores et causidicos iuridice protegere, tueri, et defensare. Presentem cirographum nostrum sub sigillo nostro proprio et autentico consignare ipsi supradicto Alberto Nagh

concessimus vigore et testimonio presentium mediante. Datum in festo beati Gregorii pape, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo, (sic) octuagesimo septimo.

S'a publicat prin Kellemesi Melczer István in collectiunea: Okmányok a Kellemesi Melczer család levéltárából Budapest, 1890. p. 114.

338.

1487. 16. Marțiu. Buda. Mandatul regelui Mathia Corvinul pentru introducerea lui Joan Hathal din Selisce, a fraților sei Ivașko, Nechita și Georgiu precum și a lui Gorzo și fiul seu Toma din Selisce in posesiunea celor trei sessiuni cumperate după cum arătă diploma d'in anul 1486. 3. Decembre. Se introduc fără contradicere.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosthfi praepositus et Conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi domini principis Mathiae Dei gratia etc. statutorias nobis directas, summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Joannis Hathal de Zelysthye, nec non Ivasko, Mykythye, et Georgii fratrum eiusdem Joannis uterinorum, item Gorzo de dicta Zelysthye et Thomae filii eiusdem: quomodo ipsi in dominium ipsorum, dicti videlicet Joannis Hathal, Ivasko, Mikithe et Georgii, quarumdem trium sessionum Jobbagionalium, unius Joannis Wlaad in praefata poossessine Zelysthye et duarum Joannis Juga, unius videlicet in eadem possessione Zelysthye exsistentis in qua ad praesens quidam Nicolaus resideret, et tertiae desertae aedificia habentis in possessione Moysin, siquidem Gorso et Thomas filius eiusdem, unius sessionis seu curiae nobilitaris dicti Joannis Iuga, in praefata possessione Zelysthye omnino in comittatu Maramarosiensi exsistentis habitarum, ipsos exponentes perpetuo emtionis titulo concernentium legitime velent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes manda-

mus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente unus ex electis et juratis nobilibus praedicti comitatus Maramarosiensis tamquam homo noster, ad facies praescriptarum possessionum Zelysthye et Moyzin, consequenterque praescriptarum sessionum nobilitarium et jobbagionalium in eisdem habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem statuatque easdem eisdem, simul cum cunctis earumdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure eisdem incumbenti, perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturi, nostram personalem in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus, octavas ad praedictas eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima ante dominicam Oculi. Anno Domini milesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis domini nostri regis obedientes ut tenemur, una cum Petro Nan de Zlatyna uno ex electis et juratis nobilibus praedicti comitatus Maramarosiensis tamquam homine ejusdem domini regis, unum ex nobis, videlicet fratrem Stephanum praesbiterum ad praemissa exequenda, nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis conformiter retulerunt eo modo: quod ipsi feria secunda proxima post festum Paschae domini proxime praeteritum, ad facies praescriptarum possessionum Zelysthye et Moyzin, consequenterque praefatarum sessionum nobilitariarum et jobbagionalium in iisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis ac Danchul, Nemes, Thyvadar, ac Stephano Deak, Danthol atque Thyvadar Torkos de dicta Dragomerfalva, necnon Simone de Vissa, Andrea et Ztheczk de eadem Vissa praesentibus accedendo, idem homo eiusdem domini regis, ipso nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium earundem, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure eisdem incumbente, perpetuo possidendas nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consuetis diebus in faciebus earundem moram protrahentibus. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno Domini supradicto.

Reprodus din opul: „Originea familiei Vlad“ scris de Aloysiu Vlad deputat mai apoi jude la tabla regéscă. Lugosiu 1865.

339.

1487. 26. Juniu. Szigeth. Magistratul Comitatului și opt nobili aleși adeveresc, că nobilul Georgiu din Șieu cu frate seu Toma au inpignorat dóue sessiuni de jobagi, una in Șieu, altă in Poenile Șieului lui Toma Groza din Ieud pentru 27. floreni de aur.

Nos Stephanus castri Huszt, et Ioannes castelli Rona Castellani, Giula Ficza vicecomes, et quatuor judices nobilium, nec octo nobiles electi comitatus Maramorosiensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod nobilis Georgius de Sajo, cum Thoma fratre suo scilicet carnali, coram nobis personaliter constitutis, onera et quaelibet gravamina universorum fratrum, et consanguineorum suorum, quos scilicet praesens tangeret negotium, ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumendo proposuit, et sponte confessus est in hunc modum: Quomodo ipse necessitatibus suis evitandis duas sessiones jobbagionales, unam in eadem Sajo, et aliam in Pojana possessionibus in comitatu Maramarosiensi habitas et existentes, simul cum cunctis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, scilicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, montibus, collibus, vallibus, valliumque promonthorys, alpibus, aquis, stagnis, fluvys, piscaturis et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem jure et legitime spectantibus et spectare debentibus, nobili Thomae Groza de Iod, in et pro viginti septem florenis auri, ab eodem receptis et levatis, aestimatione rerum quarumlibet exclusa redimendae pignori obligasset, obligaveruntque coram nobis, tali vinculo interserto, ut dum et quando ipsi Georgius et Thomas dictas sessiones redimere valerent, extunc idem Thomas Groza rehabitis dictis viginti septem florenis in prompta pecunia, absque scilicet rerum quarumlibet aestimatione easdem eisdem sine litigio et juris processu remittere debeat et teneatur, assumserunt nihilominus iidem Georgius et Thomas, annotatum Thomam Groza in pacifico dominio praescriptarum sessionum tueri et defensare

propriis suis laboribus et expensis, vigore et testimonio praesentium mediante. Datum in Szigeth in sede nostra judiciaria feria tertia videlicet post Ioannis Baptistae, Anno domini millesimo, quadringentesimo octuagesimo septimo.

Din transscrisul autentic in actele procesului producționale lui Ursul Giurgiu din Poeni, Andrea și alți Giurgiu din Călinesci numiți Tenchiș (Archivul Comitatului III. 1784/46.)

340.

1487. 20. Novembre. Buda. Mandatul judelui Curiei regesci către Conventul din Lelesz, ca se citeze din nou pe Georgiu, Ladislau, Petru și Nicolau, Joan și alt Petru din Dolha, Bartholomeu din Veresmart, Petru Nan din Zlatina, Andrea din Vișeu, pe Bărsan și pe Sandrin din Bedeu, ca se-și arete documentele lor privitóre la moșiile Bedeu, Belavar, Apșa de sus, Crăciunesci, Băserică albă, Botiza, Șieu, Ruszkova, Rona și dóue Vișae pretinse prin Bartholomeu Dragffy din Beltek.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bathor judex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae (Croatiae etc,) amicitiam paratam cum honore. Quod cum ob contradictoriam inhibitionem statutionis possessionum Bedehaza, Belovar . . . . . Felső-Apsa, Karacsonfalva, Fejeregyhaz . . . . . Batizfalva, Sajo, Oroszfalu, ... Rona et utrarumque Visso vocatarum in comitatu Maramarosiensi existentium (magnificum) Bartholomeum Dragfy de Beltek ut dicitur (jure) haereditario concernentium idem Bartholomeus (Dragfy) evocationis modum observando Georgium, Ladislaum (Petrum) et Nicolaum ac Iohannem (et alterum Petrum) de Dolha, Bartholomeum (de Veresmarth, Petrum Nan) de Zlatina, Andream de (Viso, Borzan dictum) et Sandrinum de Bedeu (ad octavas beati Georgii) martyris in Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto transacto praeteritas (nostram) in praesentiam traxisset in causam, et ab eisdem octavis causa parcium praescriptae partes inter easdem . . . . . . prorogator . . . . . ventillata ad octavas festi beati Michaelis Archangeli in anno proxime

transacto praeteritas dilativa devenisset. Quibus instantibus Georgius de Doba pro ante fato Bartholomeo Dragfy de Beltek actore cum procuratorys literis praefati domini nostri regis nostram veniens in praesentiam, rationem praemissae contradictoriae inhibitionis assignari postularat coram nobis per in causam attractos praenatatos. Quo audito Georgius de Oroszy pro annotatis Georgio Ladislao, Petro, Nicolao, Ioanne et altero Petro de Dolha ac alys praedictis in causam attractis cum procuratorys literis vestris in nostram exurgendo praesentiam responderat ex adverso: Quomodo tempore praemissae possessionariae statutionis antefato Bartholomeo Dragfy actori fiendae in personis eorundem in causam attractorum pro eo facta extitisset contradictio praenotata, nam iidem in causam attracti super praemissis possessionibus, efficacissimas haberent literas et literalia instrumenta, quas et quae non attunc, sed in termino ulteriori per nos eisdem dando coram nobis producere et exhiberi prompti essent et parati. Pro eo his perceptis judicando commiseramus eo modo, ut annotati Georgius, Ladislaus, Petrus, Nicolaus, Ioannes et alter Petrus de Dolha ac aly praetacti in causam attracti universas literas et literalia ipsorum instrumenta, si quos et quae in facto praescriptarum possessionum pro ipsorum parte haberent confectas et emanata, in octavis festi beati Georgy martyris tunc venturi coram nobis producere et exhibere deberent et tenerentur contra actorem praenotatum, quibus visis judicium et justitiam facere velleremus inter partes in praemissis dictante juris equitate. A quibus quidem octavis dicti festi beati Georgy martyris instrumentalis exhibitio partes inter easdem seriebus literarum nostrarum prorogatoriarum protelata ultimate ad praesentes octavas festi beati Michaelis archangeli dilativa devenisset. Tandem ipsis octavis instantibus Georgius, Ladislaus, Petrus, Nicolaus, Ioannes et alter Petrus de Dolha, Bartholomeus de Veresmarth Petrus (Nan) de Zlatina, Andreas de Viso, Barzan dictus, et Sandrinus de Bede in causam attracti per praefatum Georgium de Doba legitimum procuratorem dicti Bartholomei Dragfy actoris . . . . . congruis diebus . . . . . coram nobis expectati praemissas litteras et litteralia ipsorum instrumenta per eosdem exhiberi assumptas et assumpta exhibituri nostram in praesentiam non venerunt, neque miserunt se mediantibus aliis literis nostris judicialibus exinde confectis in judicys aggravari permitten . . . . Postulans praefatus procurator dicti Bartholomaei actoris eidem ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in praemissis judicium et justiciam elargiri, et quia praefati Georgius, Ladislaus, Petrus, Nicolaus,

Ioannes et alter Petrus de Dolha et aly in causam attracti ad praemissa . . . . . . videbantur, pro eo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente unus ex juratis electis nobilibus dicti comitatus Maramarosiensis, tamquam homo regius, memoratos Georgium, Ladislaum, Petrum, Nicolaum, Ioannem et alterum Petrum de Dolha et alios supra nominatos praemissas literas et literalia ipsorum instrumenta exhibituros ac de judicys triginta marcarum nobis et parti adversae satis facturos contra annotatum Bartholomeum Dragfy de Beltek actorem ad octavas festi beaty Georgy martyris nunc ventury regiam evocet in praesentiam. Et post haec hujusmodi evocationis seriem cum evocatorum nominibus, ut fuerit expediens octavas ad praedictas dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae quadringentesimo nono die octavarum festi beaty Michaelis archangeli praedictarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. *Relationis tandem desuper confectae contentus is est:* Nos itaque praeinsertae petitioni praefati domini comitis Stephani de Bathor judicis curiae vestrae serenitatis annuentes ut tenemur, una cum Georgio Monaila de Barthfalva uno ex electis et juratis nobilibus dicti comitatus Maramarosiensis tamquam homine eiusdem vestrae serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Ioannem presbyterum juniorem ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis ad fidem, eorum praestitam uniformiter retulerunt eomodo, quod idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente, feria tertia proxima post festum beatorum Tiburcy et Valleriany martirum proxime praeteritum memoratos Petrum Nan de Zlatina in Also-Rona, tandem feria quarta (inmediate) sequenti (Andream) de Wysso in eadem Wysso, Baarzan dictum in eadem Baarzan, Sandrinum, Petrum et Nicolaum, ac Ioannem et alterum Petrum de Dolha in Zurdok, postremo feria quinta (inmediate) sequenti Bartholomeum de Veresmarth in Zarvazo possessionibus quemlibet videlicet eorum in portione sua possessionaria in eisdem habita praemissas literas et literalia ipsorum instrumenta exhibitur . . . . ac de judicys triginta Marcarum praefato domino comiti et parti adversae . . . . . . contra (magnificum) Bartholomeum Dragfy de Beltek actorem ad dictas octavas festi beati Georgy martyris nunc venturi vestrae serenitatis evocasset in praesentiam . . . . Evocationis praenotatae. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octovo.

Conventul din Lelesz. (Actorum No. 8.) Copia dela Georgiu Petrovay, se află in copia şi intre actele familiei Man. Din Besrică albă şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele Mois (1435.) Zsak, Hrin, Stefanka, in anii 1763—1768. familiele Alb (1580.) Popşa (1593.); in anii 1763—1769. familia Danciu alias Pap (1529.) şi familia Orosz III. 1783/42.

341.

1488. 8. Juliu. Conventul din Lelesz adeveresce, că nobila Dómna Stana, veduva lui Michail Urda din Leordina a impignorat părţile sale de moşie in Leordina, Rosalia şi Poeni fetelor sale dómnelor Maruşka şi Catharina pentru 150. floreni de aur.

Nos Nicolaus Hostfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod nobilis Domina Stana[1]) vocata, relicta quondam Michaelis Urda de Leordina[2]) coram nobis personaliter constituta, est confessa in hunc modum: quomodo ipsa pro quibusdam necesitatibus suis sublevandis directas tres partes sessionis nobilitaris ac tres sessiones jobagionales in quarum una Ostas, in secunda quidam Ioannes et in tertia Lavor ad praesens residerent in dicta Leordina, necnon consimiliter tres aequales partes totalium portionum possessionariarum praefati quondam Michaelis Urda in Rozalia et Polyana possessionibus vocatis, omnino in comitatu Maramarusiensi existentibus, adiacentes apud manus ejusdem Dominae Stana pro dote et rebus parafernalibus suis sibi de eisdem bonis et iuribus possessionariis juxta huius regni Hungariae consvetudinem provenisse debentes, relictas et habitas, simul cum tribus partibus molendini intra metas eiusdem possessionis Leordina devolventis, necnon cunctis aliis proventibus, utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis, fluviis, alpibus, transalpibus generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum utilitatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem tres partes sessionis nobilitaris ac tres sessiones jobagionales et tres partes dictarum totalium portionum possessionariarum de iure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus, nobilibus dominabus Maruska et Catharina vocatis, filiabus videlicet suis ex dicto quondam Michaele

Urda susceptis in et pro centum et quinquaginta florenis auri puri, uti nobis dictum extitit plene receptis ab eisdem et levatis, pignori obligasset et inpignorasset, imo pignori obligavit et inpignoravit coram nobis tali modo, ut dum et quandoqunque hii quorum redemtio magis conpetit, praescriptas singulas tres partes sessionis nobilitaris et totalium portionum possessionariarum ac sessiones jobagionales ab eisdem dominabus Maruska et Catharina redimere vellent et valerent, extunc redimendi habeant facultatem, eaedemque dominae Maruska et Catharina praemissis centum et quinquaginta florenis auri puri, rerum aestimatione quarumlibet exclusa, plene et integraliter rehabitis, easdem singulas tres partes et sessiones jobagionales talibus redimere volentibus absque omni occasione et renitentia aliquali remittere debeant et teneantur resignari, assummendo nihilominus ipsa domina Stana suis laboribus et expensis infra tempus redemtionis in pacifico dominio praescriptarum trium partium sessionis nobilitaris ac portionum possessionariarum et sessionum jobbagionalium easdem Dominas Maruska et Catharina contra quoslibet jure mediante inpetitores et causidicos juridice protegere tueri et ubique expedire, vigore et testimonio presentium literarum nostrarum mediante. Datum feria tertia proxima ante festum beatae Margarethae virginis et martiris anno Domini Millesimo quadringentesimo octvagesimo octavo.[3])

[1]) Stana=Constantina.

[2]) Familia nobilă Urda stepănesce și aḑi in Leordina.

[3]) Conventul din Lelesz. Protocolli actorum anni 1764. folio 126.

342.

1488. 14. Octobre. Szigeth. Magistratul Comitatului adeveresce, că de órece Jaczko d'in Rodna a accusat pe Georgiu și pe fratele acestuia Michail d'in Văncesci, că ar fi omorit pe Joan Goyha fratele seu, accusații s'au justificat prin mărturisirea sub jurămĕnt a lor cincideci de martori.

Nos Ambrosius castelli Rona castellanus et Gyvficza vicecomes comitatus Maramorosiensis nec non Lazarus Jodi, Johannes Radol, Cozma Thivadar de Kezepse Apsa, Simon de Vglya quatuor judlium, ac octo jurati et electi nobiles dicti comitatus memorie commendamus universis quibus expedit, quod licet inter Georgium de Wanchfalwa et Michaelem de eadem fratrem videlicet eiusdem Georgii ab una, parte vero ab altera inter Jaczko de Rodna dira fuit controversionis materia orta . . . . . interempcionis Johannis Goyha fratris dicti Jaczko, quem Johannem Goyha dictus Jaczko asserebat a prefatis Georgio et Michaele fratre suo interemptum fuisse, in super quod comites dicti Georgius et Michael ad domum prefati fratris sui duxissent, quare jam fatus Georgius et Michael de innocencia quod dictum Johannem Goga fratrem dicti Jaczko non interemerunt, nec quovismodo in interfeccione participes fuerunt, nec eciam comites ad domum ipsius duxerunt, quinquagesimorum . . . . Juramentum coram nobis deponentes, se expurgaverunt, de quo dictus Jaczko prefatos Georgium et Michaelem de Vanchfalwa quietos et expeditos commisit. Tali vinculo inter eosdem posito, quod si aliqua parcium prefatam rem in . . . . .. cursu temporum moveret, tunc pars illa parti tolleranti in emenda capitis convincatur eo facto. Ad cujus rei testimonium presentes nostras sigillis nostris munitas concessimus litteras. Datum Zigeth feria tercia ante festum beati Luce evangeliste. Anno domini millesimo quadringentesimo octvagesimo octavo.

Din originalul scris pe papir, provezut cu 5. sigille imprimate. La Joan Jura.

343.

1489. 25. Januariu. Nobilul Steczko fiul lui Nan din Vişeu de sus dăruesce din iubire frăţéscă nobililor Joan Vlaad şi Joan Juga din Selisce jumetatea moşiei Moiseni cu munţii Valcanescu, Cher, Lucăcésă şi jumetatea muntelui Sciol.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosthffy praepositus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod nobilis Zteczko dictus filius condam Nan de Felsö Visso, cuius notitia nos Michael de Petrova et Andreas Kricsfalus assecurarunt, coram nobis personaliter constitutus, onus et quodlibet gravamen Ivanko filii sui ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assummente, sponte et libere est confessus in hunc modum: Quomodo ipse ob sinceram fraternalem amorem, quam erga nobiles Ioannem Vlaad et alterum Ioannem Iuga de Zelysthye, fratres suos gerit et habet specialem, directam et coaequalem medietatem possessionis Moyzin vocatae in comitatu Maramarosiensi existentis, habitam utputa portionem suam in eadem portione spectantem simul cum cunctis proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utpote arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, collibus, aquis, fluviis, aquarumque decursibus, item integris alpibus Valkahavassa, Cherhavas, Lukatshavas et medietate alpis Sthol vocati: generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum, utilitatum quovis nominis vocabulo vocitatarum, ad eandem medietatem possessionis Moyzyn de Iure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus praefato Ioanni Vlaad et alteri Ioanni Iuga fratribus suis, ipsorumque haeredibus et succesoribus universis, in sortem praescriptae fraternalis dilectionis omni jure perpetuo irrevocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam dedisset et contulisset, imo dedit et contulit, nil juris, nilque dominii proprietatem in ea medietate possessionis Moyzin, sibi aut successoribus suis universis reservando sed totum et omne jus, omnemve juris et dominii proprietatem in eosdem, utrumque Ioannem, et eorum successores universos transferendo, pleno jure coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo

conversionis beati Pauli Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

Reprodus din opul: „Originea familiei Vlad" scris de Aloysiu Vlad deputat şi apoi jude la tabla regéscă. Lugosiu 1865.

344.

1489. 13. Februar. Buda. Mandatul judelui Curiei regesci, pentru introducerea lui Sandrin din Văncesci şi a soţiei sale Dómna Sandra in posesiunea jumetaţei de a treia parte din moşia Văncesci.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelesz, comes Stephanus de Bator, judex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Ducisque Austriae amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Sandrini de Wanchfalva et Dominae Sandra[1]) vocatae, consortis ejusdem, quomodo ipsi in dominium medietatis tertiae partis ejusdem possessionis Vanchfalva vocatae in comitatu Maramarosiensi exsistentis ipsos exponentes omnis juris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente unus ex electis juratis nobilibus dicti comitatus Maramarosiensis, tamquam homo regius quem nos Illac ad id juxta vim et formam generalis novi decreti[2]) serie praesentium recedere petimus, ad faciem dictae possessionis Vanchfalva consequenterque medietatis dictae tertiae partis ejusdem, vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium medietatis dictae tertiae partis ejusdem possessionis, statuatque eandem ejisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eandem de jure spectantibus, praemisso titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem regiam in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum

si qui fuerint vicinorumque et conmetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae feria quinta proxima post festum beatae Scholasticae virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.[3])

[1]) Sandra=Alessandrina.

[2]) „Juxta vim generalis novi decreti" se referesce la așă numitul „decretum majus" din anul 1486. art. 8. după care fie care comitat erá dător șĕ alégă 8—10—12 inși pentru indeplinirea sub jurăment a officiului de „homo regius".

[3]) Conventul din Lelesz. (Statutoriarum V. No. 6.)

345.

1489. 28. Mai. Jacobu din Vetes cu frații sei Mathei și Gregoriu recunosc că din zestrea Brigidei, veduei lui Petru din Urmező cuvenite din părțile de moșie in Belezna și Drăguesci, sunt escontentați prin Paul Thegze și Petru Thegze fiul lui Sandrin din Belezna.

Nos Nicolaus de Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Leles memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod egregius Jacobus de Wethes coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina Mathei et Gregory de eadem Wethes fratrum suorum carnalium ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumpmendo, sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo Paulus Thegze de Belezna ac Petrus filius condam Sandrini similiter Thegze de dicta Belezna, de et super dote et rebus parrafernalibus condam nobilis domine Brigide relicte condam Petri de Wrmezew filie videlicet condam Ladislai fily Pauli de dicta Wethes, eisdem Jacobo, Matheo et Gregorio de Wethes per mortem eiusdem domine Brigide de porcione possessionaria dicti condam Petri de Wrmezew (in possessione) dicta Belezna ac duabus sessionibus jobagionalibus eiusdem Petri in Kewesligeth possessionibus vocatis, omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus, nunc apud manus prefatorum Pauli ac Petri Thegze habitis, provenire debentibus, plenam et omnimodam impendissent satisfaccionem.

Superqua quidem satisfaccione ipse Jacobus de Wethes ad plenum contentus eosdem Paulum et Petrum Thegze de et super eisdem dote et rebus paraffernalibus ac solucione et satisfaccione eorundem quietos reddidisset et commisisset expeditos, imo quietos reddidit et expeditos commisit coram nobis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo ascensionis Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Octuagesimo nono.

Originalul scris pe pergamen la Dr. Nicolau Thegze advocatul in Berezna, sigillul lipsesce, scrisórea e stérsa.

346.

1489. 8. Octobre. Inaintea conventului din Lelesz Nicolau fiul lui Ladislau din Ilosva inpignoréză lui Albert Literat din Tereni locuitoriu in Huszt trei sesiuni jobagionale, una sesiune părăsită şi una asemene jobagionale pe care şede un preut ruthen tóte in Herince, şi alte dóue sesiuni jobagionale in Lipce pentru 50. floreni de aur şi cu drept de descumpărare.

Nos Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod nobilis Nicolaus filius condam Ladislai de Ilozwa coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina universorum fratrum et consanguineorum suorum quos infrascriptum tangeret negotium ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assummens est confessus in hunc modum: Quomodo ipse pro quibusdam necessitatibus suis sublevandis quinque sessiones suas jobagionales et unam desertam, tres earum et dictam unam desertam in porcione sua possessionaria in possessione Herynche, nec non duas earum in alia portione sua possessionaria in Lypche vocatis omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus adiacentes, simul cum una sessione jobagionali, in qua quidam Rutenus presbiter ad presens resideret et in quantum ipsum concerneret intra metas dicte possessionis Herynche existentes nec non cunctis proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, aquis, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis, fluviis,

generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum utilitatum, quovis nominis vocabulo vocitatarum ad easdem sessiones jobagionales et desertam de jure et ab antiquo spectantium et pentinere debentium integritatibus, Alberto literato de Therennj in oppido Hwsth residenti in et pro quinquaginta florenis auri puri, uti nobis dictum extitit, plene receptis ab eodem et levatis pignori obligasset et impignorasset, imo pignori obligavit et impignoravit coram nobis tali modo, ut dum et quandocunque ipse Nicolaus de Iloswa prescriptas sessiones jobagionales et desertam ab eodem Alberto literato redimere vellet et valeret, extunc redimendi habeat facultatem, idemque Albertus literatus premissis quinquaginta florenis auri puri, rerum estimatione quarumlibet exclusa, plene et intergraliter rehabitis, easdem sessiones jobagionales et desertam ipsi Nicolao de Iloswa absque omni occasione et litium scrupulo remittere debeat et teneatur resignare, assummens nihilominus ipse Nicolaus de Ilswa suis laboribus et expensis infra tempus redemcionis in pacifico dominio prescriptarum sessionum jobagionalium et deserte eundem Albertum literatum contra quoslibet jure mediante impetitores et causidicos juridice protegere, tueri et ubique defensare, quod si facere non posset, (extunc idem) Albertus literatus alias portiones possessionarias ipsius Nicolai de Iloswa ubilibet habitas, prescriptis possessionibus fructuositate et valore equivalentes solum vigore presentium in eisdem quinquaginta florenis auri premisso titulo pignoris infra tempus dicte satisfactionis eorumdem pro se occupare possit et habeat facultatem; ad que premissa standa ipse Nicolaus de Iloswa se personali sua astantia, dictos vero fratres et consanguineos suos ad onera preassumta spontanea obligavit voluntate coram nobis vigore et testimonio presentium literarum nostrarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum beati Francisci confessoris. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

S'a publicat prin Kellemesi Melczer István in collecțiunea: „Okmányok a Kellemesi Melczer család levéltárából" Budapest 1890. pag. 119.

347.

1490. 11. Februariu. Sziget. Magistratul comitatului adeveresce că dómna Calina mama lui Georgiu órecăndva Vanciu din Văncesci cu frații acestui-a, a impignorat lui Lupșa și Dan fiilor lui Dan din Văncesci, omorit prin Georgiu, dóue sesiuni de jobagi in Nănesci in dóuedeci floreni de aur, ca homagiu pentru mórtea lui Dan. Acele dóue sessiuni le-a scos din zălog Georgiu Vanciu cu frate seu Michail, neamurile numitului órecăndva Georgiu, deci cine ar vre cu mai mare drept se le descumpere, e indatorăt a intórce suma numită.

Nos Andreas de Krichfalva Vicecomes et quatuor judices nobilium videlicet Johannes Bank de Zarvazo, Tomas Joody, Demetrius Perse, Petrus Naan, nec non octo jurati ac electi nobiles comitatus Maramarosiensis damus pro memoria; quod temporibus jam diu retrofluxis dum homagium interempti Dan de Vanchfalva, filius ejusdem Lupsa nomine, fraterque ejusdem Dan nomine quaerebant de portione possessionaria quondam Georgii Vanch de dicta Vanchfalva, quam quidem portionem possessionariam, quam pro tunc domina Kalina materna dicti Georgii Vanch regebat, quaerebatur etiam super et ratione illius, quia praefatus Dan de Vanchfalva per annotatum Georgium de eadem Vanchfalva interemptus fuisse dinoscebatur. Quamobrem duas sessiones jobbagionales in Nanfalva dicta, domina Kalina una cum aliis fratribus praefati Georgii Vanch in homagium Dan interempti in viginti florenis auri pignori obligaverant, simul cum cunctis suis utilitatibus filio Dan interempti Dan vocato fratrique ejusdem Lupsae, quoad redimere possent. Quare et nunc coram nobis modernus Georgius Vanch de eadem, una cum fratre suo Michaele Vanch, affines et consangvinei saepefati Georgii Vanch illas duas sessiones in praefata Nanfalva existentes, et pignori obligatas iterato ad se redemerunt, simul cum cunctis suis utilitatibus videlicet agris, pratis, cultis et incultis, foenetis, pascuis, aquis, stagnis, montibus, alpibus quibuscumque utilitatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, iterum in viginti florenis auri in prompta pecunia hoc adjecto: quod si aliqui illas sessiones ad se redimere vellent, et majorem veritatem, et rei verificationem juxta illas sessiones haberent, extunc teneantur absque omni recusa illos viginti florenos in prompta pecunia et aestimatione rerum quarumlibet exclusa, dictis Georgio Vanch et Michaeli fratri

ejusdem persolvere. Tandem et ipsi Georgius et Michael teneantur illas sessiones eisdem remittere sine occasione. In cujus rei testimonium praesentes nostras sigillis nostris munitas concessimus litteras. Datum in Zigeth feria tertia in festo Apolloniae Virginis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Calina=Kalinikia, nume grecescu.

Din paria intre actele procesului de producțiune al familiei nobile Godșia din Văncesci. (In archivul Comitatului III. 1784/50.

348.

1491. 31. Juliu. Alba regală. Mandatul regelui Uladislau cătră tóte magistratele țerei, că lui Joan episcopului Ruthenilor cu locuință in mănăstirea săntului Michail Archangel din Maramureș și besericei sale preuții rutheni și colonii de legea orientale de sub jurisdicțiunea sa se fie indătorați a respunde venitele ce după datina vechiă li-se cuvin.

Vladislaus Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris universis et singulis praelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, ipsorumque officialibus. Item civitatibus, oppidis et villis, earumque rectoribus, judicibus scilicet et villicis, ac alterius cuiusvis status et conditionis hominibus in hoc regno nostro Hungariae ubivis constitutis et commorantibus, praesentes visuris salutem et gratiam. Exposuit nobis fidelis noster reverendus Ioannes Episcopus Ruthenorum[1]) in claustro beati Michaelis Archangeli in Maromarus, ritu Graecorum fundato commorans gravi cum querela. Qualiter in bonis et possessionibus vestris et in medio vestri plurimi Rutheni praesbyteri, et plurimi item coloni Graecam fidem tenentes et sub jurisdictione sua existentes commorarentur, qui proventus sibi et dictae ecclesiae suae, ex vetusta consuetudine provenire debentes reddere et restituere difficultarent. In grave praejudicium jurium eiusdem ecclesiae suae, et damnum valde magnum. Et quia nos pati nolumus, ut idem exponens, et dicta ecclesia sua, solitis et justis suis proventibus destituatur. Mandamus idcirco fidelitati vestrae, et vestrum cuilibet

praesentium serie strictissime, quatenus a modo imposterum praefato exponenti, et dictae ecclesiae suae, per praenominatos Ruthenos praesbyteros et colonos Graecam fidem, ut praefertur, tenentes, ubivis in praescriptis bonis et possessionibus vestris et in medio vestri commorantes, de omnibus proventibus et obventionibus suis locis debitis et temporibus semper opportune . . . . respondere, et responderi facere modis omnibus debeatis et teneamini. Aliud non facturi. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum in suburbio civitatis nostrae Albae regalis die dominica proxima ante festum ad vincula beati Petri apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Regnorum nostrorum Hungariae etc. Anno secundo, Bohemiae vero vigesimo primo[2]).

[1]) Acest Joan este cel de ăntăniu amintit în diplome ca episcop al Muncaciului. Vedi decretul tot de acea-şi di, adresat cătră clerul de sub jurisdicţiunea besericei din Muncaciu, reprodus prin Joaniciu Basilovics călugăr basilitan şi protohegumen in mănăstirea lăngă Muncaciu (Brevis Notitia I. p. 21.) Tot după dĕnsul publicăm aci actul fundaţional al mănăstirei din Muncaciu din care s'a desvoltat apoi episcopia:

„Nos Theodorus Kerjatovich, Dei gratia dux de Munkacs universis et singulis, tam praesentibus quam futuris, praesentes visuris, harum serie patefacimus. Quod nos pro salute animae nostrae fecimus construere et aedificare monasterium sancti Nicolai episcopi et confessoris, prope oppidum nostrum Munkacs, quod ad ritum et morem Graecorum vel Ruthenorum consecrare: et ad idem monachos ruthenos constituimus, qui in perpetuum ibi Domino serviant, et ad sustentationem eorundem monachorum Ruthenorum de nostris propriis bonis dedimus et donavimus duas possessiones, villas Bobovische et Lauka, cum omnibus proventibus et contributionibus, ab antiquis temporibus ad easdem de jure provenire debentibus, simul cum decimis frugum et vinorum, ac Bobovysche cum fluvio et molendino. Ita quod de eadem Bobovysche omni anno teneantur dare sex porcos eisdem monachis, et de Lauka omni anno quatuor porcos. Deinde vero decimas vinorum de monte Ivány-hegy, et similiter de monte qui vocatur Lelyechoka, in metis ejusdem oppidi nostri Munkacs, cum aliis monticulis: à monte Lelyechoka usque ad Monasterium adjacentibus decimas vinorum concessimus eidem Claustro: et etiam decimas frugum et aliorum de campo illius villae, quae vocatur Orozvig in eadem Munkacs existentis versus monasterium omnino concessimus praedicto claustro: et etiam de eadem Orozvig omnibus annis teneantur dare eisdem monachis septem porcos: Item de proventibus ejusdem castri nostri Munkach teneantur dare fruges decem cubulos, et totidem siliginis, et quatuor vasa vini, et centum sales, et centum florenos longos. Item ista omnia praescripta dedimus, donavimus et contulimus perpetue et irrevocabiliter tenenda, possidenda, pariter et habenda praedicto claustro nostro, pro refrigerio animae nostrae, quod nos fundavimus, ubi etiam sepulchrum nostrum collocari fecimus. Ita etiam confirmavimus: quod quicunque ex filiis, aut generationibus, vel posteritatibus nostris, vel aliqui alii istam donationem nostram non observaret, vel contradiceret, aut praedicto claustro persolvere

nollet, ex tunc ipse coram omnipotenti Deo cum anima nostra litem habeat protrahendi. In cujus rei firmitatem et perpetuitatem praesentes literas nostras sigilli nostri appensione roboratas, eidem claustro nostro duximus roboratas. Datum in Munkács octavo die Mensis Martii Anno Domini M. CCC. LX.

*) Din transscrisul făcut in anul 1721. prin requisitorii literilor Capitlului (rom. cat.) din Alba Julia, publicat prin A. T. Laurian „Magasin istoric t. III. pag. 170. și prin episcopul A. Șaguna in Adaus la promemoria" 1850.

349.

1492. 5. Augustu. Buda. Mandatul regelui Vladislau cătră Conventul din Lelesz ca se cerce in Archivul seu paria literilor referitórie la părţile de moşie in Berezna şi Draguesci cumperate prin Sandrin şi Paul Thegze din Berezna. In urma acestui mandat conventul transscrie literile fassionale din anul 1475. 27. Januariu.

Nos Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos literas serenissimi principis domini Wladislai Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. requisitorias nobis directas, sumpmo cum honore recepimus in hec verba, Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Sandrini et Pauli Thegze de Belezna, quod quedam litere vestre fassionales pariter emticionales necnon statutorie et alie non nulle, super facto certarum porcionum possessionariarum nobilium Andree, Iohannis et Georgy de Bilke ac Iohannis et Lazary de Wrmezew in possessionibus Belezna predicta et Keweslygeth appellatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum, ipsos exponentes perpetue emcionis titulo concernencium emanate, ab eisdem exponentibus casualiter forent deperdite et alienate, huiusmodique literarum paria in vestra sacristia et conservatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quibus nunc ydem exponentes pro tuicione jurium suorum sumpme indigerent. Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus prescripta paria antedictarum literarum vestrarum fassionalium, emticionalium, statutoriarum et aliarum predictarum in

dicta sacristia et conservatorio ecclesie vestre diligenter perquirere et invenire faciendo, perquisitarumque et inventarum . . . . si eadem factum premissarum porcionum possessionariarum contigerent, consequenterque antedictos exponentes rite et legitime concernerent . . . . sic transscripto literarum vestrarum more solito emanari facere et prefatis exponentibus extradari debeatis et teneamini, jurium eorumdem ad cautelam, caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte oriatur aliqualis, secus non facturi. Datum Bude in festo Beate Marie de Nive. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obedientes ut tenemur prescripta paria antedictarum literarum fassionalium emticionalium in dicta sacristia et conservatorio ecclesie nostre diligenter perquirere et invenire facientes hunc tenorem continencia. Omnibus Xri fidelibus etc. (vide sub No. 304.) Perquisitarumque et inventarum tenorem, bona eadem et factum premissarum porcionum possessionariarum tangere, consequenterque ante dictos exponentes rite et legitime concernere agnoscentes, in transscripto harum literarum nostrarum more solito emanari facere, et prefatis exponentibus extradare fecimus, jurium eorumdem ad cautelam, absque fraude et dolo aliquali. Datum in vigilia festi beati Laurency martiris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Originalul scris pe pergamen se află la Dr. Nicolau Thegze advocatul in Berezna. Sigillul pendente lipsesce.

350.

1494. 17. Februariu. Buda. Regele Uladislau II. transscrie și confirmă judecata regelui Mathia in processul lui Simeon și Joan Bud, Pinte și Opressavana din Budesci, in contra lui Georgiu din Călinesci și mulți soți ai lui pentru moșia Comorzană și una sesiune jobagionale din Budesci. Mai confirmă și literile de restatuire in aceste moșie.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesencium significantes quibus expedit universis, quod nobis in octavis festi Epiphaniarum Domini, una cum

non nullis dominis praelatis, baronibus, magistrisque prothonotariis et sedis nostrae judiciariae . . . . . . moderativo judicio causancium in eadem sede nostra tribunali sedentibus, nobilis Simon Bwd de Bwdfalwa personaliter in sua, ac Iohannis similiter Bwd, et Pynthe necnon alterius Iohannis, Opressewana dicti de eadem Bwdfalwa, nominibus et in personis, nostram personaliter venientes in praesenciam, quasdam duas literas . . . . . principis condam domini Mathiae regis Hungariae predecessoris nostri inmediati, felicis memoriae, adiudicatorias pariter et restatutorias, modum et formam suae judiciariae deliberationis in se . . . . in papyro clause emanatas, et alias conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelez, statutorias, superinde in pergameno privilegialiter confectas et . . . . sub inferendas, quomodo ipse Simon Bwd et alii predicti, aliis ipsorum negociis praedediti easdem literas debito tempore reportationis earumdem ad terminum literis in eisdem denotatum, in dictam nostram personalem praesentiam apportare, et in formam nostri privilegy, prout debuissent redigi facere nequivissent, supplicantes nostrae maiestati idem Simon Bwd . . . . . . praedictis personis debita cum instantia ut nos easdem binas literas, praefati scilicet quondam domini Mathiae regis adiudicatorias et dicti conventus ecclesiae de Lelez statutorias ratas, gratas et acceptas habentes, sibi et aliis praedictis eorumdem heredibus et posteritatibus universis roborare et in formam nostri privilegii redigi faceremus, quarum primae videlicet dictae literae . . . . Mathiae regis adiudicatoriae tenor is est: Mathias Dei gratia rex etc. (vide sub No. 323.) Alterius vero videlicet praedictae literae antefati conventus ecclesiae de Lelez, contenencia verbalis haec est: Nos conventus ecclesiae etc. (vide sub No. 324.) Unde nos supplicationibus praefati Simonis Bud, per eum in sua ac praenominatorum Ioannis similiter Bud, per eum in sua, ac praenominatorum Ioannis similiter Bud et Pynthe, necnon alterius Ioannis Oppressavana dicti personis, nostrae propterea porrectis majestati, clementer exauditis pariter et admissis, praefatas binas litteras, unam scilicet praefati quondam domini Mathiae regis adjudicatoriam, et aliam dicti conventus de Lelesz, super inde statutoriam superius . . . . . . literarum nostrarum, de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, imo mera et sincera veritatis integritate pollentes, quoad omnes earumdem clausulas et articulos ratas, gratas et acceptas habendo, pro praefato Simone Bud et aliis praenominatis, eorumque haeredibus et posteritatibus universis approbantes, perpetuoque

valituras ratificantes, in formam nostri privilegii duximus redigendas atque roborandas. Salvo jure alieno. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam praescriptas praesentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri, quo ut rex Hungariae in judiciis utimur, munimine roboratas, pro memorato Simone Bud et aliis praescriptis duximus concedendas. Iuris ipsorum ad cautelam, communi justitia observata. Datum Budae tricesimo sexto die octavarum festi epiphaniarum Domini praedictarum. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Lecta.

Din transscrisul original al requisitorilor literilor mănăstirei din Cluş, dat nobililor Demetriu Pop asesser jurat al sedriei comitatului, Ladislau Tamaş şi Lupu Bud toţi din Budesci in 30. Novembre 1728.

351.

1494. 29. Aprilie. Sziget. Magistratul comitatului adeveresce, că intre cetăţenii opidului Tecou de o parte, de altă parte intre nobilii Joan, Gregoriu şi Mihalyko din Jalova la mijlocirea lui Sigismund Pogan comitelui şi camerariului din Maramureş s'a făcut pace, stătorindu-se metele prediului Laaz lăngă riul Thechew.

Nos Georgius Horvath et Ladislaus Homani vicecomites nec non Ioannes Bank de Zarvazo, Lazarus Bala, Michael de Bede, Georgius de Vancsfalva judices nobilium comitatus Maramarusiensis memoriae commendamus quibus incumbit universis, quod circumspecti cives et hospites oppidi Techew partibus ab una, ac nobiles Ioannes, Gregorius et Mihalyko de Irhocz, nominibus omnium fratrum suorum et personis, coram nobis constituti, retulerunt non dispares sed unanimi prorsus voluntate in hunc modum: quod quamquam inter eos quaedam litis controversia praetextu cuiusdam praedii Laaz vocati, juxta fluvium The . . . dictum adiacentis et habiti jam dudum orta et ventillata extitisset, ordinatione tamen praesertim magnifici domini Sigismundi Pogan pro tunc comitis et camerarii praetacti comitatus Maramarosiensis, ac aliorum proborum hominum intercessione, ad talem pacis et concordiae devenissent unionem . . . . reambulationem metarum praefati praedii . . . . . . futura . . . . . . memor . . . . . . metas

erexissent tali modo: ut a parte aquilonaria habeant pro meta fluvios Techew et Monyorospatak vocatos, quae meta est praefatorum nobilium, et separatur per fluvium aquae Techew praedictae, medietatem vero fluvii Techew et Monyorospatak vocati dicti nobiles . . . . verunt vera pro meta . . . . . . civibus de Techew a parte meridionali cum omnibus utilitatibus et usibus jure perpetuo et irrevocabiliter possidendos sub vinculo ducentarum markarum Budensium in literis annotati magnifici Sigismundi Pogany super inde confectis et emanatis clarius expresso; unde praemissae partes unitae debita cum instantia nos requirentes postularunt, ut sibi de et super hujusce rei negotio ac pacis firmioris commodo literas nostras emanari facere dignaremur, sed quia literarum patrocinio jura et haereditates perpetuo solent observari, ideo nos justis earum partium petitionibus inclinati praesentes sibi literas sigillorum appensione ratificatas pro praetactae ordinationis stabilitate testimonio et veritate firmioribus aevo concessimus duraturas. Datum in Zigeth feria tertia ante festum Philippi et Iakobi apostolorum anno Domini 1494.

Conventul din Lelez. (Actorum Anni 1765. Nus 20.)

352.

1494. 14. Mai. Cassovia. Regele Uladislau la suplica lui Hilariu egumenul mănăstirei inchinate săntului Michail Archangel din Maramureș, innoesce și corfimă literile lui Antoniu patriarchul Constantinopolei, despre drepturile și libertățile numitei mănăstire și stătoresce, că egumenul Hilariu se fie cu reverenția cătră episcopul din Munkacs, ér cătră Archiepiscopul din Transilvania ca și superiorul seu, cu supunere și ascultare.

Nos Vladislaus Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod venerabilis et religiosus frater Hilarius prior claustri sive monasterii ecclesiae beati Michaelis Archangeli in Maromarus fundati, Graecae fidei professor, nostrae maiestatis accedens in praesentiam, exhibuit et praesentavit nobis quasdam litteras privilegiales

reverendissimi patris quondam Antonii civitatis Constantinopolitanae, Novae Romae, ac totius orbis Patriarchae, in pergameno graecis litteris exaratas sigilloque suo plumbeo impendenti consignatas. Et cum hoc, etiam earumdem litterarum exemplum verbotenus in latinum traductum, de et super nonnullis indultis Iuribusque et libertatibus eidem ecclesiae Sancti Michaelis per eundem concessis, inferius in tenore eiusdem exempli denotatis et specificatis. Supplicans maiestati nostrae, ut litteras huiusmodi patriarchales, ac omnia in eisdem contenta, rata, et accepta habere, ac pro eodem fratre Hilario suisque successoribus universis, ecclesiaeque praenotatae innovantes perpetuo valituras gratiose dignaremur confirmare. Quarum quidem litterarum, et earundem exempli tenor sequitur in haec verba: Antonius Dei gratia etc. (vide sub No. 62.) Nos igitur huiusmodi supplicatione memorati fratris Hilarii exaudita et clementer admissa, praescriptas litteras dicti patriarchae non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas conspeximus, praesentibusque litteris nostris similiter privilegialibus, earundem exemplum de verbo ad verbum inseri, et inscribi facientes, eas et omnia in eis contenta, eatenus quatenus eaedem rite et ligitime existunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus et ratificamus, ac pro eodem claustro Sancti Michaelis Archangeli, et consequenter pro fratre Hilario suisque successoribus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus. Ita tamen quod ipse frater Hilarius Prior, et sui successores episcopo de Munkats sui ordinis reverentiam, archiepiscopo vero de Transsilvania, modernis et futuris, veluti superioribus suis debitam subjectionem, et obedientiam praestare debeant, et teneantur[1]). Harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungariae utimur, est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Cassoviae per manus reverendi in Christo patris domini Thomae episcopi ecclesiae Iauriensis et postulati Agriensis, Aulae nostrae summi et Secretarii Cancellarii ac fidelis nostri dilecti, quarta decima die mensis Maii, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Regnorum nostrorum Hungariae etc. anno quarto, Bohemiae vero vigesimo quarto[2])[3]).

[1]) Precum in secolul XIV. episcopii catolici din Agria şi Transilvania, astfeliu acum cei de legea reseritènă nu erau in chiar despre jurisdicţiunea in privinţa Maramureşului; regele Uladislau a decis cu astă dată in favorul metropolitului transilvan, dér după multe sbuciumări in acésta privinţa, era reservat inţelepţiunei Sănţiei Sale papei Piu IX. şi Maiestăţei sale imperatului şi regelui apostolic Francisc Josif I.-a resolvi causa definitiv, incorporănd in anul 1853. pe romănii in diecesa Gherlei, ér pe ruthenii in cea a Muncaciului.

²) Confirmarea literilor patriarchului reseritean era pe atunci un favor rar, póte fără exemplu din partea unui domnitor romano catolic; e probabil că acest favor l'a mijlocit insuşi cancellariul Thoma Bakacs episcopul Agriei, de nascere din Erdőd.

³) Din transscrisul făcut in anul 1721. prin requisitorii literilor Capitlului (rom. cat.) din Alba Julia; publicat prin A. T. Laurian: Magasin istoric t. III. p. 172. şi prin episcopul A. Şaguna in „Adaus la promemoria" 1850.

353.

1495. 19. Marțiu. Cinci Beserici. Mandatul regelui Uladislau pentru introducerea nobililor Petru, alt Petru, Joan Toma şi Coloman din Dolha in posesiunea moşielor lui Michail órecăndva Thatol: Taras, Kirva, Tĕrnova, Neresnicze, Ganya, Crăciunesci, Bocicou, şi Lunca, şi a părților de moşie in Jalova. Introducerea se opresce prin contradicere.

Uladislaus Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Petri, ac alterius Petri, necnon Ioannis, Thome et Colomani de Dolha, quomodo ipsi in dominium possessionum quondam Michaelis de Thathol Taraczkőz, Kyrva, Kőkényes, Nereznicze, Ganya, Karacsonfalva, Bocsko et Lonka necnon totalis porcionis possessionariae eiusdem condam Michaelis in possessione Irholcz vocatarum omnino in comitatu Maramarosiensi existentium et habitae ipsos exponentes certo juris titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Ladislaus aut Georgius de Lipse, vel alter Georgius de Bilke, sin Andreas Gorzo de eadem, seu Michael de Dobroka, sive Petrus Tegze de Berezna, neve Ioannes de Kricsfalwa alys absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Taraczkőz, Kyrwa, Kőkényes, Nereznicze, Gánya, Karacsonfalva, Bocsko et Lonka, consequenterque ante dicte portionis possessionarie prefati condam Michaelis de Thatol in eadem possessione Ilhocz habite, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos exponentes in dominium

earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet, premisso jure eisdem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem, contra annotatos exponentes nostram personalem in presentiam ad terminum competentem racionem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Quinque ecclesiis feria quinta proxima post Dominicam Reminiscere. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ XC⁰ quinto. Nos itaque preinsertis preceptis et mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Ladislao de Lipse homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Martinum presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beatorum Tiburcy et Valeriani proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Karachonfalva, Bocsko, Lonka, Tarazkeoz, Kyrwa, Kökényesd, Nereznicze et Gánya consequenterque predicte porcionis possessionarie prefati condam Michaelis de Thathol in dicta possessione Ilhocz habite, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente prefatos exponentes in dominium earundem introducere ac easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet premisso jure eisdem incumbenti perpetuo possidendas statuere voluisset, tunc Thomas de Urmezew dicte possessionis Karachonfalva, necnon Stephanus de Rozkova in persona magnifici Bartholomei Dragfy prescriptarum possessionum Bochko et Lonka, item nobilis domina Agatha relicta quondam Georgy de Dolha in suo, ac dominarum Elizabeth et Agathae filiarum suarum necnon Thomae de Kemeche et Andreae Magni personis, dictarum possessionum Taraczkõz, Kyrva, Kõkenyesd, Neresznicze et Gánya ac porcionis possessionariae in dicta possessione Ilhocz introductioni et statucioni contradictionis velamine obviassent. Propter quod idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente ibidem et in eodem die ac in loco huiusmodi contradictionis eosdem Thomam de Urmezew, Bartholomeum Dragfy, dominas Agatham relictam ac Elisabeth et Agatham, filias eiusdem domine Agatha,

Thomam de Kemeche et Andream Magnum contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturas vestre serenitatis personalem evocasset in presentiam racionem contradictionis eorum reddituros. Datum duo decimo die diei evocacionis prenotate. Anno Domini supradicto.

Conventul din Lelesz. (D. Statutoriarum No 45.) Copia de la Georgiu Petrovay.

354.

1495. 9. Septembre. Visegrad. Mandatul regelui Uladislau II. pentru introducerea lui Petru Pogan comite din Poșoniu și Matheu Thukaroveczky camerarii regelui, precum și a lui Sigismund, Georgiu și Joan Pogan in posesiunea moșielor Urmező, Veresmart, Apșa de sus și a părților din Crăciuneșci, derivate asupra corónei, după mórtea și stingerea familiei lui Thoma din Urmező, și dăruite numiților pentru serviciile lor credincióse. Blasiu Thot contradice ca officialul din Bocicoi al voivodului Transilvan Bartholomeu Dragffy.

Serenissimo principi domino Uladislao Dei gratia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum gracioso conventus ecclesie sancte crucis de Lelez orationes in Domino devotas perpetua cum fidelitate, vestra noverit serenitas, nos litteras vestre serenitatis introductorias et statutorias pariter et evocatorias, nobis directas summo cum honore recepisse in hec verba: Uladislaus Dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et servitiis fidelium nostrorum egregiorum Petri Pogan comitis Posoniensis ac Mathei Thukaroveczky, cubiculariorum nostrorum, nec non Sigismundi similiter Pogan fratris ejusdem Petri, per eos sacre imprimis hujus regni nostri Hungarie corone deindeque majestati nostre pro locorum et temporum varietate, cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessiones portionesque et quelibet jura possessionaria, ac alia universa bona tam in Maramarusiensi quam etiam alias ubivis, et in quibuscumque comitatibus hujus regni nostri existentes et habita que alias nobilis condam Thome de Urmezew prefuissent, sed per

mortem et defectum seminis ejusdem ad nos consequenterque collationem nostram regiam, juxta approbatam et antiquam ejusdem regni nostri Hungarie consvetudinem rite et legitime devolute esse perhibentur et condescensa, simul cum omni jure nostro regio, si quod in dictis possessionibus, portionibusque et juribus possessionariis, ac aliis universis bonis dicti condam Thome etiam alias qualitercunque haberemus, aut eedem et eadem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent majestatem, ac pariter cum cunctis earundem et eorundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Petro Pogan et Matheo Thukaroveczky nec non Sigismundo similiter Pogan, et per eosdem Petrum et Sigismundum Pogan Georgio et Iohanni modo simili Pogan fratribus suis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium earundem et eorundem, ac dicti juris nostri regii, in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum: quo presente Iohannes Bank de Zarwazo, aut Petrus Nagy de Zlathyna vel Andreas Magnus Imhanzel(?) de Maramaros, nec Iohannes de Fanchyka, sive Nicolaus de eadem, neve Iohannes de Bilke, aut Georgius de eadem aliis absentibus homo noster regius, ad facies prescriptarum possessionum portionumque et jurium possessionariorum, ac aliorum universorum bonorum prefati condam Thome de Wrmezew, vicinis et commetaneis earundem et eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Petrum Pogan, Matheum Thukaroveczky, Sigismundum similiter Pogan, et alios prescriptos in dominium earundem et eorundem ac dicti Iuris nostri regii in eisdem habiti, statuatque easdem et eadem ac idem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisse nostre donationis et juris titulo ipsis Incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos Petrum Pogan et alios prescriptos nostram personalem in presenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introductionis, et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni intererunt, possessionum etiam ac jurium possessionariorum et bonorum inibi statuendorum nominibus termino-

que assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum in Visegrad feria quarta proxima post festum nativitatis virginis Marie. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. Regnorum nostrorum Hungarie etc. anno quinto. Bohemie vero vigesimo quinto. Nos itaque preinsertis preceptis et mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Petro Nagy de Zlathyna homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Michaelem presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis uniformiter retulerunt eomodo, quod ipsi in festo beati Dyonisii martiris proxime preterito ac aliis diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies possessionum prefati condam Thome de Wrmezew, Wrmezew jam scripte nec non Veresmath vocate in dicto comitatu Maramarusiensi adjacentium vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente prefatos Petrum Pogan, Matheum Thukaroveczky, Sigismundum similiter Pogan et alios prescriptos in dominium earundem ac dicti juris vestri regii in eisdem habiti introducere, ac easdem et idem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse vestre donationis et juris titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas statuere voluisset, tunc Blasius Thot officialis magnifici domini Bartholomei Dragfy de Belthwk Vojvode Transilvaniensis etc. in possessione sua Bochko vocata constitutus, nomine et in persona ejusdem domini Bartholomei Dragfy, domini videlicet sui, hujusmodi introductioni et statutioni dictorum Bonorum prefati condam Thome de Wrmezew ut puta possessionis Apsa vocate, et portionis possessionarie in possessione Karachonfalva vocata habite in eodem comitatu Maramorosiensi existentis, nec non dicti juris vestri regii in eisdem habiti, contradictionis velamine obviasset, propter quod idem homo vestre serenitatis, ipso nostro testimonio presente, ibidem et eodem die, ac in loco hujusmodi contradictionis eundem Bartholomeum Dragfy contra annotatos Petrum Pogan et alios prescriptos ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas vestre serenitatis personalem evocasset in presentiam racionem contradictionis sue redditurum. Datum decimo die diei evocationis prenotate. Anno domini supradicto.

[1]) In acesti ani se incepe in comitatul nostru activitatea familiei Pogan de Cseb, și ține in continuu așă ḑicând neintrerupt până in ḑilele nóstre. Petru Pogan

ca comite din Posoniu era dintre dignitarii ţerei, şi de nobilitate vechia din Cseb, comitatul Zala; moşia acésta s'a conferit strebunilor sei prin regele Carol I. in anul 1328. 21. Juliu; diploma referitóriă la acésta s'a publicatu prin Nagy Imre etc. (Zalavármegye története I. pag. 226.); dintre verii lui Petru, Sigismund cu socia sa Eufrosina, şi Joan aşeḑându-se in Urmező, sub Domnirea regelui Uladislau au fost dăruiţi cu multe moşie, urmaşii lor occupănd locuri distinse in magistratul comitatului, stepănesc in Urmező şi aḑi.

[2]) Din copia legalizată a literilor statutorie date prin conventul Crucéferilor Johanniţi din Alba regale in anul 1500.

355.

1496. 28. Juniu. Buda. Mandatul regelui Uladislau II. pentru introducerea nobililor Ladislau Lipcsey, Andrea Gorzo, Georgiu fiul lui Nicolae din Bilke in părţile lui Joan, Petru şi Lazar din Urmező in moşiele Ökörmező, Ripino, Kelecsen şi Szolyma. Introducerea in parte se opresce.

Uladislaus Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz, salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis nobilium Ladislai Lipcsei ac Andreae Gorzo, Georgii filii condam Nikolaj de Bylke, quomodo ipsi in dominium totalium portionum possessionariarum condam Johannis, Petri et Lazari de Urmező in possessionibus Ökörmező, Rypinia, Kelecsen et Vyzkez vocatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum, ipsos omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Petrus, aut Johannes vel Thomas de Dolha, sin Johannes et Nicolaus de Waynak, seu Sandrinus sive Ladislaus de Bedey aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Ökermező, Rypinia, Kelechen et Vyzkez, consequenter praescriptarum portionum possessionariarum praefatorum condam Johannis, Petri et Lazari de Urmező in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure eisdem incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui

fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam, ad terminum conpetentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis, et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesen . . . . fideliter rescribatis. Datum Budae feria tertia proxima post festum beati Ladislai regis. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Indorsatio autem talis habetur continentiae: Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz pro Ladislao Lypchei et aliis intrascriptis, Introductoria et statutoria. Relationis porro series esset tenoris intrascripti, Regius Johannes de Dolha, noster frater Marcus praesbiter et feria sexta ante Egidii ad facies praescriptarum possessionum consequenterque portionum in eisdem habitarum accedendo ubi vicinis Toma de dicta Dolha et duo in super vicini plura . . . . nullo contradictore restatuissent. Quod Petrus Palko de Dobroka in sua ac Georgii filii Andreae, Nicolai et Mathaei filiorum condam Nikolai de Ilosva personis, ipse Petrus Palko contradicit tertiarum partium dictarum possessionum, alii autem sextarum partium earumdem possessionum.

Din transcrisul autentic dat prin conventul din Lelesz lui Joan Ivanka Rednik din Giulesci in anul 1753. 16. Juliu, și dăruit mie prin Paul Lipcsey asesor la tribunal. Din familia Lipcsey sunt in Sziget, in Rona de jos, in comitatul Heves, dér cei mai mulți stepănesc și ađi in Lipce. Din Lipce și-a produs nobilitatea la anul 1752. familia Lipcsey (1651.)

356.

1498. 28. April. Buda. Regele Uladislau II. voind se inceteze orice nesiguranția in plata lucrătorilor la ocna de sare, dispune că pentru fie care 100. bucăți de sare se li-se solvéscă 20. denari; fie cărui se-i se dee in tot anul pe vestminte 100. de bucăți, se fie scutiți de orice contribuțiune. La deschiderea ocnelor nóue pentru un Laakthor (Lachter stânjen) se priméscă un floren, și déca se află sare din acea 1000. de bucăti, ér pentru un Thumen 11. bucăți, pentru 4. lemne Gardaffa numite un fl., pentru o scară un fl., și un cubul de vin; pentru un dinte de scară o cupă de vin. Lucrătorii locuitori in Huszt, Tecou, și Sziget se-și alégă judi pe sama lor, se fie dintro dênșii și cetățeni cu jurăment; cei din Huszt se aibă pe an 4. vase de vin, 4. boi și 400. de pâne etc.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod quia inter camerarios Maromarusienses, ac excisores salium eiusdem loci hucusque ex parte solucionis eorumdem cisorum et victualium eisdem tribuendorum varie semper discordie et rixe orte fuerunt, ideo institerunt et supplicarunt idem cisores apud nos, ut pro maiori quiete atque eciam commodo et utilitate tam eorumdem quam eciam nostra, cum ipsis aliquam debitam et determinatam disposicionem facere committeremus, juxta quam et ipsi contenti manentes, in cisloni salium nostrorum . . . . . . et commodius intenderent, et nosque de eo quod a maiestate nostra, aut camerarijs nostris solvendum dandumque foret sciremus, annuatim sine aliqua interpellacione respondere. Nos itaque animadvertentes huiusmodi eorum suplicacionem non solum iustam, verum eciam nobis et eisdem cisoribus utilem et commodam, commiseramus fidelibus nostris egregys Iohanni Thartzay et Nicolao Proll camararys nostris eiusdem loci, ut cum prefatis cisoribus ex parte eiusce modi solucionis, et in recompensam dandorum victualium aliquam disposicionem et concordiam inire et facere deberent, qui quidem tandem cum eisdem tractantes in hos infrascriptos articulos devenerunt, in primis quod ex quo fodine salium

Maromarusiensium ab oppidis et villis, de quibus incisores ipsi ad labores confluunt, in magna distancia existunt, nec possint incisores ipsi victualia sufficientia habere, eo quod propter infecunditatem terre victualia singulis annis illuc abunde importantur. Ut igitur ipsi incisores melius et commodius vivere, et maiori sollicitudine et diligencia valeant laboribus incidendorum salium nostrorum incumbere, ita ordinavimus, ut pro incisione viginti quinque salium per camerarios nostros solvantur eis quinque denary usuales, pro incisione salium quinquaginta, decem denary. Pro incisione autem salium septuaginta quinque, quindecim denary. Pro incisione vero singulorum centum salium, solvantur eisdem semper viginti denary, hac tamen lege et condicione, ut ipsi incisores pro ut ipsis placitum fuerit, de victu sibi necessario provideant, nec camerarios nostros deinceps ad administracionem et provisionem victualium, prout hactenus fieri consveverat, inpediant. Item cuilibet incisori salium singulis annis pro panno dentur sales centum et quidem tales, quales nobis pro premissis nostris pecunys incisi fuerint. Annuimus eciam et generose concessimus, ut omnes incisores salium nostrorum pretactorum a qualibet dica seu contribucione nostra, racione serviciorum ipsorum semper exempti habeantur et supportati. Si quando vero camerary nostri aliquas novas fodinas salium repererint, et repertas laborari fecerint, debeant ydem camerary et sint obligati ligna sufficientia ad racionem expensarum nostrarum facere adduci, fossoribus tamen earumdem nouarum fodinarum pro defossione unius laakthor solvatur florenus unus. Cum autem in eisdem novis fodinis sales inventi fuerint, primum fossores ipsi poterunt libere pro se ipsis Mille sales excidere, et in super quamdiu in huiusmodi fodinis sales incisi fuerint, fossoribus earumdem fodinarum pro singulo Thumeno salium excisorum dabuntur sales undecim, facientes denarios triginta tres, item si quando vero aliquod lignum quod vulgariter Gardaffa dicitur, fractum fuerit, et ad fodinam demitti, et ibidem locari debuerit, pro singulis huiusmodi quatuor lignis faciendis et in fodinam locandis, laboratoribus dari debebit florenus unus, pro una vero scala de novo preparata et in fodinas demissa et ibidem locata, dabitur semper florenus unus, superaddito uno cubulo vini, pro media autem scala similiter de novo facta et in fodinas demissa et aptata in loco debito, dabitur medius florenus, medio cubulo vini super adiuncto. Pro uno autem dente scale laythorya ffogh vulgariter dicto in scalam posito et adaptato dabitur una pinta vini. Ordinavimus eciam quod incisores salium nostrorum in Hwzth, The-

czew et Zygeth commorantes singulis annis de voluntate et annuencia camerariorum nostrorum sibi ipsis judices eligere et facere possint, Ita tamen quod ipsi judices ipsorum in locis fodinarum salium nostrorum nullum judicium racione quorumcunque negociorum facere possint, sed omnia negocia racione quorumcunque negociorum emergencia in fodinis ipsis camerary nostri vel homines eorum ad . . . . . inter eosdem adiudicare et discutere possint . . . . . . ordinavimus eciam, quod singulis annis ex incisoribus salium aliqui probi viri per judices oppidorum Hwzth, Theczew et Zigeth pro juratis civibus eligantur, quibus presentibus judices ipsi, vel aliquis eorum ac pariter judices incisorum ipsorum, causas et negocia inter oppidanos et incisores ipsos emergentes et suborta adiudicent et concludant eo potissimum respectu, ne judices oppidanorum sine presencia judicum et juratorum incisorum ipsorum, aliquem vel aliquos ex incisoribus possint vel valeant in judicio pro suo arbitrio aggravare. Volumus eciam quod nec judices oppidanorum, sed neque prefatorum incisorum negocia salium et navium qualitercunque et per quemcunque movenda deinceps discutere vel adiudicare possint, sed huiusmodi omnia negocia salium et navium, sic ut prefertur emergencia per camerarios nostros vel homines ipsorum ad id deputatos semper revideantur, discutianturque et adiudicentur. Item quod universitati incisorum salium in Hwzth commorancium singulis annis in quatour terminis eorum solitis puta Nativitatis, resurreccionis Domini, ac Penthecostes ac Omnium Sanctorum dentur vasa vinorum quatuor, boves similiter quatuor, panes vero quadringenti. Ita quod in uno quoque termino solucionis dabuntur unum vas vini, bos unus et centum panes, item universitati incisorum in Zygeth commorancium singulis annis eodem modo in quatuor terminis dentur vasa vini quatuor, boves similiter quatuor, panes vero quadringenti. Item quod universitati incisorum in Thechew commorancium singulis annis eadem provisio observetur. Item quod tribus judicibus incisorum videlicet de Hwzth, Thechew et Zygeth annuatim pro eorum subsidio dentur sales mille quingenti. Ita ut cuilibet eorum quingenti sales in portionem cedant, ubi vero temporum successu in territorys aliquarum civitatum sive oppidorum nostrorum in Maromarusio alique fodine salium per camerarios et comites nostros reperte fuerint, volumus ut in cultura huiusmodi fodinarum de novo inventarum et laborari ceptarum presens ordinacio et dispositio nostra similiter observetur. Quos quidem articulos modo premisso conceptos presentibusque litteris nostris insertos et inscriptos, sed et

disposicionem et ordinacionem atque eciam exempcionem in eisdem contentas, quoad omnes earumdem continencias et clausulas acceptamus, laudamus approbamusque et ratificamus, easdemque simul cum disposicionibus, ordinacionibus, exempcionibus, limitacionibus et alys omnibus et singulis in eisden articulis contentis, pro eisdem incisoribus sallum prescriptarum camerarum nostrarum Maromarusiensium presentibus et futuris in perpetuum valituras roboramus et confirmanus, volentes et decernentes ut a modo deinceps perpetuis temporibus in predictos cisores et camerarios nostros quantum ad exolucionem predicta disposicio et ordinacio firmiter semper observari debeatur. Quocirca vobis predictis fidelibus nostris egregys Johanni Tharczay et Nicolao Proll modernis futurisque comitibus ac camerarys et vicecamerarys dictarum camararum nostrarum Maramarusiensium serie presencium firmissime precipientes mandamus, ut a modo prefatos incisores salium nostrorum, in huiusmodi ordinacionibus, constitucionibus, limitacionibus et exempcionibus per nos cum eisdem ex nostra commissione modo premisso factis, semper et in omni tempore conservare debeatis. Neque ipsos preter vim formamque et modum huiusmodi constitucionis nostre ullo umquam tempore impedire sive molestare presumatis nec sitis ausi modo aliquali gracie nostre sub obtentu. Presentes autem, quas secreto sigillo nostro quo ut rex Hungarie utimur, inpendenti communiri fecimus, post earum lecturam reddi volumus et mandamus semper presentanti. Datum Bude sabbato proximo post festum beati Marci evangeliste. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie anno decimo octavo, Bohemie vero vigesimo octavo[1])[2]).

[1]) Din originalul scris pe pergamen cu sigil pendente, la lucrătorii din Coştui.

[2]) Producţiunea de sare e vechiă la noi ca insuşi Comitatul, putem cu drept afirmă, ca cei d'ăntăii locuitori, departe inaintea epocei romane, au produs sare, nu numai pentru consumul locale, dér mai ales pentru esport. Stratul de sare se intinde in partea de a méḑiăḑi a Comitatului de la Cuhea pănă in Huszt in lungime de 100 kilometre. Mulţimea de fontăni cu apă serată, arétă locul lor, transportul pe Iza, Taras, Talabor şi Tisa se făcea cu inlesnire. Din disertaţiunea manuscrisă intitulată: „Tentamen eruitionis, quae salis fodina Rhonensis ad aetatem regiminis divi Stefani I. Regis Hungariae coinciderit?" scrisă de un espert erudit erarial la inceputul secolului presente, aflăm demonstrat pănă la evidenţiă, că cele 14. ocne vechi părăsite din Coştui (Rónaszék, Castellum) au fost incepute in secolul VI. prin remăsiţele colonielor romane, şi lucrate după methoda lor pănă la venirea Ungurilor in Marmaţia: „eaedem ipsae Romanorum coloniarum reliquiae fodinas has ultro prosequi, ad Epochamque ipsius Hungarorom in Marmatiam introitus continuare debuerint" si mai incolo: „opportebat Romanos per totam longe Marmatiam

salem indagasse, ut nobis eorumdem vestigia relinquantur; illos modum, methodum operationisque terminos technicos introducere, ut nos quod imitemur haberemus." Ocnele déră ne arétă methoda de esploatare intrebuințiată prin romanii antici. In apropierea ocnelor s'au găsit bani de argint şi de aur de ai imperaților romani şi bizantini; de esemplu la Giulesci de al imperatului Commodu, consule quinto (anul 187.) mi l-au dăruit rev. D. Tit Bud vicariul şi professorul Victor Berinde. In Ieud (Fația Trunchiului locul meu propriu) de al imperatului Traian Consule quinto (anul 105.) mi l'a dăruit D. Emeric Szaplonczay. In Slatina un aur de al imperatului Marcian (anul 450.) l'am cumperat de la D. Vasiliu Joody. In Sziget (Dobonyos), Huszt şi Teceu. Aprópe de opidul Teceu săpăndu sanțulu de a stănga drumului ce duce cătră vechile Saline de la Kerekhegy, in departare de 330. de paşuri de la linia calei ferate pruncii Josif Roman, Joan Müller şi inşpectorul de drumuri Josif Géczi au aflat in 11. August 1874. intr'un vas gros de lut mai bine de 1100. denare de argint de a imperaților romani incepĕnd de la Vitellius (a. 69.) Vespasianus (69.) pănă la Septimiu Severu (193.) Din aceste s'au trămis in Museul național din Budapesta 782. denare, in proprietatea mea au devenit 320.

Inscripțiuni antice romane păne adi n'am aflat in comitat; una tabulă votivă de pétra de calcar e zidită in păretele căsei mele din Sighet. Dér acésta e din Ulpia Traiană. Inscriptiunea ei esecutată cu litere fórte frumóse, ne fiind publicată, urméză aci:

D I A N A E
A V C'S A C R
I A N V A R I V S
A V G G'L I B'
N V M M V L'
E X V O T O'L D D D.

(Locus datus decreto decurionum.) prin care bancherul Januariu libertinul imperaților M. Aurelius şi L. Verus (161.) şi-a aretat gratitudinea sa dciței Diana.

Dér mult inainte de imperații romani erau in lucrare salinele nóstre. Opul citat: „Tentamen eruitionis" pune la mijlocul secolului II. inceputul salinelor de la Dragumiresci, Ieud, Giulesci, Rona de jos, Slatina, Neresnițe, Neagova, Teceu, Soofalva, Baranya, dér cele multe şi diferite obiecte de bronz, aflate mai ales in Ieud, Coştui, Slatina, Neresniție ne dovedesc in de ajunsu, că ocnele aceste au fost in lucrare şi inainte de era crestină. La Neresniție in o vale de rară frumséțiă numită a regelui (Királyvölgy, Kőnigsthal) in sarea insă-şi s'au aflat şi instrumentele primitive prin care sarea s'a scos prin spălătura apei; dupa principiul „gutta cavat lapidem." Despre acésta metodă de lucrare, precum in genere despre producțiunea de sare in epocha de bronz şi in epocha romanilor vedi tractatul scris cu mare petrundere de Eduard Preisig, inginer de mine, aparut in „Szigeti Közlöny" No. 21—29. din anul 1873.

In analele Fuldense aflăm la anul 892. o notițiă interesantă despre acea, că imperatul Arnulf trămisese o legațiune cătră principele Bulgariei Vladimir, ca acestu-a se opréscă de a transporta sare din Bulgaria in Moraviă; precum se scie in Bulgaria propriă sare nu se află, salinele din téră românéscă şi din Transilvania sunt cu mult mai depărtate de Moravia ca ocnele nóstre, de aci potem deduce, că din ocnele nóstre s'a transportat sarea in mare depărtare şi in secolul IX. si că Maramureşul atunci a stat sub dominațiunea Bulgarilor. La Soovar nu ne putem cugeta.

pentru ca până acolo stepânirea Bulgarilor nu s'a întins. Altcum vedem că se face amintire in diplomele aceste despre salinele vechi, de esemplu la Giulesci in anul 1355. la Talabor, la Jalova in anul 1411. etc.

357.

1498. 6. Juniu. Sziget. Magistratul comitatului adeveresce, ca intre Joan fiul lui Andrea din Vişeu, şi intre vidua lui Andrea s'a făcut legătură de pace, prin care vidua remâne in posesiunea moşielor până la mórtea ei, şi ambele părţi vor ave dreptul de a dispune peste averile lor.

Nos Balthasar Kereki et Thomas Magnus vicecomites, ac Fichagiula, Petrus Nan de Zlatina, Iohannes Gerhes de Zarvazo, Dan de Vanchfalva, quatuor judices nobilium comitatus Maramaros, damus pro memoria universis et singulis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris quibus incumbit et expedit, quod inter Iohannem filium Andreae de Viso, et Axicam (relictam ?) Andreae praetacti de Viso, novercam videlicet Iohannis annotati ad talem pacis . . . . concordiam devenire scimus aequanimiter, primum Iohannes filius Andreae praefati, spontaneo proposito se coram nobis obligavit et assumpsit ut ipse suam novercam praefatam in dominio haereditatis et possessionis nobilitaris in exitum et finem suae vitae pacifice ab omnibus impetitoribus observat et tenetur: E contra noverca sua genitrix etiam proposuerit et obligavit se singula sua bona et possessiones, tum florenos illos quatuor, qui deberunt exolvi . . . . . . in eam et Iohanni suo filiulo, tam etiam universa bona sua et . . . in agone suae mortis, in quemcumque locum vellet aut legamine annotato filiolo suo, ante etiam fratri vel fratrum suorum liberum habeat arbitrium legandi et mittendi, facultatemque ipsius nullus contradictor penitus valeat, nec Iohannes quocumque suas res legaverit sed habeat facultatem omnem legandi et mittendi, nec utiam post . . . . ipsius cui sua bona legare et mittere aut Iohanni filiolo suo vel alieni fratri ipsius tali etiam nullus contradicere valeat, et ne aliquis molestare possit, harum nostrarum literarum testimonio mediante. Datae in Zigeth feria quarta post Pentecostes die Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, quis vero parcium hanc . . . . et

disposicionem infringere niteretur, extunc talis pars parti adversae convincatur vinculo florenorum duo decim.

Copia din secolul XVII. legalisată prin Sigismund Sztojka notariul comitatului. Dintre scrisorile lui Joan Jura din Văncesci. Erorile grammaticale observate in acest document sunt de a se scrie in sarcina copistului din secolul XVII. in parte şi in sarcina scrietoriului textului original.

358.

1498. 26. Juni. Conventul din Lelesz adeveresce, că nobila dómna Maruşka socia lui Thoma din Leordina şi fiica lui Michail Urda din Leordina şi a dómnei Stana a impignorat trei sesiuni: una nobilitariă şi dóue jobagionale din Leordina nobililor Mircea, Ivaşko şi Ivanko filor lui Popa David din Leordina şi ai Catharinei Urda pentru cincideci floreni de auru.

Nos conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod nobilis domina Maruska consors Thomae de Leordina, filia videlicet quondam Michaelis Urda de Leordina ex quondam nobili domina Stana procreata, coram nobis personaliter constituta sponte et libere est confessa in hunc modum: quomodo ipsa certis egentiis suis intollerabilibus evitandis, tres sessiones suas, unam earum nobilitarem in qua ad praesens ipsa domina Maruska resideret, et duas earum jobbagionales consimiliter, in quarum una Philippus et in secunda Petrus pro tempore residentiam facerent personalem, in dicta possessione Leordina in comitatu Maramarusiensi existente adiacentes, quae videlicet sessiones nobilitares et jobbagionales ipsam dominam ad portionem dumtaxat suam pro dote et rebus paraphernalibus praefatae dominae Stanae matris suae ac juribus suis quartalatiis sibi de bonis et juribus possessionariis praefati quondam Michaelis Urda patris sui provenire debentibus pertinerent, simul cum cunctis proventibus, utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, quovis nomine vocitatis, ad easdem sessiones de jure spectantibus nobilibus Myrche, Ivasko et Ivanko filiis David Pap de dicta Leordina ex nobili domina Catharina filia videlicet praefati quondam Michaelis Urda susceptis in et pro quinquaginta florenis auri puri, uti nobis dictum extitit plene receptis ab

eisdem et levatis, post mortem videlicet et decessum ipsius dominae Maruska titulo pignoris possidendas pignori obligasset et inpignorasset. Imo pignori obligavit et inpignoravit coram nobis tali modo: ut dum et quandocumque post mortem ipsius dominae Maruska hii quorum redemptioni magis competit, prescriptas sessiones ab eisdem Myrche, Ivasko et Ivanko de Leordina redimere vellent et valerent, ex tunc redimendi habeant facultatem, iidem Myrche, Ivasko et Ivanko praemissis quinquaginta florenis auri puri, rerum aestimatione quarumlibet exclusa, plene et integraliter rehabitis, easdem sessiones talibus redimere volentibus, absque omni occasione partium scrupulo remittere debeant et teneantur resignare, harum nostrarum vigore et testimonio presentium literarum mediante. Datum feria tertia proxima post festum nativitatis beati Ioannis Baptistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

1) Mirce=Miron; familia nobilă Mirce și adi stăpânesce in Leordina.
2) Conventul din Lelesz. (Protocolli actorum Anni 1764. pag. 128.)

359.

1498. 18. Novembre. Buda. Stefan din Zapolya palatinul terei adeveresce, ca Bartholomeu Dragffy din Beltuc și-a retras contradicerea sa, prin care a oprit introducerea lui Petru Pogan, comite din Posoniu și a socilor sei in posesiunea moșielor Urmező, Veresmart, Apșa de sus, și a părților de moșie in Crăciunesci,

Nos Stephanus de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, regni Hungarie palatinus et judex Comanorum memorie commendamus per presentes: Quod magnificus Bartholomeus Dragfy de Beltheok nostram veniens in presentiam sponte confessus exstitit et retulit in hunc modum: Quomodo dum in profesto beati Dyonissii martiris in Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto transacto preterito, aliisque diebus tunc immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus egregii Petrus Pogan comes Posoniensis, Matheus Thukaroveczky nec non Sigismundus similiter Pogan ac Georgius et Iohannes modo simili Pogan, se in dominium possessionum nobilis condam

Thome de Urmezew, videlicet ejusdem Urmezew ac Veresmarth et Apsa vocatarum in comitatu Maramarosiensi adjacentium, nec non portionis possessionarie similiter ipsius condam Thome de prefata Urmezew in possessione Karacsonfalva nuncupata, modo simili in eodem comitatu Maramarusiensi existente habite, per mortem et defectum seminis ejusdem condam Thome, simul cum omni jure regio in eisdem habito per majestatem regiam ipsis Petro Pogan, Matheo Thukaroveczky ac Sigismundo, Georgio et Iohanni similiter Pogan donatarum per regium et conventus ecclesie de Lelez homines juxta regni consvetudinem introduci, easdemque possessiones et portionem possessionariam simul cum dicto jure regio pro se ipsis statui facere voluissent; tunc licet hujusmodi statutioni earundem possessionum, et portionis possesisonarie, jurisque regii per Blasium Thot officialem prefati Bartholomei Dragfy per ipsum in possessione sua Bochko vocata constitutum, nomine et in persona ejusdem Bartholomei Dragfy contradictionis velamine obviatum fuerit: tamen ipse Bartholomeus Dragfy hujusmodi contradictioni statutionis prescriptarum possessionum Urmezew, Veresmarth et Apsa nec non portionis possessionarie in pretacta possessione Karachonfalva habite ut premittitur nomine et in persona ejusdem facte rationabilibus ex causis per omnia cessisset, et renunciasset, dicteque statutioni prefatarum possessionum, et portionis possessionarie jam factis Petro Pogan, Matheo Thukaroveczky nec non Sigismundo, Georgio et Iohanni similiter Pogan, modo quo supra facte consensisset, imo idem Bartholomeus Dragfy cessit: renunciavit et consensit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude die dominico proximo ante festum beate Elizabet vidue. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

Din Copia legalisată a literilor statutórie date prin Conventul Crucéferilor Johaniţi din Alba Regale în anul 1500. Din Urmező şi-a produs nobilitatea la anul 1752. familia Pogány (1495.)

360.

1498, 29. Novembre. Buda. Mandatul regelui Uladislau cătră magistratul comitatului, ca se scutéscă pe Hilariu igumenul mănăstirei săntului Michail Arhangel in drepturile sale cuprinse in literile lui Antoniu patriarchul Constantinopolei, de órece acele drepturi au fost atacate prin Joan episcopul din Muncaciu, carele se încércă a taxă pe toți ómeni aflători in ținutul mănăstirei, și a trage la sine cu nedreptu venitele ḑisei mănestire.

Vladislaus Dei gratia rex Hungariae Bohemiae etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et judicibus nobilium comitatus Maromarusiensis, praesentibus et futuris salutem et gratiam. Exponitur maiestati nostrae in persona religiosi fratris Hilarii, Graecae fidei professoris, Prioris monasterii beati Michaelis archangeli in Maromarusio fundati. Quod licet nos certas litteras reverendissimi in Christo patris fratris Antonii Patriarchae Constantinopolitani, super certis indultis et libertatibus ac juribus praefati monasterii, per eundem Patriarcham concessis, ad supplicationem eiusdem exponentis confirmaverimus, tamen venerabilis frater Ioannes episcopus de Munkacs Graecae fidei professor, in aestate proxime praeterita, contra huiusmodi indulta praefati patriarchae, omnes populos, in pertinentiis dicti monasterii commorantes, vigore quarundam litterarum, ad sinistram expositionem eiusdem, de maiestate nostra ut dicitur impetratarum, vellet et niteretur taxare, et ad illegitimam receptionem proventuum dicti monasterii inhiare, et licet nos utrasque partes, ad praesentiam maiestatis nostrae vocari fecerimus, ut inter ipsos super ipso negotio judicium faceremus[1]). Tamen quia praefatus episcopus de Munkach, pro tempore deputato coram nobis non comparuit, ideo nos ipsum exponentem in juribus suis infra revisionem huiusmodi differentiarum turbari nolentes, mandamus fidelitatibus vestris serie praesentium firmiter, ut acceptis praesentibus praefatum exponentem, contra jura et privilegia dicti monasterii[2]), ad solutionem illegitimam aliquorum reddituum praefato episcopo de Munkacs arctari non permittatis, sed ipsum interea quousque scilicet per nos causa et differentia praetacta revidebitur, maiestatis nostrae in persona at authoritate, praesentibus vobis in hac parte concessa, et justitia mediante, protegere, tueri et defendere debeatis, secus non

facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae in vigilia festi beati Andreae apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo Regnorum nostrorum Hungariae etc. anno nono. Bohemiae vero vigesimo nono[3]).

[1]) Şi acest casu era una din cele multe certe pentru jurisdicţiunea beserićéscă. Despre un alt casu mai recent impărteşesce J. Duliskovics (Istoriceskia certei III. p. 64.) o cercetare lungă d'in anul 1725.

[2]) Pe lăngă tóte vifórele de atunci mănăstirea săntului Michail Archangel a existat şi in secolii XVI. şi XVII. ba ăncă a inflorit, de órece avea şi o tipographiă d'in care a eşit intre altele, cum se spune, un Pentecostariu; dér la inceputul secolului XVIII. in resbelul Rakocian insurgenţii au aprins mănăstirea, beserica a ars, zidul s'a ruinat, şi acum numai o cruce intre ruinele aréta locul evlaviei. Moşia de sub mănăstirea tot atunci s'a secularisat. (Veḑi cercetarea facută in acésta privintia la anul 1761. prin conventul din Lelesz. Protocollum anni 1762. pag. 185.) Veḑi şi protocolul Comitatului d'in anul 1705. 22-a Aprilie.

[3]) Din transcrisul făcut in annul 1721. prin requisitorii literilor Capitlului (rom. căt.) din Alba Julia, publicat prin A. T. Laurian: Magasin istoric t. III. p. 180. prin episcopul A. Saguna in „Adaus la promemoria 1850. şi prin J. Basilovics: Brevis notitia I. pag. 23. Unde in loc de Hilariu stă Gelasiu.

361.

1499. 28. Januariu. Buda. Mandatul regelui Uladislau pentru introducerea lui Petru Dolhay din Curtea regéscă in moşiele lui Demetriu din Dragumiresci, care pentru făr'de legile sale perḑĕnduşi averile, acele s'au derivat asupra s. coróne. Introducerea se opresce prin contraḑicerea lui Tivadar şi Stefan Deak din Dragumiresci.

Uladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Cum nos attentis et consideratis fidelitate et servitys fidelis nostri egregy Petri de Dolhay aulici nostri per eum sacre in primis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde eciam maiestati nostre iuxta sue possibilitatis exigenciam exhibitis et inpensis, bona et possessiones, porciones-

que et quelibet jura possessionaria in comitatu Maramarusiensi existentes et habita, que alias nobilis quondam Demetry de Dragomerfalva prefuissent sed ex eo, quod idem quondam Demetrius Dei et hominum timore post posito manifestis spolys, rapinis et alys malis actibus se exposuisse et pro eisdem iam pridem ut manifestus predator detentus et jure mediante palo suffixus esse dicitur, ad nos sacramque predicti regni nostri Hungarie coronam et consequenter collacionem nostram regiam juxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem atque legem rite et legitime devolute esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentys quibuslibet premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus memorato Petro Dolhay suisque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Zancho Vaynagh, vel Michael de Bedew, sive Petrus Naan de Zlathina alys absentibus homo noster ad facies prescriptarum bonorum et possessionum, porcionumque et quorumlicet jurium possessionariorum vicinis et commetaneis eorumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Petrum Dolhay in dominium eorumdem et earumdem, statuatque eosdem et easdem eidem premisso juris titulo ipsi incumbente perpetuo possidendas si non fuerit contridictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum Petrum Dolhay ad terminum competentem nostram personalem in presenciam racionem contradictionis eorumdem reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude die Dominico proximo ante festum purificationis beatissime Marie virginis. Anno Domini M⁰ CCCC⁰ nonagesimo nono. Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno nono, Bohemie vero vigesimo nono. Nos itaque preinsertis preceptis et mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Petro Naan de Zlathina homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Mathiam presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui

tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo: Quod ipsi in festo beati Mathey Apostoli proxime preterito ad faciem prescripte possessionis Dragomerfalwa vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente prefatum Petrum Dolhay in dominium eiusdem introducere ac eandem eidem premisso juris titulo ipsis incumbente . . . perpetuo possidendam statuere voluisset, tunc nobiles Tivadar ac Stefanus Deak de eadem Dragomerfalva[1]) huiusmodi introductioni et statutioni contradictionis velamine obviassent, propter quod idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente ibidem et eodem die ac in loco huiusmodi contradictionis eosdem Tivadar et Stephanum Deak de Dragomerfaiva contra annotatum Petrum Dolhay ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturas vestre serenitatis personalem evocasset in presentiam rationem contradictionis eorundem reddituros. Datum duodecimo die diei evocationis prenotate. Anno Domini supradicto.[2])[3])

[1]) Familia nobilă Deak stăpânesce şi adi in Dragumiresci, Cuhea etc.

[2]) Conventul din Lelesz (D. Statutoriarum No. 43.) Copia dela Georgiu Petrovay.

[3]) Din Dragumiresci şi-au produs nobilitatea familiele: Dragumir (1431.) Deak (1489.) Griel (1549.) Szakallos (1549.) Ficzago (1549.) Zubasko (1587.) Font, Bodruma; la anii 1763—1768. familiele Thorkos (1451.) Ostas (1470.) Offrim (1608.) Turkus alias Conciu (1672.)

362.

1499. 14. Octobre. Szigeth. Relațiunea judilor nobililor către regele Uladislau despre acea, că in muntele Sideu avuseră nobilii Lazar și Stefan Mare din Vad și Joan Gherheș din Saraseu dóue mutări sau stăne de véra, pentru care se certă comitele Tarczay cu Bartholomeu Dragfy. In muntele Furmolza avuseră Joan Bank și alt Joan Gherheș una mutare. Nobilii din Săpănția cu Joan Gherhes din Sarasen avuseră in muntele mare patru mutări. Dĕnșii au folosit in pace acesti munții până la mórtea regelui Mathia, și au avut privilegie, dér le a perdut când ómenii trămiși de Stefan voivodul Moldovei au predat și au ars satele și oppidele, pentru acea se rógă, că regele se restitue acei munți.

Fidelissima obsequia cum omni subiectione, serenissime princeps et domine domine noster graciose, presentibus vestre patefacimus maiestati, quod in alpibus videlicet Zidohawasa nobiles . . Lazarus et Stephanus Magnus de Farkasrew, et Johannes Gerhes de Zarwazo habuerunt allodia siwe staciones estivales pecorum vel hospicia vulgo Zallas duo,[1]) pro parte eius alpis nunc inter magnificum Bartholomeum Draghfy et Johannem Tharczay nostrum comitem causa extitit, seu lites mote sunt. Item in alpe Furmolcza hawasa nobiles Johannes Bank et alter Johannes Gerhes de Zarwazo habuerunt hospicium unum. Item nobiles de Szaploncza cum nobili Johanne Gerhes de Zarwazo ac eius fratribus in alpe magno[2]) habuerunt quatuor hospicia sew staciones pecorum, qui omnia usque mortem serenissimi principis condam Mathie regis Hungarie pacifice possederunt, et de omnibus litteralia instrumenta sew privilegia habuerunt. Tamen ea perdiderunt propter quod Stephanus waywoda Moldavus quosdam latrunculos miserat in hanc terram devastandam eandem, tunc plures possessiones et oppida huius districtus per ignem fuerunt combusta et plures ex nobis sua perdiderunt privilegia et literas atque literalia instrumenta. Quare per presentes vestram humillime precamur maiestatem, quatenus easdem staciones pecorum in alpibus prenominatis dictorum nobilium vestra maiestas graciose remittens, reddere et reddifacere dignetur.

Ex Zygeth feria tercia proxima ante festum Galli confessoris. Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo nono.[3])

Quatuor Judices ac Vniversitas
Nobilium Comitatus Maramarosiensis
Vestre Maiestati fideles.

In dorso legitur: Serenessimo principi domino Wladislao Regi Hungarie, Bohemie etc. Domino gracioso admodumque Metuendo.

[1]) „Allodium sive statio aestivalis pecorum vel hospicium vulgo Zallas=corespunde espresiunei descensus vel caula ovium=Stână de véra (veḑi diploma anului 1451.) adecă staulul oilor şi coliba pentru pecurariu; prin cuventul descensus ovium se esprimă terrenul de paşiune trebuinţiósă pe o véră la o stână de oi, şi acésta se numesce: mutare. De esemplu muntele Petricéua are şese mutări unde pot vera şiese stâne de oi seu de vite, intr'o stână de oi se ieu aprópe 500. de capete.

[2]) Zido=Swidowa (?) Furmolsa=Frumósa=Krasna, proprietatea Escel. sale Episcopului gr. cat. din Orade Michail Pavel; alpis magna=Welyka: trei munţi pe apa Tărasului, in giur şi aprópe de satul Brusturi. Munţii erau şi in trecut posesiuni de sêne stătătórie, şi de osebite, cum am veḑut la anul 1402. şi cum ne aréta o altă diplomă d'in anul 1505. despre muntele Budescu.

[3]) Din originalul scris pe papir, care va fi fost numai concept, de órece nu-e provezut cu sigil, şi pórtă corecţiuni in 2—4 cuvênte.

[4]) Din Săpenţia şi-au produs nobilitatea la anul 1752. familiele: Tivadar alias Szaplonczai (1419.) Nan (1407.) Stan (1401.) Pap (1482.) Bosa (1457.) Steczko (1608.) Manaila (1624.) Finta (1685.) Tite (1608.) Holdos (1608.) Turda (1608.) György (1672.)

363.

1500. 7. Aprilie. Sziget. Representaţiunea comitatului către regele Uladislau cu acelu-aş cuprinsu ca şi in diploma precedente.

Fidelissima obsequia cum omni subiectione, serenissime princeps et domine domine noster graciose, presentibus vestre patefacimus maiestati, quomodo in alpibus videlicet Zodohawasa nobilis Lazarus

et Stephanus Magnus de Farkasrew, et Iohannes Gerhws de Zarwazo habuerunt allodia sew stationes estivales pecorum vel hospicia wulgo Zallas duo, pro parte cuius alpis nunc inter magnificum Bartholomeum Dragffy et Iohannem Tharczay nostrum comitem causa vertitur, sew lites mote sunt. Item in alpe Fwrmoltzahawasa nobiles Iohannes Bank et alter Iohannes Gerhes de Zarwazo habuerunt hospicium unum. Item nobiles de Zaploncza cum nobile Iohanne Gerhes de Zarwazo ac eius fratribus in alpe magno habuerunt quatuor hospitia sew stationes pecorum, que omnia usque mortem serenissimi principis condam Mathie regis Hungarie pacifice possederunt et de omnibus literalia instrumenta sew privilegia habuerunt. Tamen ea perdiderunt pro tunc quando Stephanus Wayvoda Moldoviensis quosdam latrunculos miserat in hanc terram devastandam eandem, tunc plures possessiones et oppida huius districtus per ignem fuerunt combusta, et plures ex nobis sua perdedirunt privilegia et literas et litteralia instrumenta. Quare per presentes vestram humillime precamur Maiestatem, quatenus easdem stationes pecorum in alpibus prenotatis dictorum nobilium vestra maiestas gratiose . . . . reddere et reddifacere dignetur. Datum in oppido Zygeth feria tercia post dominicam Iudica. Anno domini millesimo quingentesimo.

Quatuor judices et universitas
Nobilium comitatus Maramarosiensis
Vestre maestati fideles.

Dorso: Serenissimo principi Domino Vladislao regi Hungarie, Bohemie etc. Domino generoso atque metuendo.

Din originalul scris pe papir provedut cu patru sigile. Intr'altele vedi notiţiele la diploma precedente.

364.

1500. 24. Mai. Buda. Mandatul regelui Uladislau II. către conventul Cruceferilor Johanniţi din Alba Regale, pentru introducerea lui Sigismund Pogan de Cheebi comitelui din Posoniu, a lui Georgiu şi Joan Pogan, şi a lui Matheu Thukaroveczky camerariu in posesiunea moşielor Urmező, Veresmarth, Apşa şi părţile de moşie in Crăciunesci. Introducerea se face fără contradicere, după ce a lui Bartholomeu Dragfy a fost revocată.

Conventus Cruciferorum ordinis sancti Iohannis Ierosolomitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini Uladislai Dei gratia regis Hungarie, Bohemie domini nostri gratiosissimi introductorias et statutorias nobis patenter loquentes et directas summa cum reverentia recepimus in hec verba: Uladislaus Dei gratia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie cruciferorum de Alba, salutem et gratiam, noveritis quod Sabbatho proximo post festum beate Elene regine nunc preteritum nobis una cum nonnullis magistris protonotariis et regni nostri nobilibus hic Bude constitutis, fidelis noster egregius Sigismundus Pogan de Cheebi comes Posoniensis, sua ac Georgii et Iohannis consimiliter Pogan de dicta Cheebi fratrum suorum et Mathei Thukaroveczky cubicularii nostri personis nostram veniens in presentiam, quasdam duas litteras unam scilicet conventus ecclesie de Lelez statutoriam clause, et aliam spectabilis et magnifici condam Stephani de Zapolya comitis perpetui terre Scepusiensis ac dicti regni nostri Hungarie palatini et judicis Comanorum fassionalem patenter in papiro emanatas nobis presentavit. Quarum prime videlicet dicti conventus ecclesie de Lelez statutorie tenor talis est: Serenissimo principi Domino Uladislao etc. (vide sub No. 354.) Alterius vero utputa prefati condam Stephani comitis et palatini continentia verbalis hec est: Nos Stephanus de Zapolya etc. (vide sub No. 359.) Quibus presentatis prefatus Sigismundus Pogan, in sua ac aliorum quorum supra personis allegavit eo modo: Quod licet prescripte contradictioni dicte possessionarie statutionis vigore prenotate nostre regie donationis eisdem Petro ac Sigismundo, Georgio

et Iohanni Pogan, nec non Matheo Thukaroveczky in persona prefati Bartholomei Dragfy, ut pretactum est facte idem Bartholomeus Dragfy modo prenotato, cesserit et renunciaverit, eidemque statutioni consenserit: nihilominus tamen ipsi Petrus, Sigismundus, Georgius et Iohannes Pogan ac Matheus Thukaroveczky adhuc juris ipsorum uberiorem ad cautelam, rursus et de novo se in dominium jam dictarum possessionum Urmezew, Veresmarth et Apsa, ac portionis possessionarie dicti condam Thome de prefata Urmezew in prefata possessione Karachonfalva habite introduci, easdemque possessiones et portionem possessionariam premisse nostre regie donationis titulo pro se ipsis statui facere vellent, lege regni nostri requirente, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Dolha, ac Iohannes de eadem Dolha vel alter Iohannes de Waynak, seu Petrus Nagy de Zlathyna, seu Andreas Magnus de Kyrva, sive Georgius de Bilke, neve Iohannes Geurhes de Zarvazo, aliis absentibus homo noster ad facies prenominatarum possessionum Urmezew, Veresmarth, Apsa et Karachonfalva consequenterque prescripte portionis possessionarie dicti condam Thome de prefata Urmezew, in eadem possessione Karachonfalva existentis et dicti juris regii nostri in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Petrum et Sigismundum, Georgium et Iohannem Pogan, nec non Matheum Thukaroveczky in dominium earundem et ejusdem, statuatque easdem et idem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisse nostre regie donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, contradictione prefati Bartholomei Dragfy non obstante, si per alios non fuerit contradictum. Contradictores vero alii, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Petrum, Sigismundum, Georgium et Iohannem Pogan, ac Matheum Thukaroveczky ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas nostram personalem in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus ut fuerit expediens octavas ad predictas dicte nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude predicta secundo die termini prenotati. Anno Domini millesimo quingentesimo. Unde nos mandatis prefati domini nostri regis semper et in omnibus obedire volentes ut tenemur, una cum prenominato Iohanne de Waynak homine

dicti domini regis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Albertum juniorem presbyterum cruciferum, socium nostrum conventualem ad prescriptam statutionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo: Quod ipsi die dominico proximo ante festum beate Marie Magdalene proxime preteritum, ac aliis diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies prenominatarum possessionum Urmezew, Veresmarth, Apsa et Karachonfalva, consequenterque prescripte portionis possessionarie prefati condam Thome de prefata Urmezew, in eadem possessione Karachonfalva existentis et dicti juris regii in eisdem habiti vicinis et commetaneis eorundem universis et signanter nobilibus Nicolao Feyer de Uglya, Iohanne Bank de Zarvazo, altero Iohanne Gerhes, Laurentio et Elia de eadem Zarvazo, Stephano Dolhay de Ruzkova, altero Stephano Waynak ac Francisco, Michaele Bencze et Stephano Ztoyka de Crychfalva ac Thoma Volyoz de dicta Uglya; atque circum spectis Michaele et Blazio Thako in oppido Thechew commorante jobbagionibus prefati domini nostri regis aliisque nonnullis probis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, idem homo prefati domini nostri regis ipso nostro testimonio presente introduxisset antefatos Petrum et Sigismundum, Georgium et Iohannem Pogan, nec non Matheum Thukaroveczky in dominium earundem et ejusdem, statuissetque easdem et idem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse regie donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, contradictione prefati Bartholomei Dragfy non obstante, nullo tamen alio contradictore inibi neutiquam demum coram nobis apparente, legitimis etiam diebus et horis congruis in faciebus earundem moram faciendo. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri majoris munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis predictarum. Anno domini millesimo quingentesimo supra dicto. Venerabili et religiosis Ladislao preceptore magistro, Georgio lectore, Anthonio cantore, altero Georgio custode ceterisque fratribus ecclesie nostre predicte existentibus.

Din copia legalisată in Posoniu 5. Novembre anul 1844. prin Georgiu Jura notariul jurat al tabulei regesci şi prin Melchior Horváth după originalul din archivul Curiei regesci.

365.

1588. 25. Marţiu. Dolha. Litere divisionale prin care averile mişcătórie remase după Georgiu Dolhay se împărţescu prin tutorii şi arbitrii intre pruncii anume Petru Dolhay şi Sophia Dolhay măritată Blasiu Beythy, impreună cu registrul despre averile cădute in partea Sophiei, tutorilor se dă absolutoriu.

My Koltsey Caspar és Koltsey Janos, Ilosvay Georgy, Lupchei Ferentz, Dolhay Janos, Darvaj Peter, Bylkey Ferentz, Feyes Janos hetheny, Csiorba Gaspar Dolhay, aggiuk Emlékezetre myndeneknek, kyknek illyk, ez my leveleonknak Rendyben, hogy mikoron mynketh Cornis Caspar Uram, Ztoyka Georgy Uram es Bylkey Matthe Uram, az zegeny megholt Dolhay Georgy Uram utolso testamentoma zerynth, az eo fyanak Dolhay Peternek, es leanianak Dolhai Sophi azzonnak, mostan Beythy Balas uram hazastarsanak, testamentomos gondvyseloy es Tutory Ide Dolhara, Ky Maramaros varmegieben vagion, Gieomeoltzolto Boldogh azzony Napjara giwytedttenek volna, az Zegeny meghholt Dolhay Georgy uram Jozaganak es Marhajanak, Dolhay Peter Keozeot es Dolhay Sophia azzonj Keozeoth, kyt zegyn Dolhay Georgy uram testamentom Zerynth hagiot ket fele oztani, Tudni illyk Araniat, tallert, garast es mindenfele pynzt, ezuesteot, Arany myvet es poharakat, Mosdokatth, az Vaynagj udvarhazath, portioyual egietemben, Daruan, Chritzfalvan, Keovesligeten, Herenchen, Zerfalvan, az Dolhay hazhoz mynden felseo jozagatth . . . . mynden ezuestet, Aranyat és Ingo Byngo Marhayat, azert my az feleol meghirt Tutorokual egietemben, Isten Zerynt, és az ü Igazsaga Zerynth, mynden Aranyat mynden pynzt, myndenfele ezustet es marhath, az testamentum continentyaya Zerinth, igazan Dolhay Peter Keozeoth es Dolhay Sophi azzony Keozeoth megh Intezuen minden fele marhatth ket rezre oztottunk es Igazytattunk, melj el Igazytot Jozagroll es aranyrull, Tallerrul, pynzreol es ezust marharull, igaz layistromot attunk, mind Dolhay Peternek es Dolhay Sophi azzonnak, mely Regestromoth my megh Ereositetteonk kezeonk Irassaul es petheteonkell es my eleottunk ez feleol megh Irth Cornis Caspar uramath, Ztoyka Georgy uramath es Bylkey Matthie Uramat, Udj mint tutorokath, Dolhay Peter uram es Dolhay Sophi azzony Beythy Balasne azzonyom cuietaltha es az testamentomnak

contentiaya Zerynth tellyes menedeket attanak kezeket beadvan, az tutoroknak magok mentzegere, kynek bizonsagara eoreok Emlekezetteol my Arbiterek leuoen, attuk az my petsietes leveleonketh Kezeonk Irasaul megh ereositven. Keolt Dolhan az feleol meg Irt Napon 1588. eztendeoben. Ilosvay Gyeorgy, Feyes Janos, Casparus Czorba, Iohannes Dolhaj, Darvay Peter, Idem Franciscus Bilkey m. p. Ioannes Keltchey m. p. Idem Caspar Keolczey m. p.

Anno 1588. Giumeoltzoltho Boldog azzony nap utan valo kedden ozlas zerynt Jutot Beythy Uram zamara ezust, arany, penzh, és egieb felek ruhak zam zerynth ezek:

Mas fel zaz taller.

Tizenket penzes garas hatth forinth.

Egyueleges taller het forinth tizenket penz.

Garas feyr penzel egyuelegh eoth forinth.

Bapka hat forinth negyven penz.

Negywen eoth Arany.

Zaznegjuen hatodfel forinth tizenharom penz.

Molnár Jacab adossagaban jutot huzoneoth forinth.

Az Sugan Lazlo és Kurilo Janos adossagabol jutotth harmintzketh forinth.

Az Dolhay Sophy azzonyom Jobbagia Chiakan Gyeorgy ados tiz forintal azt is Balas Uram megwegie.

Az juhok arrabol attunk harmintz harom forintoth és harmintz niolczad fell penzt.

Hatt pey Zekeres lovak Zerzamostol.

Egy hyntho zeker weres poztoval boritoth.

Keth eoregh Aranias syma pohar.

Ismet ket kisseb Aranyas syma pohar fedelesteoll.

Ket feyr syma pohar eggyk oregh mas kisseb.

Ket aranias fedeles viragos kupa.

Egy fehyr pohar keozep zereo.

Egy ezusteos szerethen dio pohar.

Egy eoregh ezüst kanna syma.

Egy kissebb Kanna abrinthos, araniazoth az Abronthia.

Egy ezust mosdo Korsostull.

Tizenegy ezust kanal az tize oregh Aranias, az mas kisseb sima.

Egy wekonj zakadozath partha eu.

Egy kis partha eu Aranyas.

Egy eoregh partha eu lantzostul aranias.

Egy estheo ezust aranyas kez eleo.
Egy Gieongy lantzotzka.
Egy Kithyn arany lantzotzka.
Egy bonthiok Nyakban ueteosteol ezust aranias.
Egy eoreogh aranjlantz, zazharmintz nioltz zem benne.
Heath eoreogh arany giureo.
Negy apro arany giureo kezſogasos.
Egy gieongieos ſeketheo.
Egy Arany zyn dupla taſatha zoknya ſekete barsonal hanth.
Egy ſeyr theoveobeth zoknya ſekete barsonnal premezeth.
Egy zeold dupla taſotha zoknya ſekethe barsonnal premezeth.
Egy ſekete barsonj zoknya, az ualla synorozot.
Egy weres dupla barsony zoknya ezüst synorozasos az ualla.
Egy orozlan szyn zoknya weres barsony az preme.
Egy weres dupla barsony kis suba nestel belleth, ſekethe az preme.
Egy ſekethe dupla Barsony kis suba nestel belleth ezusth synorozassos.
Egy Arany zyn dupla sarga taſota kis suba nestel belleth Keotesses az preme.

Egy darab roka niak gerezna harmintz niak.
Az masikban wagion roka nyak negyuen heth.
Az harmadykban wagion roka nyak eothuen heth.
Egy roka mall gerezna harmincz niolcz mall benne.
Mas roka mall gerezna tizennioltz mall benne.
Az harmadik gereznaban huzonegy mall wagion.
Keth darab nest thorok.
Egy viselõ zeold taſota kis suba nestel belleth ſekethe barson preme.
Ket gioltz vethes Kendeo Kezkeneo.
Ket gioltz warroth Kendeo Kezkeneo.
Egy parazt wankos hej.
Tiz temerdek sahoz abroz weg.
Tiz feyeritet Wazon lepedeo.
Ket abroz egy Kendeo Kezkeneo sahos.
Egy sahoz abrozz.
Egy wekonj Wazon lepedeo.
Mas vekonj wazon lepedeo.
Egy eoregh sahos abrozz.
Egy vekony gioltz lepedeo.
Egy sahoz abroz lengiel orzagy.

Egy wekonj wazonj lepedeo.
Egy gioltz lepedeo.
Egy sahos Kendeo Kezkeneo.
Keth Kendeo Kezkeneo.
Tizenhatodfel singh sahoz abroz.
Mas tizenharom singh sahoz abroz.
Feel wegh wekonj wazonj.
Feel wegh wekonj abroz.
Feel wegh temerdek abroz.
Harom Kendeo Kezkeneo egy wegben.
Egy darab temerdek sahos abroz.
Egy fel wegh temerdek sahos abroz.
Egy fel wegh temerdek wazonj abroz.
Egy fel wegh temerdek sahos abroz.
Egy feel wegh temerdek wazony.
Egy feel wegh temerdek wazony.
Egy wasas so szekereth.
Minden aprostul, okreosteol, tehenesteol harmincz eot barom.
Harmintz ketzke fiastul.
Mindenesteol foguan tizenket dizno.
Harmintzharom Menes minden aprostull.
Egy rez Mosar.

Ioannes Keoltchey mp. Idem Caspar Keoltchey mp. Casparus Chiorba, Dolhaj Janos mp. Darvay Peter, Bylkej Ferentz, Feyes Janos.

Din secolul XIV. şi XV. n'am dat decăt de diplome cu text latin. Folosinţia limbelor vieţiuitórie in scrisori nu se incepe la noi numai in secolul XVI. după renascerea sciinţelor şi a artelor. Dér ca se avem in cătva cunoscinţia despre stilul limbelor de atunci, am aflat de bine a adauge la acésta colecţiune dóue acte divisionale din secolul XVI. Una e scrisă in limba unguréscă provezută cu 8. sigille; originalul e la Stefan Szilágyi directore, copia de la Georgiu Petrovay, am publicat-o cu orthographia originala; ea ne aréta obiectele cu care era provezută o familie de stare bună in ḑilele acele. Originalul actului al doile e scris pe papir in limba română cu litere cirilice, sfĕrtişul şi sigilele lipsescu, ea tractéză impărţirea moşielor, la pace au conlucrat vreo 24. nobili de atunci.

366.

1593. 24. Mai. Litere de impărțire prin care moșiele remase după Pop Lazar din Budesci se impărțescu in trei astfeliu, ca lui Grigorie Pop i-a venit partea in Lăpușul de sus, ér moșiele din Rogoz, Budesci, Vișeu, Moiseni și Borșa se impărțescu in dóue intre Tămaș Pop și cumnatul seu Mihai Dumitru bărbatul Mariei Pop, pentru că acestii au petrecut bătrinii și au purtat procese pentru aceste moșie. La invoirea au fost de facia 24. bărbati nobili de atunci.

Facem de scire tuturoru cui se cuvine a sci de rindu acestu lucru, precum in anulu acesta 1593, Msa. Mai 24. inaintea nóstrâ mai josu scrişi, sau alegâduitu Pop Tămaş din Rogoz cu şogoru seu Mihai Dumitru, cu impărţiastina iosaguriloru intr'acesta chip, pre cum mai josu va urma: care unde se tie; că avēndu Pop Lazar din Budesci care şi in Rogoz . . . . 4. feciori şi o fată ce au chiemat Marie; feciori 1. Grigoriu, 2. Tămaş, 3. Nicolae, 4. Vasilie şi a 5. fată Marie, pre care o au datu in Borşa la loculu Mâ . . . . Nemeş Mihai Dumitru şi loculu din Borşa şi din Vişao şi din Moisii i se vine, intr' acesta chip precum Pop Lazar au avut muere pre Dómna Malina fata Simi, sora cu Grad, cu Găvrilă, cu Jonaş şi cu Georgie, şi feciorii a lui Pop Lazar au muritu in tabără şi au remas v. şi fata; si iosagulu l'au impârtitu in 3. adecâ lui Grigore au venitu partea in Lapuşulu de sus; lui Tămaş şi fetei ii Marie in Rogoz şi in Maramoreş in Budesci şi in Vişao şi in Moisii şi in Borşa, şi au impârţitu aşă că Tămaş cu fata se şi impartă in dóua in totu locŭlu cu munţi cu totŭ, căci Pop Tămaş cu şogoru seu Mihai Dumitru au petrecutu şi bâtrinii şi multu sau chieltuitu cu vrajba ce au avutu cu muerea . . . . pirēnduse pentru iosaguri si inaintea . . . . totu amendoi au umblatu; şi aşă sau invoitu, câ de aru remâne careva fârâ sâminţiă cel alaltu se i lasă iosagulu se nu se confişcuiască; si care aru vre se strice acésta impărtiaştină se pue . . . . şi tot asă se fie impărtitoriu iosagulu pre cum mai sus sau arătatu, şi au fostu la alegădaşulu acesta 1. Domnu fisolgabir Iodi Mihai. 2. Nemes Maros Ianos din Cohe. 3. Simon Grad din Vişo. 4. Grad Vesian. 5. Petru Balea. 6. Vlad Ion. 7. Pop Lazar din Vişo de josu. 8. Petru Donca

din Şaio. 9. Dancuş Dumitru din Jeud. 10. Nicolae Dragumir de Dragomirfalva. 11. Şimon Ostaş, 12. Joan Velad din Silisna. 13. Vasilie Sima de Sacialu. 14. Coman Dan din Moisii. 15. Coman Ilieş. 16. . . . . . Gergel de Vişeu de sus. 17. Rednic Vasilie din Julesci. 18. Borodi Matei din Sirbi. 20. Bud Jonaş din Budesci. 21. Domnu Pop Mihai din Budesci fecioru lui Pop Luca. 22. Marinca Stefan. 23. Domnu Pop Stefan din Saraso; de cătră slavită varmegie trimis spre acéstă impărtiaştină veşnica intre mai sus pomeniţi Nemes Pop Tămaş şi Mihai Dumitru şi . . . . prin protopopulu locului Petru . . . .

. . . .

. . . .

Dorso: Exhibitae coram sedria generali I. Cottus Maramor. 28-a Juny 1593. celebrata.

In absentia DD. notariorum
Ioannes Petrovaj mp.
jud. I. cottus Maram.

INDICE.

(Numerii arétă paginele).

P. T. ABONENŢII.

Academia română, Bucuresci 3 esemplarie.
Akna-Sugatag comuna.
Also-Kalocsa comuna.
Anderco Abel forestier r. u. M.-Sziget.
Anderko Alexandru Cuza jude comunal, Borşa.
Anderko Stefan paroch gr. cath. Văncesci.
Apşa de jos parochia gr. cath.
Apşa de mijloc scóla gr. cath.
Asociaţiunea pentru cultura poporului român din Maramureş.
Babeş Vincenţiu membru al academiei române, Budapesta.
Dr. Badzey Ladislau jun. protonotariu on. al comitatului, M.-Sziget.

Balaban Tegze Ladislau proprietariu, Berezna.
Balea Simeon paroch. gr. cath. Săpênţia 2 esemp.
Bărbesci comuna.
Bărsană comuna.
Berce Georgiu docinte gr. cath. Bikszád.
Berezna cerc notarial.
Besan Michail notariu public r. Lugoş.
Dr. Bilaşko Georgiu medic, Budapesta,
Biró Vilhelm jude la tabula reg. Szegedin.
Bitea T. L. locotenent c. r. Blaşiu.
Boroş Joan canonic gr. cath, Lugoş.
Borşa comuna besericei gr. cath. din sus.
Borşa scóla gr. cath.
Bota Georgiu paroch gr. cath. Jeud.
Botiza parochia gr. cath.
Breb comuna.
Bredicean Coriolan advocat, Lugoş.
Bud Corneliu paroch gr. cath. Gherţia mare.
Bud Tit vicariu gr. cath. român şi paroch, M.-Sziget.

Budesci comuna.
Dr. Bunea Augustin canonic gr. cath. Blasiu.
Calin Joan paroch gr. cath. Petrova.
Călinesci comuna.
Caransebeş institut pedagogig greco-oriental.
Caribol M. maior in regimentul 5. de Roşiori, Craiova.
Carianopol C. Craiova.
Cheţian I. T. advocat, Craiova 3. esemp.
Crăcesci comuna.
Csics Géza notariu comunal, Cămpulung.
Cziple Joan jude comunal, Sĕrbi.
Dan Alexiu forestier r. u. Huszt.
Dan Arthur locotenent ces. reg. Oradea Mare.
Dan Basiliu paroch. gr. cath. Borşa.
Dr. Dan Vasiliu advocat, Sibiiu.
Deak Joan forestier r. u. Cinci-Beserici.
Densuşan Beniamin canonic gr. cath. Lugoş.
Desewffy Alesandru episcop r. cath. Timişóra.
Desesci comuna.

Dr. Dobrin G. advocat, Lugoş.
Domşia D. E. din ordul Basilitan, Blaşiu.
Doroş Nicolae prefect al convictului romăn Săn Vasile, M.-Sziget,
Dragoescu locotenent colonel, comandant al regimentului 9. de artileriă, Craiova.
Dragoş Basiliu paroch gr. cath. Moiseni.
Dragoş Juliu paroch gr. cath. Vişeu de mijloc.
Dr. Dragoş Teofil, Hideagă.
Drăguesci cerc notarial.
Dunka Stefan notariu cercual, Giulesci.
Fane Joan Tiberiu paroch gr. cath. Saraseu 3. esemplarie.
Fejér Antal comerciante, M.-Sziget,
Frasin comuna.
Frincu Andrea jude la curia reg. Budapesta.
Dr. Gall Josif membru al căsei magnaţilor, N.-Topolovecz.
Gavallér Ludovic advocat, M.-Sziget.
Gernyes cerc notarial.
Gigurtu general Craiova.
Giulesci comuna.
Godşa Laurenţiu proprietariu, Feresci.

Grigásy Joan notariu cercual, Ökörmező.
Groedel Armin proprietariu, M.-Sziget.
Dr. Grünwald Sigismünd advocat, M.-Sziget.
Gyenge Joan junior proprietariu, Petrova.
Dr. Hamvai Ludovic advocat, Huszt.
Hasdeu B. P. membru al academiei române, Bucuresci.
Herince comuna.
Hernicesci comuna.
Dr. Hosszu Vasiliu canonic gr. cath. Blaşiu.
Huban Emiliu paroch gr. cath. Apşa de jos.
Huszt oppid coronale.
Jeud scóla gr. cath.
Jeud tractul protopopescu gr. cath.
Ilniczky Stefan paroch gr. cath. Şieu.
Jonescu G. I. Gion membru al academiei rom. Bucuresci.
Joody Ilieş notariu cercual in Budesci.
Joody Vasiliu paroch gr. cath. şi protopop on, Vad.
Juga Joan notariu comunal, Vişeu de sus.
Jura Joan advocat, Vişeu de sus.
Jurka Basiliu proprietariu, Saraseu.
Dr. Jurka Ioan jude la tribunalul r. u. Caransebeş.
Ivaşko Joan canonic gr. cath. Gherla.
Ivaşko Joan paroch gr. cath. Rosalia.
Ivaşko Ladislau paroch gr. cath. Apşa de jos.
Iza cerc notarial.
Kalinder I. membru al academiei române, Bucuresci.
Dr. Karácsonyi Joan pleban r. cath. Bihar-Püspöki.
K. Jonas Aladár jude politic, Dolha.
Koman Joan paroch gr. cath. Vişeu de jos.
Dr. Korányi Julius advocat, M.-Sziget.
Dr. Kökényesdy Alexiu notariu la tribunalul reg. M.-Sziget.
Dr. Kökényesdy Michail advocat, M.-Sziget 2 esempl.
Kovásy Acaţiu advocat, M.-Sziget.
Krocsák Carol director la cassa de păstrare, M.-Sziget.
Lator Alesandru deputat, M.-Sziget.
Dr. Lazar Alesandru jude regesc 2 esempl.
Lazar Paul inginer, Craiova.
Lazar Vasiliu protopop şi paroch gr. cath. Apşa de mijloc.
Maior Joan administrator domenial, Blaşiu.

Dr. Mán Aurel advocat, M.-Sziget.
Mán Ladislau advocat, Vişeu de sus. 2 esempl.
Mán Ladislau notariu comunal, Vişeu de jos.
Mán Ludovic preşedintele composesoratului din Vişeu, Şomcuta Mare.
Mán Rozalia damă de fondaţiune ces. reg. Budapesta.
Maniu V. membru al academiei române, Bucuresci.
Maramureş comitatul.
Maramureş-Sziget oraş cu magistrat.
Marina Michail cantore gr. cath. Apşa de jos.
Dr. Mariş Elia advocat, M.-Sziget 2 esemplarie.
Dr. Mark Victor advocat, Şomcuta Mare.
Maros Gabriel adjunct de secretariu finanţial, Orade Mare.
Maros Mathia Stefan proprietariu de casă, Budapesta.
Mateiu P. Simeon canonic gr. cath. Blasiu.
Meszlényi Julius episcop r. c. Satmare.
Dr. Mihálka Georgiu advocat, M.-Sziget.
Dr. Mihályi Florent advocat, M.-Sziget 2 esemplarie.
Mihályi Gabriel jude politic, M.-Sziget.
Mihályi Petru deputat, Saraseu 2 esemplarie.
Mihályi Petru junior preşedintele reuniunei universitarilor, Budapesta.
Mihályi Petru paroch. gr. cath. Mânestirea Moisenilor.
Mihályi Victor archiepiscop şi metropolit gr. cath. Blasiu 100 esemplarie.
Mikle Alesandru docente gr. cath. Şieu.
Mocsonyi Alesandru proprietariu mare, Birkis.
Mocsonyi Eugen proprietariu mare, Kápolnás.
Mocsonyi Zeno proprietariu mare, Bulcs.
Moldovan I. M. preposit gr. cath. Blaşiu.
Moldovan Stefan preposit gr. cath. Lugoşiu.
Mosolygo Ilieş paroch gr. cath. Borşa.
Dr. Munkácsy Paul medic, Nagy-Bocsko
Nănesci comuna.
Nyilvan Nicolae advocat, Şomcuta Mare.
Papp Alesandru jude de tabula reg. Baia Mare.
Dr. Papp Coriolan advocat, Orade Mare.
Dr. Papp Julius advocat, Vişeu de sus.
Papp Joan farmacist, M.-Sziget.
Papp Joan paroch gr. cath. Turţiu.

Dr. Papp Izidor advocat, Lugoşiu.
Papp Koman Joan notariu comunal, Borşa.
Papp Lazar jude comunal, Vişeu de jos.
Papp Paul protopop şi paroch gr. cath. Vışeu de sus.
Papp Simeon protopretore, Vişeu de sus, 10 esemplarie.
Paul Augustin professor, Berlad.
Pavel Michail episcop gr. cath. Orade Mare 2 esemplarie.
Pavel Michail junior archivariu al Comitatului, M.-Sziget.
Petrovay Georgiu proprietariu, Nagy-Kürü.
Petrovay Georgiu paroch gr. cath. Botiza.
Petrovay Ladislau adiunct de secretariu financial, Lugoşiu.
Pogány Sigismund protopretore, Raheu.
Pop Alesandru professor, Berlad.
Popescu Gregoriu paroch gr. cath. Suciul de jos.
Dr. Popoviciu Georgiu protopresbiter gr. oriental, Lugoşiu.
Popu Josif jude la Curia regéscă, Budapesta.
Pór Antoniu canonic rom. cath. Strigoniu.
Precup G. professor Blaşiu.
Dr. Rad Demetriu episcop gr. cath. Lugoşiu.
Raheu comuna.

Dr. Raţiu Joan canonic gr. cath. Blaşiu.
Rednik Gabriel protopretore, Vaskoh.
Dr. Rednik Joan medic, Vaskoh.
Rednik Petru senior proprietariu, Bărbesci.
Rednik Petru junior proprietariu, Bărbesci.
Rednik Stefan protopretore Akna-Sugatag.
Réthy Alesandru medic, Ökörmező.
Rimnicén C. G. professor, Berlad.
Romànyi Stefan advocat şi redactor, M.-Sziget.
Br. Roszner Ervin dr. comite suprem, M.-Sziget, 2 esempl.
Rozalia comuna bisericéscă gr. cath.
Săpĕnţia comuna bisericei gr. cath.
Sat Şugatag comuna.
Seminariul clerical gr. cath. Blaşiu.
Serbac Joan paroch gr. cath. Gherţia Mică.
Şerban Michail docente gr. cath. Săpĕnţia.
Simon Julius proprietariu, Budapesta.
Simon Vasiliu perceptor comunale, Vişeu de sus.
Sofalva cerc notarial.

Strimtura comuna.
Strajan M. pentru biblioteca liceului, Craiova.
Sturdza Demetriu membru al academiei române, Bucuresci 10 esemplarie.
Szabó Alesandru vicecomite. M.-Sziget.
Szabó Aurel advocat, M.-Sziget.
Szabó Gabriel paroch gr. cath. Bikszád.
Szalay Petru consiliariu ministerial director al poştelor reg. ung. Budapesta.
Száldobos cerc notarial.
Szinevér comuna.
Szőllősy Francisc căpitan de poliţia, M.-Sziget.
Taras comuna.
Técső oppid coronale.
Dr. Tegze Nicolae advocat, Berezna,
Tegze Victor paroch gr. cath. Alsó-Bisztra.
Timiş Gabriel paroch gr. cath. Akna-Sugatag.
Timiş Georgiu Filipan proprietariu, Borşa.
Timiş Georgiu paroch gr. cath. Leordina.
Tocilescu Gr. G. membru al academiei rom. Bucuresci.

Toma Eugeniu protopretore, Huszt.
Tomoiaga Jancu theolog, Cerneuţiu.
Tomoiaga Mateiu oficial Selisce, comitatul Sibiiu.
Toronya cerc notarial.
Urechia V. A. membru al academiei rom. şi al senatului r. Bucuresci.
Vad comuna.
Valea Porcului comuna.
Văncesci comuna.
Vancu Petru invețâtor dirigente, Mâderat.
Várady Gabriel advocat M.-Sziget.
Vincz Alesandru câpitan r. u. de honveḑi, M.-Sziget.
Vişeu biblioteca clerului tractual gr. cath.
Vişeu de jos parochia gr. cath.
Vişeu de mijloc comuna.
Vişeu de sus comuna.
Visk oppid coronale.
Zacharias Stefan notariu cercual Sat-Şugatag.

CORECȚIUNI.

Pag.	10.	şir	27.	in loc de	Calendos	e de cetit	Calendas
„	11.	„	13.	„	nobilul	„	nobilului
„	11.	„	21.	„	respunzator	„	respunzetor
„	15.	„	30.	„	de	„	de la
„	„	„	33.	„	mai	„	îl mai
„	„	„	34.	„	numele	„	ér numele
„	16.	„	33.	„	Agria	„	Cenadia
„	17.	„	13.	„	hieme	„	yeme (sic)
„	17.	„	23.	„	cum	„	tum
„	19.	„	14.	„	laut	„	luat
„	19.	„	21.	„	părĕntulni	„	părintelui
„	21.	„	9.	„	6. Aprilie	„	9. Aprilie
„	23.	„	8.	„	praenatato	„	praenotato
„	29.	„	15.	„	31. Mart	„	1. Aprilie
„	30.	„	11.	„	possesiune	„	posesiunei
„	43.	„	10.	„	fuerunt	„	fuerint
„	63.	„	22.	„	26. Sept.	„	25. Sept.
„	63.	„	23.	„	Reregh	„	Beregh
„	64.	„	16.	„	3. Septembre	„	5. Septembre
„	67.	„	30.	„	l'au scutit	„	au scutit
„	67.	„	33.	„	del	„	dell
„	71.	„	28.	„	— — — —	„	Conventul din Lelesz (Metalescottus Maram. No. 33.)
„	73.	„	18.	„	15. Novembre	„	18. Novembre
„	73.	„	28.	„	Uno	„	Una
„	74.	„	18.	„	17. Novembre	„	18. Novembre
„	76.	„	1.	„	22. Septembre	„	24. Septembre
„	77.	„	1.	„	24. Februar	„	27. Februar
„	77.	„	18.	„	duobus	„	duabus
„	78.	„	1.	„	24. Februar	„	27. Februar
„	80.	„	1.	„	7. Octobre	„	6. Octobre
„	80.	„	18.	„	videiicet	„	videlicet
„	80.	„	29.	„	indentică	„	identică
„	81.	„	25.	„	intellxelsse	„	intellexisse
„	85.	„	25.	„	vaywoda	„	vaywode

Pag.	89.	şir	21.	in loc de	Magistatis	e de cetit	Majestatis
„	90.	„	16.	„	meridianali	„	meridionali
„	92.	„	17.	„	quae	„	qua
„	95.	„	12.	„	Ipsorum	„	Ipsarum
„	95.	„	13.	„	eosdem	„	easdem
„	96.	„	2.	„	in că	„	că in
„	97.	„	34.	„	comitatilui	„	comitatului
„	98.	„	1.	„	30. Aprilie	„	1. Mai
„	115.	„	25.	„	22. Octobre	„	25. Octobre
„	117.	„	5.	„	7. Novembre	„	6. Novembre
„	118.	„	29.	„	nonagesimo	„	nonagesimo septimo
„	130.	„	16.	„	17. Februar	„	20. Februar
„	135.	„	1.	„	16. Decembre	„	18. Decembre
„	136.	„	26.	„	10. Februar	„	12. Februar
„	141.	„	1.	„	12. Juni	„	15. Juni
„	150.	„	1.	„	28. Mai	„	31. Mai
„	151.	„	26.	„	16. Februar	„	11. Februar
„	153.	„	20.	„	Nobilor	„	Nobililor
„	154.	„	7.	„	21. Februar	„	17. Februar
„	„	„	24.	„	post	„	ante
„	„	„	26.	„	medietatis	„	medietatis occidentalis
„	„	„	32.	„	possidendas	„	possidendam
„	155.	„	29.	„	alienabat	„	obviabat
„	155.	„	38.	„	valituras	„	roboratas
„	156.	„	7.	„	16. Septembre	„	18. Septembre
„	160.	„	18.	„	20. Februar	„	19. Februar
„	166.	„	24.	„	verilor	„	unchilor
„	170.	„	1.	„	19. Juliu	„	16. Juliu
„	173.	„	26.	„	27. Juliu	„	24. Juliu
„	175.	„	12,	„	27. Juliu	„	24. Juliu
„	176,	„	35.	„	Sigeth	„	Ligeth
„	178.	„	23.	„	18. Sept.	„	17. Sept.
„	180.	„	17.	„	18. Septembre	„	17. Sept.
„	181.	„	10.	„	29. Januar	„	2. Februar
„	182.	„	14.	„	6. Septembre	„	2. Septembre
„	184.	„	22.	„	Hangh, ac	„	Hangh, ac Thome filio Petri de predicta Wanchokfalusy patruelibus fratribus eiusdem Johannis ac
„	189.	„	23.	„	18. Februar	„	17. Februar
„	191.	„	1.	„	17. Juliu	„	21. Juliu
„	198.	„	1.	„	21. Juniu	„	19. Juniu
„	208.	„	1.	„	11, Aprilie	„	13. Aprilie
„	211.	„	1.	„	7. Juniu	„	9. Juniu
„	211.	„	1.	„	Kereztyn	„	Kereztfyw
„	212.	„	1.	„	30. Novembre	„	26. Novembre

Pag.	214.	şir	15.	in loc de	Amicitam	e de cetit	Amicltiam
„	215.	„	8.	„	26. Marţiu	„	19. Marţiu
„	221.	„	28.	„	15. August	„	18. Aprilie
„	227.	„	31.	„	18. Februar	„	16. Februar
„	229.	„	1.	„	14. Marţiu	„	17. Marţlu
„	239.	„	14.	„	15. August	„	13. August
„	247.	„	1.	„	19. Decembre	„	20. Decembre
„	248.	„	6.	„	29. Januariu	„	28. Januarlu
„	249.	„	26.	„	5. Februariu	„	9. Februariu
„	250.	„	27.	„	5. Februar	„	9. Februar
„	253.	„	25.	„	31. Juliu	„	29. Juliu
„	255.	„	17.	„	atrecut primit	„	trecut a primit
„	259.	„	1.	„	19. Juniu	„	16. Junlu
„	263.	„	1.	„	15. Juliu	„	14. Juliu
„	273.	„	8.	„	2. Novembre	„	3. Novembre
„	274.	„	17.	„	2. Novembre	„	3. Novembre
„	295.	„	18.	„	sa laut	„	s'a luat
„	303.	„	30.	„	noisb	„	nobis
„	305.	„	21.	„	post	„	post (sic)
„	313.	„	16.	„	consortis	„	consortem
„	320.	„	1.	„	28. Novembre	„	29. Novembre
„	321.	„	14.	„	dicti	„	dicte
„	325.	„	1.	„	14. Januariu	„	21. Januariu
„	328.	„	1.	„	conferenudvol m, umusque	„	conferendum, volu-musque
„	333.	„	12.	„	30. Mai	„	31. Mai
„	349.	„	1.	„	19. Juniu	„	18. Juniu
„	358.	„	1.	„	30. Januariu	„	31. Januariu
„	372.	„	31.	„	predict	„	predicti
„	376.	„	15.	„	6. Aprilie	„	5. Aprllie
„	395.	„	25.	„	1459.	„	1458.
„	396.	„	1.	„	19. Februar	„	17. Februar
„	403.	„	12.	„	sua	„	sue
„	406.	„	5.	„	precesului	„	procesulul
„	414.	„	19.	„	pestatiunea	„	prestaţiunea
„	421.	„	2.	„	Georgiu	„	Gregoriu
„	479.	„	10.	„	Szolyva	„	Szolyma
„	479.	„	28.	„	eorundem	„	earumdem
„	532.	„	32.	„	perpetrate	„	perpetrata
„	536.	„	1.	„	Marţiu	„	20. Marţiu
„	537.	„	34.	„	osmplicibus	„	complicibus
„	539.	„	13.	„	perpetracta	„	perpetrata
„	540.	„	1.	„	25. Mai	„	21. Mai
„	550.	„	12.	„	Biloravecz	„	Bilovarecz
„	554.	„	31.	„	concernentum	„	concernentibus
„	554.	„	31.	„	possidendam	„	possidendum
„	554.	„	31.	„	beati	„	beate

Pag. 562.	şir 17.	In loc de	17. Mai	e de cetit	29. Mai
„ 578.	„ 12.	„	donimium	„	dominium
„ 598.	„ 3.	„	pentinere	„	pertinere
„ 599.	„ 1.	„	11. Februariu	„	9. Februar
„ 605.	„ 11.	„	asesser	„	asesor
„ 620.	„ 28.	„	utiam	„	etiam
„ 628.	„ 1.	„	14. Octobre	„	15. Octobre
„ 637.	„ 33.	„	sfĕrtişul	„	sfĕrşitul